nitatē: lꝫ eñ relatiua sm̄ dici vel relatiua sm̄ esse
suppositiōis possunt claudicare in realitate vt pꝫ
in scientia ꝛ scibili dn̄o et seruo: tm̄ relatiua eq̄pa
rantie ꝛ sm̄ esse simul cuiusmodi sunt pater ꝛ fili⁹
similis ꝛ equalis nō possūt claudicare: sed posita
se ponunt in realitate et perempta se perimunt in
abstracto et concreto: et ita ꝙ vnū oppositum po
nit aliud ꝛ perimit i realitate. Et similr̄ abstra: tū
ponit concretū et ecōuerso: ita vt non sit q̄s reali
ter filius nisi habeat realē filatiōnē et realē parē
tem et paternitatē vel maternitatē oppositā: ꝛ nec
econuerso realis parens nisi habeat realē parēti-
tatem sibi inherentē ꝛ realē plē oppositam ꝛ p̄lei
tatē realē ei inherentē nec realis filiatio sine rea-
li filio ꝛ patre ꝛ paternitate opposita nec econuer
so. lꝫ pater ꝛ filius alijs videant̄ relatiua suppositi
tionis sicut dn̄s et seruus. Cū eñ equiparantia ꝛ
suppositio in relatiuis nō attendant̄ sm̄ cōpara-
tionē relatiuorꝫ ad inuicē: qꝛ sic oīa relatiua essent
equiparātie cū equaliter adinuicē depēdeant sed
sm̄ cōparationē relatiuorū sm̄ id qd̄ sunt ꝛ ita fi-
lius sm̄ id qd̄ est debet honorem patri. sicut seru⁹
subiectionē dn̄o vnde dn̄s et seruus non magis
sub ꝛ supra ponūtur q̄ pater ꝛ filius. Sed hoc ve
rum est sm̄ logicos: sed accipiendo relatiua equi
parantie ꝛ suppositionis sm̄ theologos ita scꝫ vt
relatiua que sunt vnius ordinis vel vni⁹ gn̄is di
cantur equiparantie illa q̄ non sunt vnius generis
nec vnius ordinis sunt suppositionis ꝛ supposi-
tionis: sic pater ꝛ filius semp sunt relatiua equi-
parantie p̄prie loquendo. Dn̄s aūt ꝛ seruus: causa
et effectus quandoq̄ sunt relatiua suppositionis
et suppositionis. Tunc eñ cā ꝛ effectus sunt vni⁹
rōnis generationis vel ordinis quādo in causan
do adequatur: ita vt modus causandi ex parte cē
non excedat modū recipiendi ex parte effect⁹ si-
cut est i causis particularibus vniuocis: ꝛ forte i
causis naturalibus ꝛ equiuocis: qꝛ q̄tum potest
causare vel dare causa causatum pōt recipere ef-
fectus. vnde potentia actiua primi celi ꝛ potētia
passiua materie sunt vnius ordinis ꝛ p̄portiona
ta adinuicē: qꝛ oēm formā quā illa potētia potest
dare: ista potest recipere: ꝛ ideo referunt̄ ad seiui
cem realiter ꝛ generat̄ mouens ꝛ motū cā ꝛ cātū
maxime vniuoca: vt pater ꝛ filius: qꝛ q̄cquid pōt
pater dare ad hoc ꝙ fiat pater totū potest fili⁹ re-
cipere ad hoc vt sit filius. Silr̄ dn̄s ꝛ seruus in

creaturis ſunt relatiua equiparãtie loquẽdo theologice: q̃ nõ põt dñs ſeruo imperare niſi id in q̃ tenet dñi obedire: et eſt limitata poteſtas coherciua ex parte dñi ſicut obedientia ſubiectiua ex parte ſerui: ſed relatio cauſe ad cauſatũ inter deũ et creaturã eſt ſuppoſitionis: q̃ potentia dei actiua nõ cõmẽſurat potentie paſſiue que eſt in creatura cũ iſta nõ adequet illã vnde nõ ſunt vni⁹ ordinis: ſed ſicut menſura et menſuratũ. Similr dominus et ſeruus: q̃ imperiũ debem⁹ deo mõ infinito: ⁊ cũ ſeruitus ex parte creature nõ põt eẽ niſi ſerua. Vnde q̃ in relatiuis ſuppoſitionis vel mẽſure ſufficit realitas relationis in altero ad realitatem vtriuſq̃: non autẽ in relatiuis equiparantie. ideo poteſt deus eſſe dñs et creator realit̃ ſine reali relatione dñij et creationis q̃ ſit in ſe ſubiectiue. non autẽ realiter filius vel pater alicui⁹ ſine reali filiatõe ⁊ paternitate ad ipm ¶ Et dicendũ ad hoc q̃ ſicut vnio ſm nomẽ eſt relatio equiparãtie cũ tamen inter creaturas ⁊ xp̃m ſit ſuppoſitionis ex parte dei et ſuppoſitionis ex parte creature: q̃ alterius ordinis vnde ex parte deieſt rõnis et ex parte creature eſt realis: ſic filiatio xp̃i et maternitas matris eius: ly ſm nomẽ ſit relatiua eq̃parantie vel ſi ſint ſuppoſitõis videt maternitas ſupponi: tñ ſm rem eſt econuerſo: q̃ dei ad creaturam ſm q̃ de⁹ eſt. eſt ſemper relatio tranſcẽdes et p conſequens rationis: et talis eſt relatio ſuppoſiti. vt ſepe dictũ eſt vnde ꝛc. ¶ Sexto q̃ ly relatio realis ad creaturam nõ poſſit eſſe ſuppoſiti eterni vt dictũ eſt tñ vt non eternũ ſed temporale nichil prohibet. ly eñ deus vt deus non ſit ſimilis ſorti reali ſimilitudine tamen xp̃s vt hõ reali ſibi tudine facie ⁊ figure fuit ſillim⁹ iacobo fuit q̃ dictus eſt propter hoc frater dñi: ⁊ ſic de⁹ vt homo eſt temporalis: ita ſuppoſitũ diuinũ vt humanum eſt ex tpe non ab eterno vnde ſicut relatio nature puta ſimilitudo: idẽtitas: vel equalitas ſunt reales in xp̃o rõne nature aſſumpte temporalis: ita filiatio ad matrẽ q̃ eſt relatio ſuppoſiti diuini nõ vt diuinũ. nec p ꝓ̃s vt eternũ: ſed eſt relatio ſuppoſiti humani vt humanũ eſt: ⁊ p ꝓ̃s vt tpale poterit eſſe in xp̃o realis. ſicut eñ humanitatem hz ex tẽpore ſic eſt homo ex ſuppoſitũ humanũ ex tempore: cuius xp̃s ſit fili⁹ virginis ſimpliciter et abſolute loquendo ſine reduplicatione tñ non verificatur ꝓpoſitio rõne vtriuſq̃ nature: ſed rõne creature: nec rõne ſuppoſiti diuini vt diuinũ eſt: ſed vt humanũ. vnde iſta reduplicatio eſt falſa. xp̃s ſm q̃ deus eſt filius virginis vnde filiatio qua refert ad matrem cũ nõ fundetur ſup ſuppoſitũ vt ſuppoſitum eſt: q̃ ſic eſſet in bꝛutis: nec vt ſuppoſitũ diuinũ eſt: q̃ ſic eſſet in patre ſine matre. reſtat q̃ fundat ſup ipm vt ſuppoſitũ humanum eſt. vnde nichil prohibet ſup hoc fundari relationẽ realẽ.

¶ Solutio. aliq̃d dꝛ ſuppoſitũ humanum dupl̃r vno modo: q̃ habẽs naturã humanã per quã ſubſiſtit ⁊ ſup tale ſuppoſitũ humanũ fundari poteſt filiatio realis ex tpe q̃ tale ſuppoſitũ nõ ſolũ ẽ humanũ vl̃ creatũ quo ad naturã ſubſiſtentẽ: ſz etiã quo ad ſubſiſtentiã q̃ eſt rõ ſuppoſiti. put diſtinguitur a natura. et ſic in xp̃o non eſt ſuppoſitũ humanum. Alio modo dicit aliq̃d ſuppoſitũ humanuꝫ non q̃ ſubſiſtat q̃ naturã hũanã: ſed q̃ hz eã ſubſiſtens in ea ⁊ non p eã et ſuper tale ſuppoſitũ humanũ nõ põt fundari illa relatio q̃ fũdat ſup ſuppoſitũ vt ſuppoſitũ ẽ rõe ſubſiſtẽtie que diſtinguitur a natura: q̃ ſubſiſtẽtia q̃ eſt ratio fundamenti tali relationi nõ eſt creata: ſz increata. Talis autẽ relatio eſt filiatio ad matrẽ in xp̃o quequidẽ filiatio vt filiatio eſt hz fundari ſup ſuppoſitũ q̃ eſt i natura rõali vniuoce productũ. ita q̃ illa reduplicatio excludat naturã in abſtracto conſideratam et non ſubſiſtẽtem: ſed verum eſt q̃ iſta filiatio puta ad patrem vel ad matrẽ fundatur ſuper ſuppoſitum rationale genitũ: ſed cõtractã rõnem ſuppoſiti ita q̃ filiatio diuina ad patrẽ in xp̃o fundat ſup ſuppoſitum xp̃i vt eſt ſuppoſitũ diuinũ a patre productũ. Filiatio vero humana ad matrẽ ſuper idem ſuppoſitũ vt eſt humanũ a matre generatũ ſm humanitatem. Dico autẽ ſuppoſitũ humanũ non vt ſubſiſtens per humanitatẽ: ſed vt hũs humanitatem ſubſiſtens in ea nõ per eã. Vñ filiatio iſta imediate fundat ſup diuinũ ſuppoſitũ ⁊ hũanum et rõne ei⁹ q̃ eſt humanuꝫ puta nature accepte de virgine et rõne ei⁹ quod eſt diuinũ puta ratione ſubſiſtentie et nõ rõne alteri⁹ tñ. non enim xp̃s eſſet filius virginis niſi in ſuo ſuppoſito diuino aſſumpſiſſet naturã de ea. Nec natura de ea aſſumpta poteſt facere filiũ eum qui nõ ſubſiſtit data per impoſſibile q̃ aliquis haberet naturã ⁊ nõ ſubſiſteret in ea. ⁊ trũq̃ ergo hoꝝ ſcz ſubſiſtẽtia et natura eſt de rõne fundamenti filiatiõis q̃q̃d eoꝝ, ſit formalius vel principalius: ⁊ ly natura aſſumpta q̃tum eſt de ſe poſſit fundare realẽ filiationem tñ ſubſiſtentia aſſumentis cũ ſit increata non poteſt ſubſtare reali relationi ad creaturã vñ filiatio non poteſt eſſe realis cũ deficit pars eſſentialis ſui fundamenti. Vnde patet q̃ non eſt ſile de aliis relationibus a filiatione: puta ſimilitudine vel equalitate: q̃ ille totaliter fundãtur ſuper naturã creatã: puta ſup vnũ in qualitate vel q̃ntitate vel hmõi. vnde xp̃s reali ſimilitudine ſm colozem eſt ſimilis huic vel illi. reali autẽ filiatione matris eſt filius.

¶ Septimo contra id quod dictum eſt filiationẽ et oẽm relationẽ originis fundari ſup ſuppoſitũ non naturã et tactũ eſt ſupra illud non eſt fundamẽtum immediatum relatiõis q̃ manet vnũ realiter multiplicata realiter relatione: q̃ ſicut relatio hz entitatez a fundamento: ita ⁊ vnitatẽ et pluralitatẽ ab eo non ſubiecto: vñ q̃uis in eodẽ ſubiecto poſſint eſſe plures relationes reales propter plura fundamẽta nõ tñ ꝓpter vnũ hz idẽ ſuppoſitum ſimplex eſt ſubiectũ plurium relationum originis: vt pater et filius i diuinis. ergo relationis cuiuſcũq̃ originis ſuppoſitum non eſt fundamẽtum: ſed tm̃ ſubiectum.

¶ Solutio ſup idem fundamẽtum re bene poſſunt fundari diuerſe relationes realiter differentes non ſolũ numero ſed ſpecie et reſpectu diuerſorum terminorum ſicut eadẽ q̃titate et qualitate ſum ſimiles ⁊ equalis vni: diſſimilis et inequalis alteri: et ſimiliter eodẽ ſuppoſito eſt aliquis pater filij ſui et filij patris ſui in diuerſis ſuppoſitis. Siliter q̃ ille relationes ſunt ad diuerſos terminos ⁊ ſpecie differentes: ſed bene verũ eſt q̃ ſup idem fundamẽtũ re nõ poſſunt fundari diuerſe relationes ſolo numero differẽtes etiã reſpectu diuerſorũ terminorum ſicut patet in ſimilitudinib⁹ vel equalib⁹ vnius ad multa ſm idẽ que oẽs ſunt vna relatio realis ex parte illius in quo habent vnũ fundamẽtũ ſicut etiã pater vna paternitate refert ad plures filios. ¶ Octauo ſic vbicũq̃ miniſtrare a parte matris facit realem maternitatẽ ibi recipere miniſtratum ex parte filij facit realem filiationẽ. nõ enim plus oportet recipere filium a matre ad hoc q̃ ſit filius eius q̃ oporteat dare matrẽ ad hoc q̃ ſit mater eius. q̃ eñ generare ex quo innaſcit maternitas vel paternitas dat actiue vel miniſtrat illud generari ſuſcipit paſſiue ex quo innaſcit filiatio. ſi ergo miniſtrare xp̃o materiam corporis aſſumpti cauſat in matre miniſtrãte maternitatẽ realẽ pari ratione ſuſcepiſſe xp̃m a matre talẽ materiam miniſtratã conſtituit filiationem realez in xp̃o ad matrem.

¶ Solutio/maio: eſt intelligenda ceteris paribus. hic autem cetera non ſunt paria: q̃ ſuppoſitũ xp̃i accipiens illud q̃ mater miniſtrat eſt tale ſup q̃ nõ põt fundari filiatio realis ſuppoſitum autẽ matris eſt tale ſup quo põt fundari realis maternitas. Vnde ſi pater ꝓtius aſſũ ſiſſet naturã matris virginis et filius poſtea aſſũ pliſſet naturã ſuã de matre. de ea nõ eſſet in virgie maternitas relatio realis ſicut nec in filio filiatio realis. ꝓpter idem et tñ er filius eſſet realis filius et mater realis eſſet mater eo modo quo infra exponetur i ꝓximo argumẽto.

¶ Mono ſic. non põt eſſe aliq̃d relatiuuꝫ ſm eſſe realiter ſi deficiat ſibi illa relatio realiter. puta pater realis ſit p̃ſentate: q̃ ſicut aliquid eſt album formaliter et eſſentialiter albedine ꝓpter q̃ impoſſibile eſt aliquid eẽ album realiter niſi informatuꝫ albedine reali. ſic aliquid eſt relatiuum ſm eſſe formaliter et eſſentialiter relatiõe vt pater paternitate. vnde nõ eſt aliquid realiter pater niſi informetur reali pater nitate. ſecus autẽ eſt de relatiuis ſm dici de quoꝫ eſſentia non eſt ipſa relatio vt ſupra dictum eſt.

¶ Solutio. non ſic diſtinguunt alia ꝓdicamenta per ens rei et rationis ſicut relatio. non eñ albedo rationis tñ eſt albedo vera: ſed eius ſimilitudo et ſic de aliis accepta relatiõe ꝓpter q̃ hz minimũ de entitate nec requirit niſi habitudinez et ordinẽ vnius ad alterum. poteſt autẽ intellect⁹ aliquid ordinare ad aliud et ad quod de ſeipſo nõ erat ordinatum. Eſt igitur de eſſentia relatiui ſz eſſe relatio et ordo non quidem rei ſed ſufficit rationis cũ tali fundamento q̃ i alio poſſet facere relationem realem. vnde ſicut deus dicitur realit̃ dominus non q̃ ſit relatione dominũ informat⁹: ſed q̃ eſt terminus realis relatione ſeruitutis ad eum: vel q̃ habet in ſe realem potẽtiã cohercitiã ſuper quam in alio poteſt realis relatio dominij fundari. Similiter xp̃s dicitur realiter matris filius: q̃ realiter eſt terminus maternitatis ſicut ſcibile: q̃ de ipſo realiter eſt ſcientia dicitur realiter ſcibile. dicitur etiã realiter filius dicitur matris ſi mater fuiſſet aſſumpta: q̃ haberet ſe ad eã ſic q̃ illa habitudo in aliis facit realem filiationẽ ⁊ maternitatem.

¶ Decimo filiatio non magis cõcernit ſuppoſitum q̃ filius. immo minus cuz ſit concretum: et ideo non magis requiritur ſuppoſituz creatum ad hoc vt aliquis habeat filiationez realem ex tpe q̃ ad hoc q̃ ſit filius ex tẽpore: ſed xp̃s non obſtante q̃ non acceperit ſuppoſitũ a mre eſt realiter eius filius ergo eſt realiter habẽs filiationem ad eaz.

¶ Solutio. quicquid ſufficit ad hoc q̃ aliquis ſit filius filiatione reali ſibi inherente hoc ſufficit ad hoc q̃ habeat filiationem. plus autem requirunt ad habere filiationẽ q̃ ad eſſe filiũ ex hoc q̃ eſt terminus maternitatis.

¶ Undecimo. In diuinis quicquid habet pater habet filius ꝓter relationẽ: nec tamen poteſt dici vere. filius ergo q̃uis habeat quicquid ꝓtinet ad filium reſpectu matris. ſi tamen careat filiatione non poterit dici vere filius ⁊ realiter. Nec valet ſi dicas q̃ xp̃s hz ad matrẽ ad filiationẽ rõis quã non hz ꝑ in diuinis: q̃ filiatio rationis nichil reale ponit⁹ ponit in filio ſicut nec alia entia rationis i obiecto

¶ Solutio. relatio ſup ſuũ fundamẽtũ addit minimã entitatẽ: ſic autẽ non eſt de entibus abſolutis puta aliis accidentibus. vnde poteſt aliquis dici realiter filius non ſolũ a filiatione reali: ſed ſoluz a realitate generationis ⁊ natiuitatis ⁊ nature p generationẽ accepte. Non autẽ realiter album ex ſola realitate ſuperficiei ſine relitate albedis q̃uis autẽ pater in diuinis habeat quicquid hz fili⁹ ꝓter relationẽ non tamen hoc habet eodem modo ſed xp̃s habet quicquid filius femine ꝓter relationem et eo modo q̃tum ad id q̃ eſt de eſſentia filij. Vnde non eſt ſimile q̃ non eſt aliud realiter eſſe filium niſi habere realẽ matrem ⁊ patrẽ: hz habere realẽ filiationem eſt habere ſuppoſituz ab eo gñatũ quo ad ſuppoſitationẽ diſpoſitiue foꝛte vñ xp̃s poteſt dici realiter filius: q̃ hz realem matrẽ non autẽ hz̃e realem filiationẽ ad matrẽ: quia nõ accipit ab ea ſuppoſitum etiã diſpoſitiue: et nõ eſſe filium nõ eſt eẽ ſuppoſitũ habens naturã a patre vel matre ad q̃ ſequit filiatio. vnde non eſt ſimile de concretis accidentũ abſolutis vel ſbẽ. in q̃bus non eſt aliud eſſe reale q̃ habere formaz que dat eſſe tale ſicut eſſe hoiem vel albuꝫ non ẽ aliud q̃ habere humanitatẽ vel albedinem. et ꝓtius ſm rationem eſt habere formã talis q̃ eſſe tale ſicut cauſa: ſed non ſic in relatiuis. Dicit eñ pater non q̃ hz paternitatẽ: ſed q̃ genuit. et filius non q̃ hz filiationẽ: ſed q̃ eſt genit⁹. qui ergo vere genuit ẽ pater: ⁊ qui genit⁹ filius eſt: nõ q̃ habet hoc vere pater. aut filius eſt etiã ſi realem paternitatẽ aut filiationẽ non habeat ſicut aliquis eſt realiter idez ſibipſi ſine reali relatione idẽtitatis. q̃uis eñ relatiua ſm eſſe q̃tũ ad id quod ſubſternit relatiõi plus adinuicẽ dependeant q̃ relatiua ſm dici: nõ tñ q̃tum ad relationẽ ipſam. Vnde ſicut in relatiuis ſm dici aliquid eſt realiter tale ꝓpter ſolã relationẽ alterius extremi vt realiter ſcibile: q̃ de ipſo realiter eſt ſcientia ita etiã in relatiuis ſm eẽ dicitur aliquid realiter menſura: q̃ aliud eſt realiter menſuratum ab ipſo q̃uis non ſit menſura realis relatio menſure ad menſuratũ.

¶ Duodecimo quia in relatiuis claudicãtibus realitas ſe tenet ex parte dependentis. i. effectus vel cauſati. Intentio autẽ rõnis ex tpe non dependentis vel cauſe ſicut ptz in menſura et menſurato ſcibile et ſcientia: ſed in generatione filius i q̃tũ hmõi dependet a matre vt effectus a cauſa: non econuerſo. ergo ſi relatio inter xp̃m filiuꝫ ⁊ matrẽ debeat claudicare potius dicetur maternitas rationis ⁊ filiatio realis q̃ econtra.

¶ Solutio. Claudicatio relationis cauſatur ex diſparitate imediatoꝝ fundamẽtoꝝ nõ remotoꝝ. q̃uis aũt natura hũana xp̃i dependeat a natura humana virginis ſicut principiatũ a principioꝛ nõ ecõuerſo: tñ ſuppoſitũ mris ſup q̃ imediate fundat mñitas depẽdet a ſuppoſito filij ſuper quo fundata eſſet filiatio ſicut creatura a creatoꝛe et non econuerſo.

6. inſtãtia

Rñſio

7. inſtãtia

Rñſio

Octauo

Rñſio

Mono

Rñſio

Decimo

Rñſio

Undecimo

Rñſio

Duodecimo

Rñſio

¶ Distinctio nona

Circa nonã distinctionẽ queruntur duo. ¶ Primo de latria ¶ Secũdo de dulia.

Nõ p̄ma. ¶ Primo ergo querit vtrũ soli deo sit latria exhibenda: videtur ꝙ non: quia crux xp̄i ymago et caro sunt quedam creata: ⁊ tñ ipsis latria exhibetur nec ydolatria: sed pietas iudicat ẽm illud Adorate scabellũ pedũ ei⁹. ⁊c. Cõtra. Deũ tuũ adorabis ⁊ illi soli seruies.

Rñsio Prim⁹ articulus. ¶ Respondeo. Primo videndũ quid sit latria essentialiter. ¶ Secũdo de quib⁹ exhibenda materialiter. ¶ Tertio qb⁹ obiectiue vel magis finaliter. ¶ Quãtũ ad primũ dicit cõiter ꝙ latria dicit virt⁹ moralis annexa iusticie. ¶ Primũ ptz qꝛ virt⁹ est q̄ habentẽ pficit: ⁊ op⁹ laudabile ⁊ bonum reddit. Perfect⁹ autẽ ẽ hõ si sit bene ordinatus ad deũ. vnde cũ deo debeat honorem sicut et amorem sicut p ṽtutẽ diligit deũ sicut debet: sic p virtutẽ honorat deũ sicut debet. Latria ergo que inclinat ad exhibendũ deo honorẽ debitũ est virt⁹ sicut caritas inclinans ad amorem deo debitum. ¶ Secũdũ patet: qꝛ virtus q̄ habet deũ pro obiecto imediato illa sola est theologica: sed illa que habet deũ p fine tñ lꝫ primo habẽs p obiecto aliquid creatũ est moralis vt penitẽtia. hmõi autem est latria. non eñ actus latrie est honorare deum sicut fidei credere deuꝫ/caritatis amare deũ. spei sperare in deũ: qꝛ sic haberet p obiecto deũ sicut ille: sed obiectũ latrie est honor dei vel deus honoratus. honor autẽ est in honorante. Unde act⁹ a latria elicit⁹ est velle aliquid facere ad honoreꝫ dei ppter quod ipse honor est obiectũ q̄ est aliqd creatuꝫ. non sic autem caritatis obiectũ est deus vt dilectus: qꝛ sic creatũ esset obiectũ sed deus vt in se summũ bonũ: nõ obiectũ fidei est de⁹ vt creatus: sed ẽm qd in se est veritas prima ⁊ silr de spe. ¶ Tertiũ patet: qꝛ iustũ est subditũ esse deo. vnde latria q̄ deo ipendit debitũ seruitiũ ad eam reducitur: sed non est pfecta iusticia serui ad dñm: filij ad patrẽ: ⁊ multominus creature ad creatorẽ. nõ quin seruitus deo impensa ẽm ꝙ hmõi sit vere et perfecte debita: sed qꝛ non tm̄ exhibet sicut debetur. Unde q̃tũ exhibet tantũ hꝫ de pfectiõe iusticie. q̃tuꝫ restat exhibẽdũ tantũ deficit a pfectiõe iusticie. sicut si debeo decem et nõ soluo nisi q̃nq3 qꝛ non possum iuste. pfectio est ꝙ soluo: sed impfectio ꝙ non soluo totũ.

Secũdus articulus. ¶ Circa secundũ sciendũ ꝙ cum latria exhibeat deo seruitiũ in recognitõe dominij debet exhiberi primo ⁊ pricipaliter de bonis aĩe quas a solo deo habem⁹. ⁊ sic dicit Augustin⁹ ꝙ deus colitur fide spe ⁊ caritate. Secundo de bonis corporis qd ab ipõ pricipaliter habem⁹ et ab ipso singulariter resuscitari speram⁹: et quia corpus vnigeniti p nobis afflixit: sic genuflexiones pstratiões ⁊ hmõi instar xp̄i qui hoc fecit ad quod etiã ptinet oratio vocalis quã xp̄s docuit Pater noster. Tertio de bonis exterioribus que principaliter ab ipso pueniũt ppter qd decimarũ solutio ad latriã ptinet. Sed primũ dictũ est argumentũ contra cõem opinionẽ que dicit ꝙ beatitudo essentialis cõsistit in actu intellect⁹ vel volũtatis: puta videre deũ vel diligere aut frui deo qꝛ btitudo cũ sit vltimus finis ad quẽ oĩs opatio humana ordinari debet nõ est illa ordinatio q̄ dꝫ ad alia ordinari: sed hmõi est visio dei ⁊ fruitio ⁊ dilectio etiã i pria. ẽ ⁊c. Maior pbata ẽ. Minoris pbatio: qꝛ apostolus dicit. Oia ad gloriã dei facite. Uñ viator oẽs opationes suas debꝫ ordinare ad honorẽ dei ⁊ de oib⁹ dꝫ regratiari deo ⁊ non querere gloriã suã. Uñ hõ cũ creat⁹ sit ad gloriã dei seipsum et multomagis oẽm opationẽ suaꝫ ⁊ omne donũ dei debet ordinare ad honorẽ et gloriam dei: sed beati nõ sunt minus subditi deo nec min⁹ obligati ad latriã: sed tãtomagis tenẽt regratiari q̃tomagis sunt btificati. vñ de visione ⁊ fruitione hñt deo regratiari et deũ laudare: et in honorẽ dei ⁊ gloriã illud referre ppter qd gratiarũ actio et vox laudis q̄ est act⁹ latrie videt beatitudo nõ visio vel fruitio. Ad qd etiã faciũt multe auctoritates canonis ⁊ sanctorũ q̄ i patria pcipue laudẽ icessabilẽ cõmẽdãt. Sanct⁹. Sanctus. Sanct⁹. ⁊c. ¶ Contrariũ tñ videt: qꝛ btitudo ẽ merces pmissa ⁊ nõ seruit⁹ debita. Aliud eñ est ẽm ꝙ seruus seruit. Aliud ẽm ꝙ dñs pre seruitio libertatẽ et aliud tribuit. et si de ipsamet mercede seruus dimitteret ad nouũ seruitiũ: ne sit ingratus non ppter hoc vltimũ illud seruitiũ est pmiũ sed ꝯñs ad primũ sicut primũ seruitiũ est añs. Et p hoc posset rñderi ad illud ꝙ opatio q̄ ordinatur ad aliã p modum meriti vt illi⁹ meritoria sic non est btitudo: sed illa q̄ est alteri⁹ p modũ debiti causatiua ⁊ obligatoria nõ ppter hoc desinit esse beatifica cum de beatitudine creata debeat beat⁹ deo subiectionẽ ⁊ gratiarũ actionẽ. non põt tñ seruire quin plus teneat. Uñ semp hꝫ seruit⁹ rõnem debiti: ⁊ p ꝯñs non premij.

Terti⁹ articulus Durã. dis. pñti. q. 2. ¶ Quantũ ad tertiũ prio ponent dicta aliorum. Secundo inquiret de illis ¶ Quantũ ad primũ dicũt qdã prio in gñali cui sit latria exhibenda: qꝛ honor latrie vel cuiuscũq3 alteri⁹ reuerentie põt exhiberi alicui dupliciter scꝫ p se ⁊ p accñs. Per se exhibet ei i quo est cã talis honoris. p accñs ãt exhibet illi i quo nõ ẽ cã tal' honoris sed hꝫ aliquã habitudinẽ ad illud i quo est talis cã. In eo etiã cui debet honor p se ẽ duo cõsiderare. scꝫ illũ cui honor debet ⁊ cãm honoris Ille cui honor debet est suppositũ subsistẽs. pp̄e eñ ⁊ p se honor debet rei subsistenti ⁊ nõ pti. Non eñ dicim⁹ ꝙ pes pape vel man⁹ ep̄i dũ ab aliquo osculent honorent: sꝫ papa et ep̄s honorantur in huiusmodi partibus. per quem etiam modũ aliquis potest honorari in aliquo exteriori: puta in veste: vel ymagine/vel nũcio. cã autẽ honoris est illud in quo ille qui honorat hꝫ aliquã excellẽtiã per se. ¶ Hijs suppositis dicendum ꝙ honor latrie debetur per se soli deo ratione diuinitatis p accidens tamen debetur alijs. Primuꝫ patet: qꝛ illi p se debet aliqs honor in quo est p se causa illius honoris: sed in solo deo rõne deitatis est p se causa honoris latrie. ergo solus de⁹ ratione deitatis est honore latrie honorãdus. Maior patet ex dictis. Minor similiter est manifesta: qꝛ honor latrie debet vel cõpetit creatori in ratione creationis. Creare autẽ cõpetit deo ratione diuinitatis: quare ⁊c. Secundũ patet scꝫ ꝙ alijs debet honor latrie p accidens. Sed aduertendũ p̄mo ꝙ aliqd põt habere habitudinẽ ad deũ cui p se debet honor latrie dupliciter. Uno mõ qꝛ icidit in idẽ ẽm suppositũ: sicut est hũanitas xp̄i. Alio mõ qꝛ non incidit in idẽ ẽm suppositũ: sed habet solã habitu

dinẽ extrisecã: vt mr̄/crux ⁊ imago. p̄mo mõ adorat hũanitas xp̄i p accñs adoratiõe latrie: qꝛ qñ suppositũ p se honorat p accñs q̄cqd ẽ i supposito adorat: sꝫ fili⁹ dei adorat adoratõe latrie p se. ẽ hũanitas xp̄i adorat p accñs eadẽ adoratione. Dico aũt p accñs: qꝛ nec ipa ẽ pp̄ie qd adorat cũ non sit suppositum subsistens: nec etiã causa/nec ratio talis adoratiõis scꝫ q̃uis sit causa cuiusdã alteri⁹ adorationis scꝫ hypdulie: q̄ debet xp̄o ratione hũane nature de qua postea dicet. De illis autẽ q̄ habẽt solã extrinsecã habitudinẽ ad deuꝫ. hoc generaliter tenẽdũ est ꝙ si ꝯsiderẽt ẽm se/ sic eis nõ debet honor: puta cruci vel imagini/ ⁊ ceteris reb⁹ inaĩatis. aut si debet sicut beate virgini: nunq̃ tñ debet honor latrie illis. Cuius ratio est qꝛ honor latrie tñ debet excellẽtie diuĩe sꝫ talia ẽm se cõsiderata nullã excellẽtiam hñt vt inaĩata. aut si habẽt illa tñ est ĩfra excellentiã diuinã: quare isto mõ nõ debet eis honor latrie. Si autẽ cõsiderẽtur ẽm habitudinẽ quã habent ad deum sic dr̄ cõiter ꝙ debetur eis idẽ honor q̄ est debit⁹ deo: qꝛ sicut dicit phũs de mẽoria ⁊ reminiscẽtia. duplex ẽ mot⁹ aĩe in imaginẽ. Unus ẽm ꝙ ipsa ẽ quedam res. Alio modo inq̃tũ est imago. Primus mot⁹ in imaginẽ est ali⁹ a motu qui est in rẽ. sed secund⁹ q̄ est in imaginẽ inq̃tũ imago/ idẽ est cũ motu q̄ est in rẽ imaginatã. ⁊ silr. vt dicũt reuerẽtia q̄ debet imagini inq̃tũ imago/ refert rei cuius est imago: vt sic sit vna reuerẽtia q̄ debet imagini ⁊ exẽplari. ¶ Sꝫ illud nõ videt pp̄ie dictũ qꝛ q̃tũcunq3 sit vnus ⁊ idẽ mot⁹ aĩe quo refertur ad imaginẽ vt imago est: ⁊ in rẽ imaginatã: nũq̃ tñ aĩa dicit imaginẽ inq̃tũ imago est esse idẽ cum exẽplari neq3 signũ inq̃tũ signũ esse idẽ cũ signato: sed semp est inter ista distictio nature/ ⁊ in cõceptione aĩe. habitudo eñ eox ad inuicẽ est relatiua Relatiui autẽ esse est ad aliud esse. et ideo qd attribuit exemplari vel signato nõ est attribuendum imagini vel signato q̃tuncunq3 considerent sub ratione imaginis vel signi: propter qd pp̄ie loquendo reuerentia imaginis vel signati debetur signo vel imagini. Sed qꝛ loquendum est vt plures/ideo cõmune dictũ sic exponit/ꝙ p tanto dicit imago sub ratione imaginis adorari eadeꝫ adoratione cũ re cuius est imago: qꝛ p p̄sentiam imagĩs seu signi fit remẽoratio rei quã remẽoratam adoram⁹ eadẽ adoratione acsi p̄sens esset in se/ ⁊ p tãto cõcedi põt ꝙ signa ⁊ imagines adorãtur eadeꝫ adoratione cum reb⁹ signatis ⁊ imaginatis: qꝛ res vt cognite p signa ⁊ imagines simili modo adorant acsi essent p̄sentes ẽm se. Et qd dictum est de signo ⁊ imagine intelligendum est de oib⁹ alijs q̄ habẽt solã habitudinẽ extrinsecaꝫ ad deum: qꝛ rõne talis habitudinis seu relationis: ⁊ nulli alio debet eis honor diuin⁹/ q̄ est honor latrie. ⁊ sic patet primuꝫ principale/ cui scꝫ sit latria exhibẽda.

Durand⁹ vbi supra. ¶ De matre autẽ xp̄i in speciali dicũt ꝙ vbi mater ⁊ fili⁹ includunt p̄cise eandẽ naturaꝫ specificã: maiorẽ honorẽ q̃tũ ad hoc debet filius matri q̃ mater filio: qꝛ mr̄ se habet ad filiũ vt p̄ncipiũ: et sic excellẽti⁹ q̃tũ ad hoc honorat mater q̃ filius. Dico autẽ q̃tũ ad hoc: qꝛ ista excellẽtia posset esse in filio: puta ꝙ esset papa vel ep̄s rõne cuius mater etiã tenet ad tantã vel maiorem reuerentiã exhibendã filio sicut ecõuerso. extranea autẽ psona ab vtroq3 nõ plus tenet honorare matrẽ q̃ filiũ: sed illũ in quo ẽ maior excellẽtia. Modo ad ppositum de matre xp̄i constat ꝙ ipsa non fuit precise eiusdẽ nature cũ christo filio/ cũ sit pura creatura: christus autẽ deus et hõ. Unde sicut ipsa fuit mater xp̄i quo ad hũanã naturã. sic ipsa fuit filia eius iure creationis ratione diuine nature in filio. ⁊ qꝛ pfectior rõ p̄ncipij est in creante: q̄ totũ pducit q̃ in generante: q̄ aliqd supponit. ideo pl⁹ teneret btã ṽgo honorare filiũ q̃tin⁹ de⁹: q̃ fili⁹ q̃tin⁹ hõ teneat honorare matrẽ. ⁊ si mr̄ tenet ad hoc: fortiori rõne ⁊ nos. alia ẽ ratione debemus honorare filiũ quatinus deus scꝫ honore latrie: ⁊ alia matrẽ q̄ est pura creatura. Sꝫ qꝛ inter creaturas ipsa est excellẽtissima: ideo sibi debet sub honore latrie honor excellentissimus scꝫ honor hypdulie. i. dulie excellẽtis: de qua postea dicetur. ¶ De cruce auteꝫ xp̄i dicunt ꝙ illud, qd nõ potest esse subiectũ sanctitatis vel susceptiuũ virtutis non potest esse subiectũ vel terminus adorationis sed lignũ crucis in qua christus pependit non est subiectũ susceptiuũ sanctitatis ⁊ virtutis ergo scđm se nõ potest esse res adorationis. nũq̃ ergo cruci xp̄i debet aliquis honor nisi inq̃tũ ducit in remẽorationeꝫ xp̄i ꝙ facit figura figurata ⁊ nõ figurata/ alie hoc solum faciunt ratione figure. ¶ De imagine dicunt ꝙ imago aut representat xp̄m ẽm ꝙ homo est: aut est facta ad representandũ patrem ⁊ spiritũ sanctũ scꝫ quo ad diuitatẽ sicut pingunt q̄dã imagines quarũ vna rep̄sentat deũ patrẽ: ⁊ alia xp̄m crucifixum: ⁊ tertia spm̄ sanctũ quasi colũbã pcedentẽ a patre in christuꝫ. ¶ Primo mõ debet idẽ honor imagini q̄ ⁊ xp̄o/ scđm intellectũ tñ pri⁹ positũ. Secũdo modo autem fatuũ est imagines facere/ vel eas venerari. Unde Dam. dicit li. 4. ꝙ summe est ipietatis figurare qd est diuĩũ. Et si aliqs dicat ꝙ spũs scũs in colũba apparuit: ⁊ pr̄ in veteri testamento sub aliqb⁹ corpalib⁹ figuris formis. ⁊ sic pñt p imagines rep̄sentari. Dicenduꝫ ꝙ ille forme corpales nõ fuerũt a patre vel spũ sctõ assumpte: ⁊ ideo representatio earũ p imagines nõ est nature diuine rep̄sentatio: sed est rep̄sentatio illi⁹ forme scđm se ppter qd nõ debet eis aliqua reuerẽtia: sicut nec ill' formis ẽm se ¶ Et si dicat ꝙ ille forme ẽm se ppter qd nõ debet eis aliqua reuerentia sicut nec illis formis ẽm se. et dicatur ꝙ ille forme ẽm se nõ erãt a psonis diuinis assumpte/erãt tñ rep̄sentatiue diuinarũ psonarũ. et codẽ vt videt modo possunt nũc fieri imagines psonas diuinas representãtes. Dicendũ ꝙ ille forme in quib⁹ dicuntur psone diuine apparuisse nõ fuerũt formate ad representandũ diñas psonas sed representãdũ effectus quos psone diuine faciebant in rebus sicut colũba in qua spũsctũs apparuit sup xp̄m baptizatũ signabat spũtualẽ fecunditatẽ: quã xp̄s tactu sue mũdissime carnis cõtulit aquis baptismi et ideo nichil factum p modum imaginis ad rep̄sentanduꝫ psonas diñas nõ incarnatas est adorãdum.

Inquirit doc. de dictis durã. ¶ Inquirendo autẽ de his qd dicunt. Primo de imaginibus ⁊ alijs que dicũtur latria adorari propter deum non deberi latriã in se: sed deo in eis. videtur probabile pro tanto. quia si precisa ratio latrie est creatio: sicut deus creationem nulli cõmunicat nec principaliter nec instrumentaliter: sic nec latrie debitum. vt sicut sola sanitas animalis est vere ⁊ pp̄ie dicta que querit in medicina sicut cã/in vrina sicut in signo. est aũt realit et formaliter i aĩali solũmõ sic latria soli creatori debet et exhibet sꝫ ñ i se sol. : sed i signis suis

¶ Cõtra tñ est qz licz sic possum diligere deũ ĩ re
odio habita ꝑpter deũ: puta odiẽdo pctm̃ ꝑpter
deũ. sic etiã possum deũ colere ꝛ honorare in ydo
lo despecto ꝑpter eũ: ꝛ tũc nullo mõ dicor adora
re ydolũ: sed deũ in ydolo. sicut nec diligere pec=
catũ sed deum in pctõ: si tñ hoc est ꝓprie dictũ. tñ
qñ diligo inimicũ vel ꝓximũ ꝑpter deũ: nõ soluz
diligo deũ in ꝓximo ꝑmo ꝛ ꝑncipaliter: sz cũ hoc
diligo ꝓximũ ꝑpter deũ sz scd̃ario eadẽ caritate
et eodẽ actu dilectionis. sicut etiã in oĩ eo qd̃ ap
petitur ꝑpter finẽ est idẽ velle respectu vtriusqꝫ. cũ
aũt flectim⁹ genua ante imaginẽ vel ante crucem
nõ põt dici ꝙ adorem⁹ crucifixũ ꝛ despiciam⁹ cru
cẽ sicut ydolũ. nec põt dici ꝙ adorem⁹ crucifixuz
in cruce ipsam autẽ crucẽ nullo mõ adorem⁹ vel
honorem⁹: qz ipsam crucẽ ĩ se osculamur venerã=
do/ ꝛ auro/ argento/ lapidib⁹ ꝑciosis ornantes eã
honoram⁹: sed ꝑpter crucifixũ. ꝛ sic eodẽ honore
numero sicut crucifixũ ¶ Et ꝑ hoc patet respon
sio ad rationem suã: qz licet imago vel vt imago
differat ab exẽplari: vt ꝑ hoc non sit adorãda ꝑpter
se sicut exẽplar: eodẽ tñ actu intelligitur ꝛ eadẽ de=
uotione numero. de⁹ quidẽ ꝑpter se: ꝛ imago dei
ꝑpter deũ veneratur. sicut eadez caritate de⁹ ꝑpter
se diligitur/ ꝛ ꝓxim⁹ ꝑpter deũ. ¶ Preterea cũ de⁹
sit ĩ oĩ re ꝑ essentiã/ ꝑsentiã/ ꝛ potentiã in oĩ re de
mũdo põt adorari ꝛ venerari. vnde ꝓhibemur iu
rare ꝑ terrã: qz scabellũ pedũ dei ẽ. Si ergo ima=
go dei vel crux nõ adoratur sed deus tñ in ea: ergo
non plus adoratur imago vel crux xp̃i ꝙ̃ lapis vel
vermis cũ tñ reputaretur ydolatra q̃ lapidẽ vel li=
gnũ non hñtia xp̃i imaginem ita honoraret sicut
imaginẽ crucifixi lapideã vel ligneã: vel qz ita ho
noraret aurũ ꝛ argentũ sicut crucẽ auream vel ar
genteã. ¶ Itẽ creatura rationalis est imago dei
in qua modo reali est deus et in sctõ ꝑ grãm am=
plius ꝙ̃ sit in imagine: vbi nõ est nisi sicut ĩ signo
si ergo nõ adoratur imago: sz de⁹ in ea existẽs sicut
in signo: ergo oĩs hõ sctũs est magis ꝙ̃ sicut in si
gno: qd̃ tñ nõ facit ecclesia. videtur ergo ꝙ imagini
bus latria adhibeatur in se/ licet nõ ꝑpter se. ¶ De
adoratiõe autẽ imaginũ vt dicit sigibert⁹ ꝙ ãno
xvj. Leonis ĩperatoris tertij Gregori⁹ papa sino
dum. 903 epõꝝ rome cõgregauit: ꝛ venerationez
sctãrũ imaginũ cõfirmat: earũ violatores gene=
rali sentẽtia anathematizat. ¶ Qz dicunt scd̃o
matri dei etiã inq̃ʒtũ mater dei nõ deberi/ latriaz
cõsonat cõmuni dicto ꝑ tãto qz rõne sui debetur si=
bi specialis veneratio ꝑpter qd̃ etiã creature ra=
tionali: cui ex hocipso in se debetur specialis honor
nõ exhibetur latria: q̃uis sit imago dei dignior ꝙ̃
crux imago humanitatis. ¶ Sed contra hoc est
qz cũ sit triplex bonũ/ vtile/ delectabile/ ꝛ honestũ
ex hoc ꝙ aliqd est vtile ad aliud vel ordiabile ad
desiderabili⁹ ꝛ honorabili⁹/ nõ tollitur qn in se pos
sit esse appetibile ꝛ honorabile ꝛ delectabile/ Vñ
q̃uis beata virgo ratiõe sui sit honorabilis sicut
sanctissima. nihilomin⁹ tñ inq̃ʒtũ est mater dei nõ
minus dicitur relatiue ad deũ ꝙ̃ imago vel crucifi
xi dei. si ergo ꝑpter solã humanitatẽ ad deũ ima
go dei adoratur latria: cũ beata ꝟgo inq̃ʒtuz mater
habeat habitudinẽ nõ ꝓhibetur silr adorari qz ali
ter est adorabilis. si eĩ medicina amara diligitur
ꝑpter sanitatez medicina dulcis que est eque sa=
natiua non respuitur ꝑpter dulcedinẽ: sed eligitur
magis ꝑpter sanitatẽ. ꝛ idẽ videretur de aĩa que est

imago dei maxime si verũ est ꝙ nõ imago sed de⁹
in imagine adoratur. ¶ Preterea s̃m cõmune di=
ctum vera crux xp̃i licet in se adoretur hypdulia ꝑ
pter xp̃i carnẽ: nichilomin⁹ inq̃ʒtũ imago crucifi=
xi qui est de⁹ adoratur latria ergo silr beata virgo
¶ Qz dicũt tertio ꝙ crux xp̃i vera in se nõ debet
adorari aliqua veneratione: qz nõ est subiectũ san
ctitatis. videtur absurdũ istud ꝑncipiũ: qz licet ni=
chil irrationale sit ab hoĩe honorandũ ꝑpter se:
nichil tñ ꝓhibet ipsum honorandum ꝑpter aliud
nõ solũ si est supposito cõiunctũ: vt pes vel man⁹
aut si est actualiter cõiunctũ: vt dyadema in capi
te/ vestis in corpe/ sandalia in pede: sicut oscula=
mur pape pedes. sicut eñ adoramus species in sa
cramẽto altaris inq̃ʒtum sub eis latet de⁹. ꝛ nõ so
lum deũ in illis/ sic etiã ea q̃ fuerũt sctõꝝ capillos
et vestes ꝛ hmõi in seipsis veneramur. nec est im=
pietas talia ponere in auro ꝛ argẽto/ ꝛ sic etiã fru
sta q̃ credim⁹ a vera cruce decisa: q̃uis nõ haben
tia figurã crucis nõ solũ veneramur crucifixũ in
eis sed ipsa in seipsis ꝑpter crucifixũ tñ. Quãdo
ergo dicitur ꝙ nõ est exhibẽdus honor rei inaiate.
verum est propter se sed ꝑpter aliud. ꝛ silr vene=
ramur oleũ sctm̃/ crisma ꝛ oĩa sctã q̃uis non sint
sanctitatis subiecta: qz sunt ei⁹ causatiua. ¶ Qz
dicũt quarto ꝙ deberẽt fieri imagines patri ꝛ spi
ritui sctõ: sed opibus eoꝝ q̃ tñ nõ sunt adorande
De primo videtur ꝓbabile: qz si in veteri lege ꝓhi=
bebatur effigiari oĩs ꝑsona diuia: qz nulla assũpse=
rat creaturã corporeã/ postq̃ solus fili⁹ eã assum=
psit: ipse assignari põt cetere ꝑsone non in q̃b⁹ ad=
huc remanet ratio ꝓhibitionis. vñ imagines pa=
tris ꝛ spũ scti attestantur nõ solum heresi antiopor
morphitarũ qui dicebãt deũ corporeũ: verũetiaz
error sabellij qui dicit patrez ꝛ spiritum sanctum
incarnatũ inq̃ʒtum non distinguit personas. Sed
ꝙ colũba representãs fecunditatem vel aduentũ
spũs sancti non debet adorari: sicut crux vel ima
go crucifixi: verum est in se. ¶ Qz eñ columba
non representat ꝑsonam spirit⁹ sancti sed opera=
tionem eius transeunẽ que nõ est spirit⁹ sanctus
ideo nõ debet adorari in se latria. sicut imago cru
cifixi: qz ꝑsona crucifixi est ꝑsona dei: ideo cũ ipsa
debet eadẽ latria adorari. sed si imago xp̃i bapti=
zati nõ adoratur in se: sed fili⁹ dei in ea sic rep̃senta=
tus: pari ratione in colũba sup eũ picta põt ado=
tari spũs: qz licet spũs sctũs non fuerit colũba si=
cut deus fuit crucifix⁹: tñ ita rep̃sentatur spiritus
sanct⁹ in sua opatiõe sicut xp̃s in sua cruce. si eñ
ĩtelligo colũbã significantẽ nõ spm̃ sctm̃ sed opa
tionẽ eius ex hocipso intelligo eum esse: vel sicut
in signo vel aliter ibi possum eũ adorare: sicut in
cruce imaginor crucifixum q̃ est de⁹. ꝛ sic opatio
spiritus sancti non est spiritus sanctus. sicut nec
caro dei est deus: sed sicut caro xp̃i connotat deũ
sic operatio dei connotat deum. sed hoc habet ca
ro christi ꝙ est vnum supposito cum deo quod nõ
habet operatio dei: sed non propter hoc adora=
tur in imagine solum: sed propter representatio=
nem que est hinc ꝛ inde: nisi ꝙ immediati⁹ repre=
sentatur filius in cruce ꝙ̃ spiritus sanctus in co=
lumbe specie. Sicut enim aliqd videtur in speculo
cui primo obijcitur: sic crufixus in cruce in quo
suppositum non mediante alio supposito pepen=
dit. Sed sicut id quod relucet in vno specu=
lo apparet in alio: sic spiritus sanctus relucens

in sua operatione. Scd̃o relucet in rep̃ntante suã
opatõnẽ: qd̃ est mediãte nõ solũ aliena natura: sz
etiã mediante alieno supposito scz illi⁹ opationis
subiecto: ꝛ ꝑ hoc pz solutio ad obiecta. ¶ Quan
tũ ad tertiũ hic ꝑmo ꝑmittit differẽtia iter ista q̃n=
qꝫ/ q̃ sunt: reuereri honorare/ laudare/ glificare/ ꝛ
adorare. Scd̃o ostẽditur quõ xp̃s debeat adorari/
et alia q̃ ad sctitatẽ ꝑtinẽt. Propter ꝑmũ ꝑmo sciẽ
dũ qd sit reuereri. Reuereri aũt nichil aliud ẽ ꝙ̃
hrẽ in aĩo hitũ inclinãtẽ ad aliũ: sic vt bona q̃ i ip
so sunt reputet magna: ꝛ bona sua ꝑ ꝯpatione ad
bona q̃ sunt in alio paruipẽdat vel parua reputet
Honorare autẽ aliqd addit sup ipm reuereri. tũc
eñ dr aliqs aliũ honorare/ qñ qd̃ iteri⁹ mẽte cõce
pit exteri⁹ aliq̃ idicio seu signo corꝑali exꝑmit.
Honor eñ est exhibitio reuerẽtie in testimoniuz
virtutis. 1. 4. ꝛ. 9. ethicoꝝ. ꝛ ꝑmo rethorice. Ho=
nor ẽ bñfactiue opĩonis signũ. ꝛ hec diffinitio ea
dẽ ẽ illi q̃ pri⁹: nã honor dr signũ. i. testioniũ opi=
nionis bñfactiue. i. extimationis multoꝝ de aliq̃
faciẽtis illũ ꝛ dicẽtis bonũ seu ꝟtuosum cũ ꝟtus
bonũ facit vt pz. 2. ethicoꝝ. Vel honor est signuz
ꝛ testimoniũ opĩonis bñfactiue. i. reputatiõis et
credulitatis aliqꝝ de bñficẽtia alicuius. i. ꝟtute.
Virtutis eñ ẽ bñfacere et magis bñfacere ꝙ̃ bñ
pati vt dr. 4. ethicorũ. s̃m quẽ exponẽdi modum
subdit phũs ad dictã assignationẽ dicens. Hono
rantur aũt iuste q̃dẽ maxie q̃ bñficia ꝑstiterũt: ꝛ nõ
solũ sed honorantur etiã q̃ pñt bñficiare. Hoc autẽ
signũ ex multis ostẽditur ꝛ attẽditur: qz ex multis et
diuersis ꝑtib⁹ honoris q̃s phũs in dicto ꝑmo enu
merat cũ dicit subdẽs ad ista q̃dã sũt. partes aũt
hoꝝ sunt sacrificia/ recordationes in meritis ꝛ si
ne meritis tẽplũ. antiq̃ ꝑmorditas sedis/ monumẽ
ta/ imagines/ ꝛ multa alia. Laudare aũt sup ho=
norare addit cõmẽdationẽ cũ alio vel ad aliũ: nõ
eñ tũc q̃s laudat aliquẽ qñ solum mente ꝯcipit
ꝛ exteri⁹ signũ reuerẽtie exꝑmit siue ostdit: sz qñ
ipm cũ alio ꝯmẽdat. vñ laudare addit sup hono=
rare: qm̃ datiõez alicui⁹ cũ alio/ vt laudare sit ho
noratũ aliquẽ cõmẽdare. tñ s̃m phm̃ loq̃ndo/ ho
nor ꝛ laus in duob⁹ differũt. Prima ei differẽtia
est respectu eoꝝ in q̃b⁹ ista ꝯsistũt. Secunda vero
respectu illorũ quib⁹ ipsa debentur. differunt q̃dẽ
ista ex parte hoꝝ ĩ q̃b⁹ ꝯsistit. nã honor vt pz ex ei⁹
ꝑtib⁹ enũeratis ꝯsistit tã ĩ dictis ꝙ̃ ĩ factis/ ꝛ vlr
fieri põt ꝑ q̃cũqꝫ signa exteriora nõ soluz vocalia
sz etiã realia. ꝑpter qd̃ dictũ ẽ ꝙ ꝑtes ei⁹ sunt recor
datiões tã ĩ meritis ꝛ sic in dictis ꝑcib⁹ ꝙ̃ sine me=
ritis/ ꝛ sic in factis seu opib⁹. Laus aũt solũ ĩ ꝟbis
et s̃monib⁹ attẽditur. Est eĩ laus s̃mo elucidãs ma
gnitudinẽ ꝟtutis. ꝛ sic honor est vlior laude/ et ꝑ
ꝯñs fama ꝛ glia. Glia ꝟo addit sup laudẽ vlitatẽ
loci ꝛ tpis: vt tũc aliqs glificare dicatur deũ vel ho
minẽ qñ ipz sp ꝛ vbiqꝫ ꝯmẽdat. vñ ꝛ dr glia freq̃ns
de aliq̃ fama cũ laude s̃m Ambro. de officijs/ vel
potius vt credo gloria addit sup laudẽ diffusionẽ
cõmendationis: qz nõ est q̃cunqꝫ laus sed longe
lateqꝫ diffusa. Est eñ gloria scd̃z Tullium in ꝑn
cipio tertij de questiõibus tusculanis: solida que
dam res ꝛ expressa non obũbrata eaqꝫ est consen
tiens laus bonoꝝ ꝛ incorrupta vox indicantium
de excellente virtute: qz que ratione sanctoꝝ ple=
rumqꝫ comes est bonus viris reputanda nõ est. ꝛ
sic dicitur gloria quasi claria. ¶ Aliqui etiam vo=
lunt distinguere inter famã ꝛ gloriam: quia vt di

Quãtum ad tertiuz De gãda uo qlĩ: 10. q. 6.

cunt ex laude ꝛ honore oritur gloria. ex gloria ve
ro fama. Inter famam ꝛ gloriam nõ distinguunt
doc. sicut patet satis. 2. ꝛ. 3. de cõsolatione ꝑ Boe
tium. vbi expresse ꝑ eodem accipit gloriam et fa=
mam. Honor autem ꝛ laus distinguuntur iteruz
ex parte illorum quib⁹ debẽtur: nam licet vtrũqꝫ
excellenti bono debeatur. Honor tamen debetur
bono excellenti quod tantum propter se ꝛ nunq̃
propter aliud queritur: sicut est deus et felicitas:
quibus debetur honor ꝛ beatificatio/ non autem
laus vt patz primo ethicoꝝ. ca. pe. Laus vero alĩ
cui bono excellenti in ordine tamen ad excellen=
tius. Debetur enim virtuti in ordine ad operatio
nem optimaz ad quam ordinatur virtus sicut ad
finem dicente philosopho vbi prius in fine primi
ethicorum. Iustum ꝛ vniuersale et vniuersaliter
bonum ꝛ virtutem laudamus ꝑpter opera ꝛ act⁹
propter quod ibidem concludit ꝙ optimorum nõ
est laus sed aliqd laude meli⁹/ sicut honor. Ado=
rare autem est se totum illi subijcere propter emi
nentiam virtutis ꝛ sanctitatis. nichil enim aliud
est ꝙ̃ totam suam fiduciam in talez qui adoratur
ponere: et ideo dicitur cultus ꝛ seruitus. cum eñ
colitur aliquid/ fiducia in eo tota intentione po=
nitur: ꝛ per seruitutem seipsum subicit et submit=
tit ei homo cui adorationem impendit. ¶ Ad vi
dẽdum autem secundũ quomodo christ⁹ debeat
adorari est aduertendum ꝙ aliquid adoratur tri
pliciter vel per se et primo: vel per se ꝛ non primo
sed ratione alterius cui est adiunctum: vel per ac
cidens. Per se et primo adoratur illud in quo si=
cut in fine tota spes ꝛ fiducia adorantis ponitur:
sicut trinitas benedicta ꝛ christus ratione diuine
sic adoratur adoratione latrie. Per se ꝛ non pri=
mo sed propter aliud cui est coniunctum adora=
tur humanitas etiam propter singularem vnionẽ
ad diuinum suppositum hyperdulia. et similiter
anima ꝛ corpus/ mors ꝛ passio/ resurrectio/ ascen
sio. corpus autem et anima scti ꝛ accidentia ado
rantur simplici dulia propter vnionem ad deum
per gratiam gratum facientem: ratione cui⁹ quã=
dam excellentiam sortiuntur vt eis reuerẽtia de=
beatur: et quia corpus scd̃m se nullo modo habet
habitudinem ad talem gratiam nisi mediãte ani
ma. ideo etiam si maneat forma corporis non est
adoranda nisi in ordine ad animã. Per accidens
autem est aliquid adorandum propter ordinem
ad illud quod est adorandum per se. ꝛ hoc quinqꝫ
modis: scz significatione/ imitatione/ continẽtia/
contractione/ et descensione siue detinatione. Si
gnificatione igitur adorantur elementa sensibi=
lia in sacramentis simplici dulia: quia sunt signa
gratie ꝑ quam sancti deo cõiungũtur: et etiã ver
ba sacre scripture: quia sunt signa eorum que cir=
ca christum et deum sunt per se adoranda: ita ta=
men ꝙ illud/ quod adoratur per accidens/ sem=
per adoratur eadem adoratione qua illud ad qd̃
reducitur. Imitatione secũdo adorantur imagi=
nes non inq̃ʒtum res nature sed inq̃ʒtum imagi=
nes vel effigies/ ꝛ hoc dulia vel hypdulia sicut il
la quorum sunt: non autem latria/ quia deo nõ po
test fieri imago scd̃m Dam. libro. 3. ca. 4. Conti=
nentia vero tertio: quia continent adoranda per
se. et sic debuit adorari columba in qua spiritus
sanctus apparuit latria. et species sacramẽti eu=
charistie quia continẽt verum corpus christi/ de=

bēt adorari hyperdulia. Contractione quarto vt sanctorꝝ vestes ꝛ cetera hmōi q̄ nō resurgēt in resurrectione/dulia adorant. Crux autē tota xp̄i ꝛ sepulcrū ꝛ q̄cunq̄ alia ab ipso cōtrectata habent hypdulia adorant. Descensione q̄nto: q2 scz descēdit ab illo qd̄ est adorādū p se: ꝛ descendit p quādam resolutionē. ꝛ hoc nō habet locū in xp̄o: cuius corpus resolutum nō fuit. q2 nō dabis sanctū tuū videre corruptionē. Sed isto mō reliq̄e aliorum sctōꝝ sunt adorande: q2 descēdunt de eis qui essent adorandi p se etiā si sint in cineres resolute Et hoc est ppt ordinē quē habēt ad aīam. q̄ q̄dez ordo aliqualiter manet q̄diu est ibi descensio sm ordinē naturalis relationis: q2 non fit qd̄libet ex quolibet: sed determinatū ex determinato: corp9 autē hoīs si ɔtinue natū est resolui donec veniat ad elemēta. vn̄ si exitur ab ordīe descēsiōis: ita q inde generet aliq̄d viuū: puta vermis vel aliquid hmōi: est iā ascēsio nec ampli9 manet ordo ille sz mutat in alium ordinē. vnde nō est ampli9 adorādum nisi forte p itellectū referēdo ad animam rōnalē: cui i resurrectione eadē materia vniet. ꝛ hoc etiā si cōstaret tale generatū esse de materia q̄ descēdit de corpe scti/al's nullo mō esset adorandū. Unde q2 in forma cinerū nō ponit esse tale dubiū ideo illi sunt firmiter adorandi. ¶ Aliq̄ vero addunt sextū modū adorādi p accidēs: quo scz aliq̄d adorat ɔnaturalitate quo mō adorant et possunt adorari mēbra corpis alicui9 sancti puta brachia vel man9 vel materia p̄ma q̄ fuit pars ipsi9 corpis naturalis. Unde cōcedūt q materia corporis alicui9 scti existēs sub forma vermis potest dupliciter ɔsiderari. Uno mō inq̄tū est terminata terminatiōe actuali: ꝛ sic nō debet adorari aliquo mō. Alio mō considerari pōt p relationē ad aliquē sctm̄ sub cui9 forma fuit. Sed tunc distinguūt: q2 aut q̄rit de adoratione tā exteriori q̄z interiori: aut interiori solū. Si p̄mo mō sic dicit q q nō debet adorari ne videat q adoret vermē vel aliqd̄ aliud aīal in quo est talis materia ab oīb9 circūstātib9. Si scdo mō scz de adoratione iteriori solū sic dico q potest adorari talis materia existēs in verme: nō tn̄ inq̄tū est informata ꝛ terminata actualiter tali forma sed p relationē ad sanctū cuius talis mā pars fuit ꝛ erit i resurrectione Si autē stet sub forma descēsionis sic pōt adorari adoratione interiori ꝛ exteriori. Dicūt igitur ad questionem q caro xp̄i siue viua siue mortua semper debet adorari: q2 semp fuit vnita diuinitati ꝛ nunq̄ separata. ¶ Questio secunda.

2. q̄stiūcl'a

SEcūdo q̄rit de dulia vtrū dulia debeat oī hūane creature. vr̄ q sic. Subiecti estote oī hūane creature. Cōtra vide ne feceris: cōseruus tu9 ego sū. ¶ Iuxta hoc q̄rit ɔñter de dulia et latria. Utrū esse apprehēsum p fidē icludat in ratione p se obiecti ipsoꝝ. ¶ Et vr̄ q sic: q2 sicut se habet ratio naturalis ad volūtatē: sic fides ad latriā ꝛ duliā: q2 deus colitur fide/sed esse apphēsū p rōnē icludit in obiecto volūtatis. ergo ꝛc. Maior pbata est. Minoris pbatio: q2 illud est de p se obiecto volūtatis quo distinguit obiectū voluntatis ab obiectis p se aliarū potētiarū: sed hmōi est esse apphensum p rōnē: q2 p esse apphēsū distinguit appetibile aīe a natura: p esse vo sensatū ꝛ itellectū ab appetibili sensitiuo, ergo ꝛc. ¶ Contra. Habito p se obiecto potētie quietat potētia: sed apprehenso bono non quiescit: sed feruescit magis volūtas. ergo apphēsio nō ē p se obiectuz volūtatis: nec p ɔñs apphensio fidei de p se obiecto dulie vel latrie. ¶ Ad primaz q̄stionē dicēda sūt tria. Primo vidēdū q̄d dulia/ꝛ q̄d hypdulia. Scdo cui exhibēda sit hypdulia. tertio cui dulia et cui nō. ¶ De primo dicūt doc. q dulia est virtus differēs a latria ꝛ hypdulia/ꝛ etiaz a seipsa si pprie sumat. Q; em̄ dulia sit virt9 pz: q2 oīs habitus q̄ inclinat ad hoc q hō se habeat ad aliū sicut debet est virt9: sz hō debet alteri honorē. ergo dulia q̄ facit hoīez honoratiuū ei9 quē debet put debet qn̄ debet ꝛ vbi debet ꝛ quō debet virt9 est. Si ergo dicat habitū quo aliq̄s reddit honorē debitū cuicūq̄ ratione excellētie. sic ɔphēdit latriā et hypduliā ꝛ oēm suā speciē. Si āt scdo: respicit honorem soli deo debitū indistincte: sic adhuc nō distiguit a latria nec ab hypdulia vno modo dicta. Si vo tertio mō sumat p honore debito cuicūq̄ creature rōne cuiusq̄ sic distinguit a latria nō ab hypdulia. Si āt q̄rto sumat p hōre debito cuicūq̄ creature deo nō vnite. sic distinguit a latria et hyperdulia et in multas species sub se scdz q diuersa rō honorandi est in diuersis puta dn̄ij/ magisterij/paternitatꝭ/platiōis/ꝛ sic de aliq̄s. ¶ De scdo videt q sūt tres species hypdulie. Una qua humanitas xp̄i in se ꝛ ppter se adorat ꝛ ppter eā q habet habitudinē ad ipsum inq̄tū hmōi: vt mater xp̄i/ crux xp̄i/ꝛ alia imago xp̄i. In his em̄ est vna rō p̄ncipalis venerādi: scz vnio ad verbū ex qua dedit ei nomen qd̄ est sup oē nomē: vt in noīe iesu. ꝛc. Si autē dicat q hūanitati xp̄i debet vna hypdulia rōne qua ē vnita etiā si nō haberet nisi gl'iam aīe ꝛ corpis quā habet: ꝛ cū hoc debet sibi secūda rōne qua nos redemit/ꝛ est dn̄s noster / et nos serui ei9. tertia rōne sctītatis incōparabilis pōt dici q q2 ad gratiaz vnionis sequunt oīa illa Ideo ē vna hypdulia ppter vnā p̄ncipalē rōnem honoris: lz respectu hoīm sit aliqua rō honorādi q̄ non est respectu angeloꝝ sicut redēptio: tn̄ rōne dominij habēt eū honorare etiā angeli q2 dn̄s est vniuersoꝝ etiā sm humanitatē. ¶ Secunda species est ypdulie sm q accipit honor debit9 matri xp̄i ppter singularē sctītatē in se: ꝛ q2 est sup oēs choros exaltata in aīa ꝛ corpe nulli equalis: nulli iferior nisi deo. ¶ Tertia species ypdulie videtur honor debit9 sctis q̄ sunt in patria. Cōstat ei q aliter honorat sctūs i patria/ ꝛ aliter in via: cū etiā ecclia phibeat aliquē coli nisi canonizatum. Sed eiusdē rōnis videt esse honor in oīb9 beatis animab9 et angelis/licet maior ꝛ minor. Nisi q̄s dicat q nō exhibet specialis honor paruulis baptisatis: q̄uis beati credant: sed soluz martyrib9 et aliq̄s canonizatis sctis specialē honorē ecclesia exhibet: q2 q̄ minor est in regno celorū/ maior est iohāne bap. viatore. Sz tn̄ q̄n differāt a dulia debita puro viatori null9 negat. ¶ Tertio est de dulia dicēdū q pōt ꝛ debz exhiberi oī creature rōnali nisi dānatis/lz sm magis ꝛ min9. Creature em̄ irrōnali nō ppt se sz ppt rōnalē nichil phiberet sicut dr̄ Hester. xj. Adorauerit fastigiū vge ei9: ꝛ Hester sūmitatē vge honorāde osculata est. non debemus talia aliqua creature dānate: q2 cū honor primo debeatur reb9 diuinis: ꝛ p hoc aliq̄s minime debetur illis qui oīno a deo sunt elongati,

Rn̄sio ad p̄mā q̄stionem I. articul9.

Ceterꝭ aūt oīb9 debet: q2 supiori debet hō honorē sz hō debet oēz aliū reputare supiorē sm illd̄. Superiores iuicē arbitrātes ꝛ oēs honorate. ideo ꝛc. Etiā pctōres: q2 aptitudie sunt vtuosi honorari pn̄t. Si āt nec actu nec aptitudie nullo mō vt dānati. ¶ Ad argumētū in oppositū dicendū q verū cōcludit de oī creatura rōnali q̄ nō est i termino dānationis extremo. ¶ Ad aliud in oppositū dicendū q angel9 renuit honorari/ nō q2 iō male fecerat: sz q2 oīs hō debet alteri honorē/ sic debet ab alio refugere honorari: vel vt ostēdet aliquez hoīem ab oī angelo honorādū. vn̄ dixit cōseruus tu9 sum. ¶ Ad secundā q̄stionē dicendū q de hoc sunt tres opiniones: due cōtrarie/ꝛ tertia media.

Ad rōnes pro p̄ma questione

Ad scdaz q̄stionē p̄mus opio.

et tale est esse humane nature in xp̄o. dato etiam q esset simpliciter tamen qꝛ illud non est vni⁹ rationis cum esse diuio opus est distinguere de esse quando ex parte subiecti ponunt plura qb⁹ cõpetunt diuersa esse. ¶ Ad secundũ dicendũ q beatus Augu. ⁊ alij sctĩ cã breuitatis q̄nq̄ omittunt distinguere vbi opus est distinctione vel determinatione. ¶ Ad argumentũ ĩ opppsitũ dicendũ q ista est distinguenda xp̄s ĩcepit esse ita et hec xp̄s semper fuit: qꝛ si referatur ad suppositu3 vera est et sic loquitur xp̄s de seipso. Jo. 8. et apostol⁹ ad hebreos. Si vero referatur ad naturam humanam falsa est.

¶ Questio secunda.

Qõ. scda. Primum — Secundo querit vtrum xp̄s potuit peccare? Et videtur q sic: qꝛ illud qd aliquis põt si vult põt absolute. et hoc pt3 ꝑ Augustinũ de spũ ⁊ littera vbi dicit illud h3 q̄s in ptãte sua qd facit si vult: ⁊ illd hr ab Anselmo li. 2. Cur de⁹ hõ. si xp̄s põt peccare si vult: qꝛ volũtas ei⁹ nõ excedit potestatẽ. ergo videt q possit peccare absolute.

Secundũ — ¶ Itẽ ſm Augu. li. 3. de libero arbi. Melior est natura q̄ põt peccare q̄ q̄ nõ põt: sed fili⁹ dei assumpsit naturã humanã optime dispositam etiã ſm liberũ arbitriũ. ergo assumpsit naturã peccabile3.

Tertium — ¶ Itẽ xp̄s dicit Jo. 8. Si dixero qꝛ nõ noui eu3 ero similis vobis mendax: sed xp̄s potuit ista vera dicere: ⁊ sic mentiri. ergo potuit peccare

Quartu3 In oppo. — ¶ In contrariũ est illud qd dicit glo. sup illud Hebreo. 2 Eum q̄ paulominus ⁊c. q̄ natura hũane mentis quã de⁹ assumpserit ⁊ q̄ nullo mõ peccato deprauari potuit solus deus. Maior est: sed quicũq̄ põt peccare mens ei⁹ põt deprauari ꝑ peccatum. ergo xp̄s non potuit peccare.

Rñsio — ¶ Responsio. De ista q̄stione sunt tres opiniones ſm q est dubitabilis. Nã q̄stio ista vno modo est dubitabilis alio modo non dubitabilis. quidẽ nõ est si ponamus sicut cõiter poni q xp̄s assumpsit natura3 humanã ꝑfecte beatificã ſm mentẽ: qꝛ sicut beati peccare nõ possunt ꝓpter cõfirmationẽ voluntat in bono: sic nec xp̄s supposito q fuit ſm mẽtẽ beatus. q̄ autẽ sit causa confirmationis cuiuscũq̄ bti in bono ita q peccare nõ possit dictũ fuit libro. 2. Si aũt xp̄s nõ assũpsisset naturã beatificã ſm mẽtem: sed assumpsisset eã in puris naturalibus ꝯstitutã si sine gratia habituali ⁊ gloria sicut assumere potuit vt dictũ fuit supra dist. 2. tunc est maior dubitatio.

Opi. scti thome — ¶ Videt eñ q̄busdã q si xp̄s talẽ naturã assumpsisset adhuc ſm eã peccare non potuisset: ⁊ hmõi assignat duplex rõ.

Pria rõ — ¶ Prima est. q actiones sunt suppositoꝝ: sed in xp̄o non est nisi vnũ suppositũ diuinũ. ergo oĩs actio ſm quãcũq̄ naturã existente3 in xp̄o debebat attribui supposito diuino: sed suppositũ diuinũ non potest exorbitare in aliqua actiõe. ergo non potest ſm quãcũq̄ naturã existentẽ in ipso peccare cũ peccare sit exorbitare a dictamĩe rõnis.

Scda rõ. — ¶ Secunda est actio pl⁹ ĩputatur principali agenti q̄ instrumento: sed humanitas in xp̄o fuit instrumentũ diuinitat. ergo oĩs actio humana in xp̄o d3 attribui supposito diuino tanq̄ principali agenti: sed diuinitati nõ potest actio peccati imputari. ergo ⁊c. Maior patet de se. Minor declarat dupliciter. Primo ꝑ auctoritatẽ Damas. li. 4. qui dicit expresse q humanitas in xp̄o fuit instrumentũ diuinitatis. ¶ Solutio ꝑ rationez qꝛ vbi natura q̄ est pricipiũ operis non constituit suppositũ: nec ei inheret op3 q suppositũ dicat ꝑ eã agere vt ꝑ instrumentũ: sed talis est natura humana in xp̄o. non eñ cõstituit suppositum diuinũ nec inheret vt dictũ fuit supra ergo per eam agit suppositũ diuinũ vt ꝑ instrumentũ ⁊ hec fuit minor. ergo sequitur ꝯclusio. Et confirmant hee positiões ꝑ Anselmũ q̄ dicit q minimũ requirẽs ĩpossibile est deo: peccare autẽ nõ est minimũ incñens. sed valde magnũ. ergo impossibile ẽ deũ peccare. Et iterũ si xp̄s potuit peccare potuit dãnari qd iterũ vr magnũ incõueniẽs ꝓpter qd videtur istis q xp̄s nullo modo peccare potuit: dato etiã q assumpsisset naturã hũanã in puris naturalib⁹.

Secunda opinio. q̄ durã. q. 2. huius di. — ¶ Secũda opinio est totaliter ꝯtraria: qꝛ si xp̄s assumpsisset naturã humanã in puris naturalib⁹ potuisset peccare. quoꝝ rõ est ista. Potentia q̄ nõ est perfectior in rõne actus primi vel ĩ essendo nõ est ꝑfectior in ratione act⁹ secundi vel in operando: sed stante p̄dicta suppositione natura maior ꝑfecta esset in natura humana in rõne actus p̄mi q̄ si esset sibi derelicta. ergo natura maior ꝑfectio esset respectu actus secũdi seu operando: sed constat q natura humana sibi derelicta põt peccare. ergo sic assumpta peccare poterit. Maior pt3: qꝛ actus secundus presupponit primũ ⁊ agere p̄supponit esse. Minor patet ex suppositiõe. Huic autem opinioni magis obsunt vba deuota q̄ rõ efficax: ⁊ ideo sufficit respondere ad rõnes alteri⁹ positionis.

Ad rõnes prie opi. — ¶ Qd ergo primo dicit q actiões sunt suppositoꝝ. verum est tanq̄ eorum q̄ agunt: nec aliter agere dicuntur: nisi qꝛ sustentant ea q̄ sunt principia actionum: et hoc modo actio vniuscuiusq̄ nature in xp̄o est actio suppositi diuini tanq̄ eius qd denominatur agere: qꝛ sustentat natura3 que est principium actiõis. In nullo potest tamẽ plus imputari supposito diuino vt dictum est. talis actio q̄ si non esset vnitum tali humanitati. quod patet: qꝛ si pl⁹ ei imputaretur propter vnionem hoc esset qꝛ aut moueret naturã ad sic agendum: aut qꝛ si non moueret ad peccandũ deberet tamen prohibere ⁊ impedire talem actionẽ. His enim duobus modis imputantur hmõi actiones partium corporis sui. neutrum autem istorum est in proposito. non primum: qꝛ cum actiones ad extra sint cõmunes toti trinitati nõ plus mouet naturam humanam ad agendu3 persona filij que ei vnita q̄ persona patris aut spũssancti que nõ sũt vnite: et ideo hoc modo nõ plus potest imputari talis actio sine qua patri aut spũiuisãcto. Istis autem nõ plus imputatur actio nature humane q̄ cuicũq̄ alterius nature nõ cõiuncte quare nec filio. Nec secũdũ habet locũ qꝛ sicut de⁹ sic administrat res: vt eas ꝓprios motus agere sinat ſm Augu. Nec tñ ꝓpter hoc pctã creature deo ĩputãtur: qꝛ ea posset ĩpedire. suũ eñ est dare naturã libero arbitrio. nostrum autem est eo vti prout voluerimus. sic deus potuit naturã humanam assumere et eam proprio motu relinquere vt ageret: acsi assumpta non fuisset: nec tamen propter hoc imputaretur ꝑsone diuine assumẽti plus q̄ nõ assumenti q eam ꝑmitteret sic agere: qꝛ ꝑmissio sicut et motio respicit potentiã q̄ est cõmunis oĩb⁹ ꝑsonis: et forte deus potuit assumere natura3 humanam q̄ nesciuisset se esse assumptam de qua non

esset dubium si relinqueret ꝓprio motui in agẽdo quin peccare posset. Dicendu3 ergo ad formã argumenti q actiones sunt suppositoꝝ tanq̄ eorũ q̄ denoiant agere qꝛ substantificant naturam que est principium actionis: ⁊ hoc modo posset dici q fili⁹ dei ſm q homo peccare potuit: ⁊ l3 ista denominatio ſm nomen videat inconueniẽs: qꝛ in nobis incõueniens est dicere q peccauerim⁹ ſ3 rem tñ non est inconueniens: qꝛ q̄uis in nobis actiones ꝑtium imputentur supposito: qꝛ mouet eas: aut non ꝓhibet quas ꝓhibere põt: tñ actiões nature assumpte nõ imputarent supposito diuino: qꝛ nõ oporteret q moueret ad eas: nec tenet ꝓhibere eas vt dictũ fuit. Nã si suppositũ diuinũ assumpsisset naturã ignis nõ teneret ꝓhibere: aut in aliquo regulare actionem eius q̄n indifferenter cõbureret domũ hoĩs pauperis sicut ⁊ mali diuit. Et similiter assumendo naturã humanã non tenetur regulare motũ liberi arbitrij quin flectatur in malũ sicut in bonũ congruũ tñ fuit vt regularet ⁊ inclinaret ad bonũ ⁊ sic factũ est q̄uis aliud fieri potuit.

Ad scdm. — ¶ Ad secundũ argumentũ dicendũ q damasce. dicẽs humanã naturã esse instrumẽtũ diuinitatis dixit id qd factũ est. Hũanitas eñ ĩ xp̄o mouebat ad act⁹ suos ſ3 imperiũ superioris partis rõnis q̄ semp fuit conformis diuine voluntati ad quosdã actus etiã miracl'osos vsa ẽ diuinitas hũanitate tanq̄ instrumento ⁊ in hijs peccare nõ potuit nec isto modo magis fuit instrumentũ filij q̄ totius trinitatis. Damas. tamẽ non dicit q humãitas non potuit assumi quin oĩs actus ei⁹ eẽnt diuitatis actus tanq̄ principaliter mouẽtis. Et q arguit q im mo: qꝛ vbi natura cui rñdet actio non constituit suppositum nec inheret ei oportet q suppositũ dicat ꝑ eam agere sicut ꝑ instrumentum. Dicendum q nõ oportet: sed sufficit q agat ꝑ eam sicut ꝑ naturã quã sustẽtat dato q eam ad actionem non moueret. Ad auctoritatẽ Ansel patet rñsio: qꝛ nullũ incõueniẽs ſm rem est dicere q xp̄s ſm q hõ peccat vel q peccare potuerit vt ẽ declaratum. Qd addit postea si peccare potuit dãnari potuit. concedatur: qꝛ cũ dãnatio sonat ĩ penam non est maius incõueniens dicere xp̄m condẽnatũ q̄ mortuũ vel passum. vtrũq̄ enim cõuenienter fuisset ex parte dei si voluisset. Nec videt quare ꝑsona diuina non possit assumere persona3 hoĩs dãnati.

3. opinio doctoris — ¶ Tertia opinio, ymaginari põt latius recolligendo ⁊ inuestigãdo p̄dicta sic certũ est xp̄m non posse peccare ſm diuinitatẽ: nec ſ3 naturam assumptã beatam. similiter illã separatam non beatã posse peccare sicut in alijs. Sed vtru3 natura vnita carens tñ habitu gratuito sibi derelicta vel aliter post peccare an ex sola vnione et si non esset aliud consequatur impeccabilitate3 est dubium. ¶ Et dicenda sunt tria. Primo q xp̄s non potuit peccare etiã ſm naturã non beatã assumptam sic q post assumptionẽ illa natura aliq̄ modo peccaret. ¶ Secũdo. q xp̄s nõ potuit peccare naturã actu peccantẽ assumendo. ¶ Tertio q nec originale contrahendo ⁊ hec oĩa intelligo de potentia absoluta: qꝛ de ordinata nõ est dubiũ.

Primũ dictũ huius opinionis probatur. — ¶ Primu3 patet dupliciter ꝑ rationẽ prima3 sic actiones sunt suppositoꝝ. cum ergo in xp̄o nõ sit nisi suppositũ diuinũ. si actio peccati esset in natura assumpta actio peccati esset actio dei hoc est impossibile: qꝛ deus in actione exorbitare nõ potest

T

ergo ⁊c. ¶ Ad responsionẽ datã in contrariũ dicendum q imo peccatũ nature assumpte imputaretur assumenti poti⁹ q̄ non assumenti: non qꝛ ita faceret vel ꝑmitteret plus q̄ alij: sed qꝛ tenet non facere ⁊ ꝓhibere malum in natura assumpta plus q̄ alij tenet. eñi homo ꝓhibere peccatũ ĩ toto corpore suo nõ solũ in mẽbro naturaliter habito: sed etiam in supnaturaliter sibi creato sicut cec⁹ illuminatus videndo non minus peccaret q̄ videns nat⁹. Deus ergo incarnat⁹ ſm naturã est seruus: ⁊ ꝑ ꝯñs lege diuina subditus q̄ dicit. Ascendo ad deũ meũ. et ĩ ysaya vocat seruus dei. non eñ sola natura assũpta est serua: sed etiã ꝑsona ſm illã est serua ⁊ l3 nõ dicat absolute hõ dominic⁹ tñ ſ3 qd ẽ seruus. Sicut ergo soluẽs vsuras ꝓpter iuramẽtum non peccat: sed recipiens: qꝛ l3 vterq̄ equaliter faciat substantia3 actus tñ alter tenet non facere: ⁊ ideo peccaret. Alter vero nõ tenet nõ facere ⁊ iõ nõ peccat sed meretur: sic ꝑsone non assumentes ad nichil sunt obligate: ideo faciendo vel ꝑmittẽdo non peccant sed ꝑsona assumẽs seruã naturam ſm quam est serua tenet eam mouere ſm legẽ nature indispensabilem ⁊ ab ea remouere omne qd esset contra dñm: qd si non faceret peccaret. ⁊ hoc patet ꝓpositũ. qꝛ si ꝓpt equaliter mouere et nõ ꝓhibere pctm̃ nature assumpte non plus imputari debet assumẽti q̄ nõ assumẽti pari rõne nec meritum nature assumpte vel satisfactio magis attribui deberet isti q̄ illi. cũ tñ dicam⁹ xp̄m nõ patrem aut spiritũsanctũ nobis meruisse. ¶ Qd dicitur postea non plus imputari sibi pctm̃ nature assumpte q̄ extranee: quia tantum ibi facit q̄tu3 hic. non valet: quia tenetur cohibere peccatum in natura assumpta nõ in alia. Ceteri vero hoĩes tenent ĩpedire pctm̃ in alijs: sed ipse non tenebatur nisi illo modo quo impediebat: puta p̄dicãdo: qꝛ dei voluntas non erat q ipse aliter impediret: sed in se tenebatur. ¶ Itẽ natura nõ assumpta habet ꝓprium suppositum cui põt attribui pricipalitas actus boni vel mali nõ aũt natura assumpta. Qd aũt dicũt q potuit assumere naturã nescientem se assumi verũ est: s3 q illa sibi d'relicta potuisset peccare sicut nõ assumpta falsum est: qꝛ natura nõ assumpta ẽ suppositũ ꝑ se iõ etiã põt agere sine alio supposito etiã deo nõ coagẽte ſm istos. Sed dato q nõ posset nisi deo coagẽte. põt tñ esse pricipale agẽs qd nõ põt natura assumpta. Qd dicunt q natura assũpta posset agere sine hoc q suppositu3 moueret falsũ est vt dicet ĩ scdo articulo. Qd dicũt q suppositũ nõ tenet ꝓhibere pctm̃ nature falsum est: qꝛ seru⁹ nõ tenet si ꝑmittere ĩ eo ĩ q̄ ẽ ſu⁹ aliqd contra legẽ seruitutis vñ xp̄s dixit. Si dixero qꝛ nescio eũ ero simil' vobis mẽdax: ⁊ ꝑ ꝯñs pctõr tenebat ergo hõ ille ad nõ mentiendũ: alit mẽtiri nõ fuisset ei pctm̃. Qd ũ ꝓbãt q si assumpsisset ignẽ nõ teneret ꝓhibere cõbustionẽ ĩnocẽt verũ est si assumpsisset solũ igneitatẽ ⁊ non naturã rõnalem cũ hoc: qꝛ illud cõburere non fuisset pctm̃ nec diuinitati nec igneitati: qꝛ neutrum est capax pctĩ Si aũt cũ hũanitate assumpsisset igneitate3 siquidẽ illa hũanitas esset obligata ad ꝓhibẽdũ ignẽ sibi cõiũctũ: sic q nõ ꝓhibẽdo peccaret. pari ratiõne suppositum ſm eam esset obligatum. Si autẽ esset non obligata sicut nec peccatũ alterius humanitatis assumpte imputaretur isti tunc non tenetur prohibere, Dico autem de obligatione

naturali indispensabili.nam de alia dicetur infra ¶ Secũda ratio que dicit ꝙ pl⁹ iputaret peccatum principali agenti qđ est suppositũ ꝙ humanitati que fuit instrumentum:non valet responsio quia nõ potest esse actio sine agente nec potest esse agens nisi principale vel instrumentale: nec potest esse agẽs instrumẽtale sine principali lʒ ecõuerso.qꝛ instrumẽtũ semp depẽdet a pricipali. nõ ecõuerso autẽ semp. Nec põt esse principale agẽs quod nõ est subsistens:lʒ instrumentale possit esse subsistens vt martell⁹:non tñ nisi subsistẽs sic potest esse principale agẽs:qꝛ sicut nõ põt agere nisi ꝙ habet esse:ita ꝙ nõ põt principaliter agere nisi qđ hʒ pncipalr eẽ. Hmõi aũt nõ põt esse nisi subsistens.vñ agere effectiue principaliter non est nisi actu subsistentis.etiã si subsistat aptitudine sicut prĩo de aĩa dicitur.ꝙ si quis dixerit aĩam itelligere supple principaliter.ꝓinde est ac si dicat eã texere et edificare:sed hõ est q̃ itellĩgit sm cõmẽtatorẽ:qꝛ si aĩa intellectiua esset substãtia separata sm esse ipsa intelligeret ꝑ se magis ꝙ hõ per eam Sicut igit non põt derelinq̃ natura assumpta manẽs vnita ꝙ ipsa aliquid agat supposito nõ illud agente:qꝛ vel illa actio esset sine principali agẽte vel natura nõ actu subsistẽs esset actu principale agens qđ est impossibile.

Secundũ dictum

¶ Secũdo.ꝙ xp̃s nõ potuit assumere naturã actu peccãtem remanente in ea ꝓprie rõne culpe ptʒ qꝛ de⁹ sm diuinitatem nõ põt esse ꝓpri⁹ actor culpe ⁊ pricipalis vt culpa est sed illud sequeretur si natura assumeret peccans ergo ⁊c. Maior ptʒ:qꝛ de⁹ est summũ bonũ.vnde et in ipm nec minimũ pctm̃ cadere põt:⁊ maxime malũ culpe:qꝛ malũ culpe non ꝑ se ordinat ad bonum sicut oẽ malũ nature sicut corruptio est propter generationẽ ideo rõnabiliter põt appeti malum nature ⁊ pene.non sic autẽ malũ culpe.Probatio minoris qꝛ nõ põt esse culpa nisi sit aliquid principalis auctor culpe. nõ põt autẽ esse principalis auctor culpe nisi q̃ est pricipalis actor act⁹ culpabilis cũ aliter non cadat sm pctm̃ nisi rõne actus. Scdm igitur ꝙ aliq̃s est actor alicui⁹ act⁹ culpabilis sm hoc est actor culpe sed deus sʒ naturam assumptã non potest esse principalis actor alicuius actiõis sed solum sm suppositum qđ est diuinitas:qꝛ nichil non subsistens põt esse principale agens:ita ꝙ sicut totũ agens est suppositum cum natura:ita principalitas est suppositi sm rationeʒ suppositi.ꝓpter qđ sequitur ꝙ principalis actor culpe erit de⁹ sm deitatẽ si culpa est i actiõe nature assumpte sicut deus est principale ages sʒ deitatẽ in oĩ actiõe nature assumpte. Per hoc etiam patet quõ potuit assumere naturã dãpnatam: qꝛ q̃tum ad id quod est pure pena vel dãni vel sensus potuit assumere naturã non videntem deuʒ ⁊ ardentem igne inferni sicut naturaʒ dolentem in cruce:qꝛ per hoc non sequit malũ in deo sm se.nõ eñ passiones ita sunt suppositorũ sicut sũt actiones lʒ eñ passio prĩo denoĩet suppositũ ꝙ naturã sicut et actio:tamen sm rem passio põt esse in eo quod non est suppositum ⁊ nullo modo sm rẽ erit in supposito q̃tum ad id qđ differt ab illo ꝑ quod patitur sicut generari est vna passio que est sm rẽ in sola materia prima subiectiue quã tñ non denominat:sed terminũ vł cõpositũ. Et ideo ꝑ hoc qđ dicitur deus passus vel mortuus nichil diuinitas passa est:sed actio sm rem fundat in esse.vnde agere est existentis ⁊ ꝑ se agere non est nisi per se existentis.vnde sicut qđ nõ est natũ ꝑ se esse miraculose habet esse codeʒ miraculo per se habebit agere vt accidẽs in sacramento ⁊ ecõuerso q̃uis substantia sit per se nata esse si non sit per se vt anima hominis q̃diu non per se est tãdiu non per se agit et pari rõe nec hũanitas assũpta. ¶ Quantũ ad id autem ꝙ in damnatione est de culpa sic assumi non potest natura dãnata. Si vero illa mala voluntas que est in eis nisi sit culpa adhuc cum illa specialiter que est odium dei assumi non potest:qꝛ lʒ deus possit dispensare vt creatura ipsũ actu nõ diligat sicut ꝑ vnã horã ita et imperpetuuʒ ita vt non exire in actum diligendi non sit peccatum tñ ꝙ sine pctõ potest odiri ab illo q̃ põt odire nõ videtur possibile. Igit qꝛ de⁹ naturã assumẽs posset facere vt ipa deũ ñ odiret: qꝛ etiã natura assumẽs teneret in illa deũ non odire:non posset tamen cum odio animam assumere quin peccaret.sed peccare non potest.ergo.⁊c. Sed aliquid idẽ est pctm̃ alicui nature qđ nõ esset peccatũ nature assumpte vt puta si naturã actu furanteʒ assumeret: qꝛ eoipso forte natura assumpta dñа fieret.⁊ sic illa cõtractatio desineret esse sibi furtum. Sed supposito ꝙ maneret ratio peccati:nõ posset magis peccanteʒ assumere ꝙ scdm diuinitatem peccare. qꝛ sicut nõ est actio sine principali agẽte sic nec durat sine pncipali agente.et inquãtũ trãsfertur potestas essendi ⁊ agendi.⁊ ꝑ consequens peccãdi.⁊ sic in diuinitatem redundaret illud peccatum: que fuit principalis ratio actiua in dei actione etiam hũana.

Tertiũ dictũ ꝓbat.

¶ Tertius articulus ꝙ nõ potuit contrahere originale vel assumere naturã cum ea vel cũ alia culpa/ꝓut est reatus ad penam. Primũ patet:qꝛ nullus põt contrahere originale quin nascatur de viro quo mõ christus natus nõ fuit. Unde supposito modo nascendi quẽ habuit peccatuʒ originale contrahere non potuit. Si aũt dicatur ꝙ ipse potuit nasci sm legem cõmunem ⁊ sic potuit cõtrahere supposita lege contrahendi originale que est sententia dei qua sancituʒ est ꝙ oĩs ab adã seminatus careat gratia ⁊ gloria quousq; sit circuncisus vel baptizatus ⁊ hmõi. Dicendũ ꝙ hoc intelligendum est de seminato puro homine non deo qꝛ princeps legib⁹ solut⁹ est. Et si rex faceret edictum ꝙ quicunq; acciperet vxorem solueret tãtũ ipse accipiens non tenetur.et si diceret ego etiam si faciam tantum soluam tunc non ligatur suo statuto sed suo promisso lege superiori ⁊ nature.ergo non potuit deus sua lege pure positiua neq; in se neq; in natura subĳcere se ꝓpter qđ tanq̃ dominus legis et sabbati dicitur legẽ implere etiam i hĳs que contra legeʒ faciebat ⁊ non eam soluere: quia deus homo legi positiue nõ subest: sed ad id quod est de lege nature maxime idispẽsabili erat ipse obligat⁹ in natura assumpta:sicut ad non odiẽdũ deũ:qꝛ si fecisset peccasset.sed hmõi non ẽ ipm originale.ergo ⁊c. ¶ Secundum patet scilʒ ꝙ si assumpsisset naturam habẽtẽ originale ꝙ in ea nõ mansisset origiale:qꝛ lʒ potuisset in ea manere carentia gratie et glorie non tamen debitum ⁊ obligatio ad has penas:qꝛ ꝙ vnus ꝓpter alium puniatur est de lege dei pure positiua cui assumens nõ potest se subĳcre: et ideo sicut res michi obligata si fiat mea desinit esse obligata michi: ita natura assumpta rea pena desinit esse rea per eandem

rõneʒ apparet de natura subiecta macule ⁊ reatui pene quã xp̃s potuit assumere:sed assumẽdo si nõ daret grãʒ tñ iã nõ esset obligata ⁊ debitrix alicuius:qꝛ pauper ⁊ creditor obuiauerũt sibi.⁊ sic cõfusa est obligatio ⁊ extincta qñ debitor fieret heres creditoris et econuerso:qꝛ reputatur vna psona ⁊ multomagis vbi vere sunt vna psona ⁊ si ꝑ vnionẽ ꝑ grãm adoptionis conformat⁹ xp̃o in baptismo ab omni reatu absoluit: multomagis per grãm vnionis hõ assũpt⁹ nullius pene est debitor: qꝛ pena est de lege positiua vel saltẽ dispensabilis est obligatio ad oẽm penã.nã ex quacunq; culpa actuali vel originali cũ deus eaʒ gratis totaliter possit cõdonare.tali autẽ legi non subest assumẽs etiã rõne assũpti vt videt. ¶ Sed si querat vtruʒ xp̃s tenet non mentiri sicut tenebat non odire deum.hoc est querere vtrũ de⁹ possit dispẽsare i mẽdacio. De quo infra videbit: qꝛ ꝓbabile est oĩ legi naturali indispensabili esse subditũ illũ verum hoiem ⁊ ideo nõ potuisse peccare ꝯtra illã:qꝛ deitas peccasset:sed non fuisse subiectũ alicui legi dispensabili:⁊ ideo non potuisset peccare cõtra illã ꝓpter dispensabilitatẽ ab obligatione vel libertatem ab obligatione. Sed dubiũ restat de pctõ omissionis:qꝛ si ꝓpter solã diuinitatẽ ipediebatur ab agẽdo peccare ne in illã peccabilitas redũdaret ⁊ in pctõ omissionis nõ opʒ dare agẽs quodcũ ꝙ iam omissio humanitati eius debet esse culpa et non deitati sicut passio est sibi passio ⁊ non diuinitati. Et dicenduʒ ꝙ oẽ pctm̃ omissionis est contra legẽ dispensabilẽ cui non subiacet humanitas assumpta. Nichil eñ est magis debitũ deo ꝙ amare.cui⁹ tñ obmissio est dispẽsabilis ad tẽp⁹ ⁊ pari rõne imperpetuũ vñ omittendo non peccaret natura nec suppositũ. ¶ Sed ꝯtra p̃dicta est:qꝛ xp̃s potuit naturã in puris naturalibus assumere:sed talis natura posset peccare qꝛ nõ esset pfectior respectu actus primi in essendo.ergo nec respectu actus secundi in opando ꝓpter qđ posset in agendo deficere sicut prius. Et dicendũ ꝙ natura sine gratia assumpta esset pfectior respectu act⁹ primi q̃ est suppositũ non habitus ⁊ in essendo infinito sʒ ꝓpter hoc actio humana non esset pfectior intrinsece sed extrinsece: qꝛ nõ posset hr̃e actũ sub rõne peccati ⁊ nisi essent inseparabilia nõ possent habere actuʒ illũ q̃ nõ posset esse in natura quin iputaretur in supposito non ꝓpter sustentationẽ:qꝛ sustentat oẽm peccantẽ sed ꝓpter vnionẽ:qꝛ nõ esset dare aliud suppositũ cui imputaretur peccatũ huius nature sicut est i natura nõ assumpta.

Ad rõnes principa,

¶ Illi de secunda opinione sic respondẽt ad rõnes principales q̃ vident ꝓbare ꝙ xp̃s peccare potuit etiã sm diuinitatẽ ⁊ sm ꝙ habẽs talẽ naturam humanam quã assumpsit Ad p̃mã cum dicitur ꝙ illud quod potest aliquis si vult potest absolute. verũ est si possit illud velle al's non. verbi gratia.lapis posset currere si posset velle currere: qꝛ non posset velle nisi haberet voluntatẽ tunc esset homo ⁊ posset currere: qꝛ tũc hoc nõ potest velle non sequit ꝙ possit currere. Similiter xp̃s sʒ naturã diuinã vel humanã eo modo quo de facto assumpta ẽ nõ potest velle peccare ideo nõ sequitur ꝙ possit peccare absolute.

Ad scdm.

¶ Ad secundum dicendum ꝙ melior est natura que potest peccare ꝙ que non põt cõparando naturas specie differentes:cõparãdo tamen naturas in eadem specie melior est illa que nõ potest peccare:qꝛ confirmata est in bono sicut natura hũana in xp̃o ꝙ illa q̃ põt peccare que caret tali conformatione qualis est humana natura in puro viatore.

Ad tertiũ

¶ Ad tertiuʒ dicendũ ꝙ dicere dicitur dupliciter. Uno mõ ꝓ naturali ꝓlatione vocũ ⁊ sic xp̃s potuit dicere ṽba significantia mẽdacium ⁊ sic qñ ꝓtulit si dixero qꝛ nõ noui eũ ero similis vobis mendax. Dicendo eñ hoc nõ noui eum dixit ṽba q̃ sm se significant mendacium: tñ non peccauit nec mentit⁹ est:qꝛ ꝓtulit ea materialiter ⁊ nõ significatiue cum assertione sic essendi. Alio modo accipit dicere ꝓ mẽtali ⁊ absoluta assertione cox que ꝑ vocẽ significant ⁊ sic xp̃s non potuit dicere ꝙ nõ nouisset patrem sine pctõ mendacĳ qđ nõ potuit esse in eo supposito ꝙ accepisset naturã sm mentem beatificã. talis eñ non potuit deprauari pctõ sicut dicit glosa in oppositum allegata.

¶ Distinctio.13. Qõ.j.

di.xiij.q.j.

Circa decimãtertiã distinctionẽ querũtur tria. ¶ Primo vtrũ in xp̃o fuerit gratie plenitudo ¶ Secũdo vtrum xp̃s indiguit grã habituali. ¶ Tertio quõ xp̃s significat plura.

Primum argumẽtũ

¶ Quantum ad primũ videt ꝙ in xp̃o nõ fuerit gratie plenitudo: qꝛ grã est necessaria ad operãdũ sʒ illud j.ad Cor.xv. Habundantius oĩbus laboraui nõ ego:sed gratia dei mecũ.sʒ xp̃s isto modo gratia indiguit nec q̃tum ad diuinã naturã q̃ in operando deficere nõ potest nec q̃tũ ad humanam q̃ fuit instrumentũ diuinitatis. In instrumẽto autẽ non oportet ponere habitũ sed in principali agente. ꝙ xp̃s gratia non indiguit.

Secundũ

¶ Itẽ plenitudo gratie nõ est sine oĩ gratia:sed in xp̃o nõ fuit oĩs grã:saltem gratia loquẽdi diuersis liguis. ergo xp̃s nõ habuit gratie plenitudinem. Minor ꝓbat:qꝛ frustra haberet donũ sine vsu sm illđ. Eccli.xix. Sapientia abscõdita ⁊ thesaurus inuisus q̃ vtilitas i vtriusq;.xp̃s autem nõ fuit vsus dono liguaruʒ cũ p̃dicauerit solis iudeis. ꝙ ⁊c.

Tertiũ

¶ Itẽ de nl'la re augente capacitatẽ receptibilis põt aliq̃d ipleri: sed quãto plus de tali recipit tãtomagis capacitas auget:⁊ sic non implet:sed gratia auget capacitatẽ volũtatis sicut sciẽtia capacitatẽ itellect⁹. ꝙ aĩa nõ põt ipleri grã.

In oppo.

¶ In ꝯtrariũ est qđ dicit Jo.j. Uidim⁹ gloriaʒ ei⁹ quasi vnigeniti a patre plenum gratia ⁊ veritate. Et arguit ꝑ rõnem: qꝛ redundantia est signũ plenitudinis:sed grã xp̃i redundauit in oẽs hoies grãm habẽtes sʒ illđ. Jo.j.de plenitudine eius oẽs accepim⁹ grãm ꝓ grã.

Rñsio.

¶ Rñdet tria sunt videnda. ¶ Primo de distinctione grẽ. ¶ Scdo de grẽ plenitudine. ¶ Tertio de grã capitis. ¶ Quarto de grẽ infinitate. ¶ Quantũ ad primũ ponũt aliq̃ tres cõclusiones. ¶ Prima ꝙ in xp̃o fuit grã vnionis. Gratia singularis psone:⁊ Gratia capitis.q̃libet istaruʒ dicit equiuoce:qꝛ grã vnionis multipliciter accipitur Uno modo actiue ita ꝙ sit gratuita voluntas dei faciẽs vnionẽ: et sic improprie accipitur. Alio modo formal'r ⁊ relatiue.i. grã q̃ est vnio ⁊ ista vnio est bonũ gratuitũ. Tertio mõ dꝛ dispositiua de cõgruo:⁊ dꝛ de tertia grã q̃ facit decẽtiã vt vniret tali psone ⁊ sic põt dici grã hitualis per se:qꝛ sicut pl'chritudo dꝛ facere ad decẽtiã vniõis in m̃rimonio sic dꝛ grã hitualis psone disponens ad talem vnionem:sed gratia singularis persone dicit plenitudo grẽ habitualis:vł ista gratia ha

bitualis siue sit caritas, siue sit aliud. Vñ ipe ha=
bitus gratie cū tāta plenitudine sicut habuit xp̄s
dicit gratia singularis psone: sed gratia capitis
dr accipiendo caput p oi eo qd influit alteri. ipse
ꝙ habitus gratie put est principiū influēdi i aliuz
dicit gratia capitis vñ xp̄s diligendo deū ꝛ volē
do passionē sm naturā humanā p gratiā quam sic
habuit faciebat actū singularis psone: et p hoc in
fluebat non vt instrumētū disponēs ad meritū: qr
sic est in nobis. ¶ Secūda conclusio est ista quō
ista se habēt adinuicē si gratia vnionis accipiat p
volūtate dei vniēte sic differt ab habitu informā=
te xp̄m sine gratia singularis persone sicut natu=
ra diuina a creata. Si autē accipiat p vnione gra
tuite facta et gratia singularis psone vt iformās
aīam sic differūt vt relatio ab habitu informante
sed si accipiatur p gr̄a disponente ad vnionē sic
idē est gr̄a vnionis et gr̄a singularis psone: qr vt
informata dr gratia vnionis: sed vt disponit dicit
gratia singularis psone. si autē accipiat gr̄a capitꝰ
et singularis per se sunt idē: aliter tñ et aliter ac=
Durā. dis. pñti. q. i. cepte. ¶ Tertia conclusio est de diuisione gratie
aliqui dicūt q gr̄a accipit dupliciter. Vno modo
p acceptatione diuina sicut inter hoies dr vnꝰ al=
teri gratꝰ: qr est ei acceptꝰ: ꝛ sic gratia nō dicit ali
quid subiectiue i hoie grato: sed est denoiatio ex
trinseca ab actu diuino vel humano. et de hac gr̄a
nō qrit q̄stio. et si quereret certum est q talis gr̄a
nō fuit i xp̄o subiectiue sed obiectiue. et sic pōt di
ci q xp̄s habuit hmōi gr̄e plētudinē: qr fuit deo
acceptus sm summū quo pōt acceptari a deo aliq̄
creatura. Alio mō accipit gr̄a p aliquo dono cre
ato: ꝛ hec diuidit in gratiā gratis facientē et gratꝰ
datā. Gratia autē gratū faciens pficit hoiem i se
et ad meritū psonale. gratia vo gratis data ordia
tur ad vtilitatē ecclesie: vt donū linguarū: opera
tio miraculorū et hmōi. ¶ Quantū ad secunduz
Du. vbi. s̄ de gratie plenitudine ponūt aliq̄ tria. ¶ Primū
est q in xp̄o fuit gr̄a gratū faciens ꝛ gr̄a gratꝰ da
ta. ¶ Secūdū est q q xp̄s habuit vtriusq gratie
plenitudinē. ¶ Tertiū est q nō obstāte tali pleni
tudine gratia xp̄i fuit finita. ¶ Primū apparet:
Primo de gr̄a gratū faciente tripliciter. Primo
sic. Cū intellectus ꝛ volūtas pportionent si itel
lectus eleuaret volūtate nō eleuata non maneret
pportio: sed in xp̄o fuit intellectus eleuatꝰ p glo
riā: vt infra patebit. ꝙ et eiꝰ volūtas fuit eleuata
p gratiā. ¶ Solutio sic. Nō est actꝰ pfectꝰ nisi sit
a potētia pfecta: sz pfectio volūtatis est gratia ꝙ
ad hoc q actꝰ volūtatis xp̄i esset pfectꝰ oportuit
q volūtas eiꝰ esset pfecta p gr̄am. ¶ Tertio me=
ritū nō est sine gr̄a. sz xp̄s venit in mundū ad me=
rendū nobis ergo oportuit q in ipso esset gratia
gratū faciēs q̄ est principiū merendi. Hec aūt di=
cta sūt supposito q oporteat ponere gratiā hitua
lē formaliter nos gratificantē: qr de hoc est apud
aliquos dubitatio vt dictū fuit in secūdo libro.
¶ Idē ptz de gr̄a gratis data sic. Cui cōpetit do
cere de nouo illa q̄ rōni naturali sūt icognita nec
ex aliquibus p se notis possunt esse deducta ei cō
petit habere signa sue doctrine manifestatiua: sed
totū pcipue fuit xp̄s. ꝙ decuit q haberet gratiam
faciendi miracula et hmōi q̄ ptinebāt ad ɔfirma=
tionē sue doctrine. Illud autē ptinet ad gratias
datas gratis. sicut eñ gratia gratū faciēs ordiat
ad actus meritorios: sic gratie gratis date ordi=
nantur ad confirmationem fidei et doctrine et sic
in xp̄o fuerunt gratie gratis date: et sic patet pri=
mum. ¶ Quantū ad secundū sciendū est q illud Articu. 2. du. vbi. s̄.
dicitur plene haberi quod habetur totaliter ꝛ pfe
cte. Totalitas autē et pfectio gratie sicut aliorum
habituum potest attendi dupliciter. Vno modo
q̄tum ad intentionem que attēditur sm essentia
lem perfectionē habitus. Alio modo sm extēsio=
nem que extenditur sm obiecta ꝛ actꝰ. ¶ Primo
modo fuit in xp̄o plenitudo gratie: qr habuit gra
tiam ita perfectam intensiue q non potuit inten=
sior esse in specie gratie. cuius rō est: qr qñ duo se
habent sicut prius et posterius ex pfectione vniꝰ
potest pbabiliter concludi perfectio alterius: sed
gratia vnionis et gratia habitualis in xp̄o se ha=
buerunt sicut prius et posterius. Nam ad gratiaz
vnionis secuta est gratia habitualis vt dictū fuit
prius. ergo ex pfectiōe et conditione gratie vnio
nis in xp̄o potest concludi pfectio ꝛ conditio gra
tie habitualis. Gratia autē vniōis in christo fuit
perfectissima qua perfectior esse non potest eo q
dignior non potest creatura vniri q̄ supposito di
uino. ergo gratia habitualis consequens ad eam
fuit perfectissima. ¶ Scd̄o etiā modo fuit i xp̄o
gratia sm plenitudinē vel plenitudo gratie: qr vir
tus vniuersalis principij se extendit ad omnes ef
fectus illius generis: sed gratia data fuit xp̄o vt
vniuersali principio salutis oiz ꝙ gratia gratꝰ da
ta fuit ei ad omnes actus ad quos se potest exten
dere quecunq gratia. Et confirmatur: quia xp̄s
est caput ecclesie vt postea dicetur: sed nullꝰ actꝰ
vite est in corpore qui non sit in capite. ergo nul=
lus actus gratie est in ecclesia ad quem se non ex=
tendat gratia xp̄i. Et hoc est quod dicit beatus
Augustinus ad Dardanum cap. 36. q sicut in ca=
pite sunt omnes sensus: sic in xp̄o fuerūt omnes
gratie: et ita in xp̄o fuit plenitudo gratie intensi/
ue et extensiue. ¶ Tertium patet: quia scz gratia Du. vbi. s̄
christi non fuit infinita. Primo quia capacitas fi
nita nō est susceptiua perfectionis ifinite: sed ani
ma christi cum sit eiusdem rationis cuz animabꝰ
nostris. est finite capacitatis. ergo gratia recepta
in ipsa non fuit perfectionis infinite. Sed qr per=
fectio meriti vel radicis merendi non excedit per
fectionē pmij: sed gr̄a cōparat ad gloriā vel ad vi
sionē btām vt pncipiū merēdi ad pmiū. ꝙ cū visio
btā i xp̄o non fuit infinita: alioquin operatio in
xp̄o humana equata fuisset operationi diuine: se=
quitur q gratia eius non fuit infinita. Quod au
tem dicitur Johan. 3. Non enim ad mēsuram dat
deus spiritūsanctū scz xp̄o. quod autē ē immēsuz
est infinitum ergo ꝛc. Dicendum q illud dictum
exponitur tripliciter. Vno modo de dono q deus
pater ab eterno dedit filio scz de diuina natura q̄
est immensa sm quam tantus est filius quantꝰ est
pater. Alio modo de dono quod datum est huma
ne nature vt vniretur persone diuine: et istud est
infinitum ex parte alterius termini. ¶ Tertio
modo potest exponi de gr̄a habituali que data est
xp̄o nō ad mēsurā illā que data est alijs. Alijs eñ
dat diuisim dona gr̄arū sicut dicit apl's ad Cori.
12. q alij dat p spiritum sermo sapiētie: alij sermo
sciētie. ꝛc. christo autē fuerūt data oia genera gra
tiarū ꝛ ad oēm effectū: ꝛ p tāto dicit nō habuisse
gratiā ad mēsurā: nō qr eiꝰ gratia infinita fuit: sz
quia habuit totā plenitudinē intēsiue ꝛ extēsiue.

3. articulꝰ Dur. q. 2. ꝛc. ¶ Quantū ad tertiū pponūt tria de gr̄a: scz capi
tis. Primū est scd̄m q̄d cōpetat christo esse caput
ecclesie. Scd̄o an sit caput oīm angelorum. Tertio
an in xp̄o sit eadez gr̄a psonalis et gr̄a capitalis.
¶ Quantū ad primū aduertēdū est q sicut tota
ecclia dicit vnū corpꝰ mysticū p similitudinez ad
naturale corpus hoīs eo q in corpe naturali sunt
multa mēbra diuersos actꝰ habētia. sic in ecclesia
sunt persone habētes diuersa dona ꝛ officia sicut
docet apl's Ro. 12. ꝛ Corīt. 12. ꝛ sic i ecclesia dicit
aliqd esse ad similitudinē capitis humani. In ca
pite aūt humano est duo cōsiderare scz rationem
cōueniētie naturalis cū ceteris mēbris ꝛ rationē
differētie ab eis q̄ attēdit in tribꝰ scz i ordine/pfe
ctione/ ꝛ virtute. In ordine: qr caput est pars pri
ma hoīs incipiēdo a supiori. In pfectione: qr in
capite vigēt oēs sensus interiores et exteriores.
In ceteris autē mēbris est solꝰ tactꝰ. In virtute
vero: qr virtꝰ ꝛ motꝰ ceterorum mēbrorum ꝛ guberna=
tio eorum in suis actibꝰ ē a capite ppt vim cogniti=
uā ꝛ motiuā ibi dominantē. Hoc supposito patet
q xp̄o sm q hō est cōpetit ratio capitis q̄tuz ad
oēs eiꝰ conditiones: qr illud qd est eiusdē nature
cū mēbris ecclie: excedit tñ ordine/pfectiōe/ ꝛ vir
tute habet rationem capitis: sed xp̄s sm q hō est
hmōi. ergo xp̄s scd̄m q hō est caput ecclie. Ma=
ior patet ex dictis. Minor declarat: qr xp̄s scd̄m
q homo est vnius nature cū hoibus q̄ sunt mēbra
ecclesie. Excedit autez in ordine: qr gratia eiꝰ al=
tior est ꝛ prior dignitate ꝛ si nō tpe: qr oēs alij re=
ceperunt gratiā p respectū ad gratiā ipsius scd̄m
illud Roma. 8. Quos psciuit ꝛ pdestinauit ɔfor=
mes fieri imagīs filij sui: vt sit ipse primogenitus
in multis filijs. Excedit etiā in pfectione: qr xp̄s
habet plenitudinē gratiarū q̄ alijs sunt diuise sm
illud Johā. i. Vidimus eū plenū gratie ꝛ verita
tis. habet virtutē influēdi sensum ꝛ motum spiri
tualē in mēbris ecclie sm illud Joh. i. De plenitu
dine eiꝰ oēs accepimus. ꝛ sic patz q xp̄s sm q ho
mo est caput ecclesie sm oēs cōditiones capitis.
Ipsi autē sm q deus nō ɔpetit ratio capitis que
est ratio cōueniētie naturalis cū mēbris: sed cete
re cōditiones cōueniūt excellētiꝰ xp̄o sm q deꝰ:
q̄ sm q hō: qr est eminētior dignitate pfectior si=
ue cōpletior in pfectione virtuosior influētia seu
opere: ꝛ sic patet pmū. ¶ Quantū ad secundum
scz an sit caput nō solū hoīm sed etiā angelorum.
Sciendū q xp̄s sm neutrā naturam est caput an
gelorum q̄tū ad rationē naturalis ɔuenientie quā
debet habere caput cū mēbris. Sed q̄tū ad alias
tres cōditiōes potest dici caput angelorum ꝛ hoīm.
Cuius ratio ē: qr vbi est vnū corpꝰ necesse est po=
nere vnum caput: sed multitudo angelorum ꝛ homi
nū ptinet ad vnū corpꝰ mystice loquēdo. ergo hz
vnū caput: hoc autē est xp̄s. ergo ꝛc. Maior patz
Minor pbat: qr oīs multitudo ordinata ad vnū
finem scd̄m distinctos actus et officia potest dici
vnū corpus put nūc mystice de corpe loquimur.
sed multitudo hoīm ꝛ angelorum ordinat ad vnum
finē qui est glīa diuine fruitiōis. ergo tā hoies q̄
angeli ptinēt ad vnū corpꝰ ecclesie mystice: q̄ cō=
prehēdit militantē p fidē ꝛ triūphantē seu regnā=
tem p speciē: cuiꝰ multitudinis xp̄s caput est nō
solū sm q deus: sed etiā sm q homo: qr dona gra
tie participat pfectiꝰ ꝛ eminētius q̄ etiaz angeli:
habet eis etiā ifluere diuinas illuminationes vt
dicit Dionysiꝰ. 7. ca. cel. hierar. ꝛ ideo xp̄s sm q
homo nō solū est caput hominū sed etiā angelorum
Et hoc expresse dicit apl's Col. 2. loquens de xp̄o
qui est caput oīs principatus: ꝛ eadez ratio est de
oībus ordinibꝰ angelicis. ¶ Quāuis autē xp̄s
sit caput angelorum ꝛ hominū: nō tñ equaliter oīm
Nam quidā vniunt xp̄o actualiter p glīam. alij p
fidem. alij p solā fidē. alij solū in potētia q̄ nūq re
ducet ad actū. ꝛ qr primus modus pfectior est q̄
secūdus: ꝛ secūdꝰ q̄ tertiꝰ. ꝛ sic de ceteris vsq ad
vltimū. ideo xp̄s primo ꝛ pricipaliter dicit caput
illorum q̄ sibi primo vniūtur. deinde scd̄ario q̄ scd̄o
sibi vniunt: ꝛ sic de ceteris. Qui autē ei nullo mō
vniunt nec actu nec potentia dānati scz totaliter
desinūt esse mēbrū xp̄i: qr tā nō sunt in potētia vt
xp̄o vniant. ꝛ sic patet secūdū. ¶ Quātū ad ter=
tium dicendū est q eadē gratia p essentiaz fuit in
xp̄o ad pfectionē psonalē ꝛ ad influendū mēbris
ecclesie sicut caput habet mēbris influere. Cuius
ratio est: qr pfecti est agere ꝛ illud qd est agēti ra
tio pfectionis in se est sibi ratio agēdi i alia: sicut
idē est calor quo ignis est calidus ꝛ quo calefacit
alia: sed gratia psonalis in xp̄o est qua xp̄us in se
pfectus est. gratia autē capitis est illa q̄ influit ce
teris. ergo eadē ē gr̄a psonalis ꝛ gr̄a capitꝰ. et sic
patz tertiū. ¶ Quantum ad quartū de infinitate 4. articlꝰ
gratie sunt tres cōclusiones sm q in xp̄o fuit tri
plex gr̄a. ¶ Prima fuit gratia vnionis q̄ pter vo
luntatē dei gratuitā non est nisi vna realatio rea=
lis in natura assumpta ex actione vnionis cōiun=
ctionis et assumptionis cōsurgēs sine qua nō po=
tuit esse vnio q̄ tamen potuit esse sine alia gratia:
q̄uis aliq̄ dicāt si relatio ē res a fundamēto diffe
rens q potest deus remanēte fundamēto ꝛ extre
mo ipsam annichilare: puta q in duobꝰ equalibꝰ
non sit aliqua similitudo nec equalitas addita: sz
dicerent similia ꝛ equalia realiter ex sola realita=
te fundamētorum: sicut dicit deus dñs sine reali re=
latione: deinde in se. ꝛ si hoc est verū potuit deꝰ fa
cere q vnionē que est actio/nulla seq̄retur relatio
Ista gratia vnionis fuit nō infinita sed finita: qr
creata ꝛ icreata eo modo quo relatio est finita vel
ifinita: qr sicut relatio ad deū ē finita ex subiecto/
ifinita ex termino: ita ꝛ vnio in natura assumpta
ꝛ ad assumentem fuit infinita. ¶ Secunda gra=
tia q̄ fuit in xp̄o dicit habitualis ꝛ psonalis gra=
tum faciens ꝛ gratis data: quarum oīm habuit ple=
nitudinē sed nō fidē ꝛ spem q̄ impfectionē inclu=
dūt: et ista etiā fuit finita simpliciter: qr fuit virtꝰ
vel qualitas aut accidēs in essentia finita: in qua
non potest esse virtus infinita. 8. phisicorum ¶ Ter
tia fuit gratia capitis: sed cū sit eadē p essentiā si=
cut eodē calore ignis calet ꝛ calefacit. Sciendū
q ea maior nō fuit nec eqnalis: nec esse potuit de
potētia ordinata. de potētia autē absoluta videre
tur alicui q in natura nō assumpta nō potuit esse
equalis: quia q̄to essentia habet esse pfectiꝰ: tāto
pfectiora accidētia etiā cōia. sicut hō habet nobi=
liorem tactū. Cum autē natura non assumpta nō
existat p subsistere infinitū vel existere sicut hmōi
quia prius naturaliter habuit esse diuinū q̄ gra=
tiam. inde est q per hoc fuit capax maioris gr̄e ꝛ
glorie quam capacitatem natura nō assumpta ha
bere non potuit. alijs autem videtur q per hoc ca
pacitas in nullo aucta est cum ipsa volūtas sit im
mediata capacitas que vnita non est: ꝛ si esset ca=

pacitas aucta ꝓpter esse diuinũ pari ratione ꝓpť
esse infinitũ esset aucta in ĩfinitũ : nisi dicať ꝙ ca=
pax nõ est. vnde de potẽtia absoluta nõ potuit esse
maior ipso: nec in alio si gratia nõ crescit in infini
tum: aĩs tñ de potẽtia ordinata. ¶ Ad primũ ar
Ad rõnes ãte oppo. Ad pmũ. gumẽtũ dicũt quidã ꝙ ĩstrumẽtũ inaĩatũ nõ idi=
get habitu ad operandũ: q² soluʒ agiť et nõ ꝓprie
agit. Instrumẽtũ autẽ aĩatũ qꝺ nõ solũ agiť sed
etiã agit/indiget habitu ad ꝑficiẽdum ipsum ad
operandũ et tale instrumentũ fuit humanitas in
Ad scꝺm. xp̃o ꝓpter qꝺ indiguit gratia habituali. ¶ Ad
secundũ dicendũ ꝙ in xp̃o fuit gratia linguarum
q̃uis ea vsus nõ fuit: q² p̃dicauit solis iudeis si=
cut ipse dixit Math.xv. Non sum missus nisi ad
oues q̃ perierãt dom⁹ israel. Nõ tñ ꝓpter hoc iu=
tiliter gratiã hãc habuit/sicut nõ iutiliter aliq̃s
habuit habitum qñ eo non vtiť qñ est oportunum
Oportunitate eñ existẽte esset iutilis sapiẽtia et
q̃cũq; habit⁹ q̃ nõ exiret ĩ actũ. ¶ Ad tertium di
Ad tertiũ cẽdũ q̃ remota capacitas aĩe cũ sit idẽ cũ aĩa vel
cũ potentia aĩe nunq̃ augeť vel minuiť. Propin=
qua autẽ capacitas q̃ causať ex frequentia actuũ
augeť q̃diu aliq̃s citra terminũ ꝛ ꝑ statu illo nõ
ĩpleť: sʒ qñ ꝑuentũ ẽ ad terminũ vbi est stat⁹ ꝛ iple
tur capacitas. et sic fuit in xp̃o q̃ habuit gratiã in
summo siue in termino. ¶ Questio secũda.

Secundo q̃riť vtrũ aĩa xp̃i sine habi=
tu creato gr̃e possit fruitiõis actum
elicere p̃supposita solũ vnione xp̃i ad
Primum verbũ. Arguiť ꝙ sic: q² agẽs aliq̃d ꝑ
virtutẽ minorẽ ꝑ virtutẽ maiorẽ põt
illud agere si virtus maior cõtineat minorem: sed
diuinitas vnita aĩe xp̃i in se cõtinet ipsam gratiã
et virtutẽ eius excellenti⁹ q̃ ipsa gratia in seipsa:
q̃re põt ibi facere quicq̃d põt gr̃a facere ꝛ faceret
Secundũ ¶ Item q̃uis agẽs instrumẽtale nõ possit aliq̃d
agere vltra suã speciẽ: tñ in v̇tute p̃cipalis agẽ=
tis bene põt: sed humanitas vel aĩa xp̃i est instru
mentũ diuinitatis ſm Dam.li.3.c.25. quare si ſm
se nõ possit elicere actũ fruitiõis q̃ est act⁹ supna
turalis excedẽs speciem aĩe in operãdo. Bene tñ
poterit elicere eundẽ inq̃tũ est instrumentũ deita
Tertium. tis. ¶ Itẽ agẽs oĩpotẽs agit ꝑ illꝺ ꝑ qꝺ est oĩpo
tẽs scʒ ꝑ oĩpotẽtiã suã: sed aĩa xp̃i est oĩpotẽs ſm
Dam.li.3.ca.18. ergo quicq̃d agit/agit ꝑ illud ꝑ
qꝺ est oĩpotẽs: quare nõ req̃riť gratia. ¶ Item
Quartuʒ vbicũq; poniť aliq̃d realiter nõ debet ibi poni il=
lud qꝺ est similitudo eius. exẽplũ/vbi est ver⁹ co=
lor nõ poniť similitudo coloris: sed gr̃a est q̃dam
similitudo diuinitatis ꝛ in ista vnione vniť diui=
nitas ipsi aĩe xp̃i: quare nulla erit in aĩa eius gr̃a
In oppo. ¶ In oppositũ ysa. Requiescet sup eũ sp̃us dñi:
sp̃us sapiẽtie ꝛ pietatis. ꝛc. et replebit sp̃us timo
ris. ¶ Itẽ Augu.15. de trini, ca.26. In xp̃o fuit
gratia. Ex hoc arguiť sic. Gratia ad hoc ponitur
in xp̃o vt eleueť ei⁹ aĩa ad fruitionẽ. ergo gr̃a est
necessaria. ¶ Itẽ oĩs act⁹ est ab aliquo ſm ratio=
nẽ forme: q² vnũq̃dq; agit ſm ꝙ est in actu/ꝛ cau
sa actus in cõposito est forma ſm ꝯmẽtatorẽ. 8.
metaphi. sed diuinitas nõ potest esse ipsi aĩe vt for
ma: nec act⁹ fruitionis cõuenit aĩe ſm naturã suã
cum sit supnaturalis. igiť aliq̃d aliud erit vt for=
ma ꝑ quã eliciet act⁹ ille: sed hoc aliud vt forma
nõ est nisi gr̃a. ꝗ sine habitu gr̃e creato nõ põt in
actum fruitionis. ¶ Itẽ act⁹ non est cuiuscunq;
sed est dispositi. Act⁹ eñ actiuoꝝ sunt in patiente
dispositio.2.de aĩa. ita ꝙ in agẽte requiriť disposi=
tio ad agendũ: ꝛ in patiẽte dispositio ad patiẽdũ.
sed dispositio apta ad eliciendũ actum fruitionis
nõ ẽ nisi gr̃a: quare ꝛc. ¶ Itẽ sicut se habet agẽs
increatũ ad suã formã: sic agẽs creatũ ad suã for=
mã: sed agẽs ĩcreatũ nõ potest agere nisi ꝑ formã
increatã. ergo nec agens creatũ nisi ꝑ aliquã for=
mã creatã/ꝛ hoc nõ est nisi gr̃a. ergo ꝛc. ¶ Rñsio
Respõsio. Pria opinio. De ista q̃stione sunt tres opiniones/ꝛ potest ad=
di quarta. ¶ Prima opinio est quorũdã dicẽtiũ
ꝙ hic sufficit sola vnio ad actũ fruitionis elicien
dum/ꝛ ad oẽs act⁹ eliciendos quos posset aĩa xp̃i
elicere ꝑ habit⁹ creatos. Imaginanť eñ ꝙ essen=
tia diuina ꝓpter suã imensitatẽ ꝛ infinitatẽ possit
cõicare virtutẽ suã ad faciendũ oẽm actum queʒ
aĩa possit elicere mediãte habitu creato: ita ꝙ q̃c
quid in mũdo in aliis aĩabus sc̃tis facit habitus
gratie/hoc totũ facit diuinitas in aĩa xp̃i ꝑsona=
liter vnita. ¶ Rationes ponuntur ad hoc: qua=
Primarõ rum prima est hec. Habitus gr̃e non poniť in aĩa
nisi ꝓpter duo: scʒ vt det esse gratuitũ/ꝛ vt sit for
malis ratio eliciẽdi actuʒ: sed hec duo põt facere
in aĩa christi diuinitas sibi vnita: quare non opor
tet ponere gratiam. Probatio assumpti/ꝛ primo
q̃tũ ad primũ/scʒ ꝙ diuinitas possit dare aĩe xp̃i
esse gratuitũ: q² ad hoc ꝙ aliq̃d det alicui esse pri
mum nõ oportet ꝙ inhereat: sed sufficit solũ ꝙ fa
ciat cũ eo vnũ. vñ dato ꝑ ipossibile ꝙ forma ĩhe=
reat materie ꝛ nõ faceret vnũ/puta albedo nõ da
ret esse albũ si tñ posset facere vnum cũ materia ꝛ
nõ inhereret: tũc daret esse album: q² ipsa vnitas
vel vnio est causa seu ratio q̃re forma dat esse ma
terie/ꝛ nõ inherẽtia. hoc patet in ꝑsona assumẽte
naturam ad vnitatem personalem: quia propter
talem vnitatẽ sine oĩ inherẽtia ipsius diuinitatis
ad naturam assumptã/dat sibi esse personale. igiť
cũ diuinitas cõtineat virtutẽ gr̃e totã modo ex=
cellentiori q̃ faciat ipsa gr̃a/poterit dare ipsi aĩe
xp̃i cui vnita est esse gratuitũ/absq; hoc ꝙ inhe=
reat sicut exẽplificatũ est de albedie. Ex hoc aũt
sequiť secundum/scʒ ꝙ possit esse ratio formalis
agendi: q² illud idẽ qꝺ potest dare actũ primuʒ q̃
est esse/potest dare actũ secunduʒ q̃ est opari: q̃re
cũ diuinitas possit dare aĩe xp̃i esse gratuitũ/po=
terit dare actum qui est frui. ¶ Secũda ratio ta= 2.ratio.
lis est. Habitus cõparať ad illud in quo est: ꝛ ad
illud ad qꝺ est/videlʒ ad subiectũ ꝛ ad obiectum.
est eñ in subiecto/ꝛ ẽ ad obiectũ. Est eñ habit⁹
qui habentẽ ꝑficit: ꝛ opus ei⁹ bonũ reddit: ꝛ bene
ex.2.ethicoꝝ. sed habit⁹ est principium operatio=
nis quaten⁹ ꝯparať ad subiectũ ꝛ ipsum ꝑficit si=
bi inherẽdo: sed quaten⁹ cõparať ad obiectum et
inclinať ad ipsum. Cũ igiť diuinitas ꝑ ꝯparatio
nem ad obiectũ possit facere ipsi aĩe xp̃i q̃cq̃d fa=
ceret gratia: licet nõ ꝑ ꝯparationẽ ad subiectum
q² nõ potest ipsam ꝑficere inherẽdo: ꝛ cũ solũ ha=
bitus ꝑ cõparationẽ ad obiectũ sint p̃cipiũ ope
rationis: sequiť necessario ꝙ ipsa diuinitas suffi=
cit ad oẽm operationẽ aĩe xp̃i absq; hoc ꝙ ipsam
ꝑficiant ĩherẽdo. ¶ Tertia ratio talis est. Intel= 3.ratio.
lectus possibilis sine oĩ forma inherente ad p̃sen
tiã sui obiecti põt elicere actũ ĩtellectionis sicut
dictũ fuit supi⁹. igiť eadẽ ratione aĩa xp̃i ad p̃sen
tiã obiecti beatifici potest elicere actũ sine oĩ ha=
bitu ĩherẽte circa tale obiectũ: sed circa tale ob=
iectum est actus fruitionis. ergo ꝛc. ¶ Isti respõ

dent ad oẽs auctoritates q̃ dicũt ꝙ in aĩa xp̃i sit
gratia: qꝺ dicũt intelligi de gr̃a vnionis q̃ nõ est
gratia creata sed ĩcreata. Vel dato ꝙ ĩtelligatur
de gr̃a creata/dicũt ꝙ fuit ꝛ est in aĩa xp̃i nõ ꝓpť
necessitatẽ sed ꝓpter decentiã ꝛ ornatum ipsi⁹ aĩe
xp̃i. Aĩa ipsius ornata est gratia ad quãdã cõde=
centiã sicut sua ꝑfectione nõ tñ ꝓpter necessitatẽ
ita ꝙ sine ea non posset actum fruitionis habere.
Secunda opinio. ¶ Secunda opinio huic cõtraria est ꝙ nõ potest
aĩa xp̃i sine creato habitu gr̃e in actũ fruitionis:
nã sicut respectu obiecti naturalis q̃tũcunq; sit
obiectũ p̃sens et forma aliqua ĩpressa ꝑficiẽs nisi
sit naturale lumẽ agẽtis disponẽs nõ potest ĩtel=
lectus actũ intellectionis elicere. sic respectu ob=
iecti supnaturalis q̃tũcunq; tale obiectũ sit pre=
sens: ꝛ forma elicitiua perficiens nisi assit lumen
quoddã supnaturale disponẽs nõ poterit aĩa ipsa
actum fruitionis elicere. Istud autẽ lumen voca
mus gratiã vt sic sit ꝓportio inter actũ naturalẽ
respectu obiecti naturalis/ꝛ actũ supnaturalẽ re
Primarõ spectu obiecti supnaturalis. ¶ Rationes ad hãc
ꝯclusionẽ ponunť: quarũ prima est hec. ¶ Sicut
se habet agẽs naturale creatũ ad actionẽ natura
lem: sic se habet agẽs supnaturale ad actionẽ sup
naturalẽ: sed agẽs naturale nõ potest actionẽ na=
turalẽ elicere nisi ꝑ formã naturalẽ ĩpressam siue
inditã: quare nec agẽs creatũ supnaturale pote=
rit actũ supnaturalẽ elicere/cuiusmõi est act⁹ frui
tionis sine aliquo sibi ĩpresso supnaturali. hoc au
tem ĩpressum gratiã vocam⁹: quare ꝛc. Minor ꝑ
bať ex hoc ꝙ philosoph⁹ p̃mo de aĩa/ex operatio
2.ratio. ne cõcludit formã: nã ꝑ id ꝙ homo intelligit con
cludim⁹ ꝙ aĩa ĩtellectiua est forma hoĩs. ¶ Itẽ
actus fruitionis non põt elici a pura natura siue
ex puris naturalib⁹. req̃riť ergo ad hoc ꝙ eliciať
ab aĩa ip̃a ꝙ sit aliq̃d additũ ipsi aĩe. tunc q̃riť de
isto addito q̃d est/vtrũ sit obiectũ vel act⁹ vel ha
bitus/nõ est plura dare. Nõ potest dici ꝙ sit obie=
ctũ/cũ obiectuʒ se habeat in rõne terminatiui tñ
ad hoc ꝙ natura pura eliceret actiue et sic obie=
ctum nõ põt esse illud additũ. Nec põt dici ꝙ sit
actus: q² nõ est aliq̃s actus beatific⁹ p̃uius ante
actuʒ fruitionis cũ actus p̃ui⁹ beatificus sit act⁹
fruitiõis: quare illud additũ erit habitus: sed ta
3.ratio. lem habitũ appellam⁹ gratiã. ergo ꝛc. ¶ Itẽ si so
la p̃ñtia essentie diũe sufficeret ad eliciendũ actũ
fruitionis tũc eadẽ ratione posset dici ꝙ sola pre
sentia spirit⁹ sancti sufficeret ad eliciendũ actuʒ
caritatis in ipsa volũtate. ꝛ sic rediret opinio ma
4.ratio: gistri p̃mo sentẽtiarũ. di. 7. qꝺ tamen ipsi de alia
opinione nõ tenẽt. ¶ Itẽ si ꝓpter solã p̃sentiã es=
sentie diuie ꝑ elapsum specialẽ nõ oporteret pone
re in aĩa xp̃i aliquẽ habitũ gr̃e ad eliciendũ actuʒ
fruitionis: tunc eadẽ ratione in aliis animabus
sc̃tis nõ oporteret ponere aliquẽ habitũ cũ deus
sit eis p̃sens/ꝛ intim⁹ ꝑ illapsum specialẽ aliqueʒ:
sed cõsequẽs est falsum. ergo illud ex quo sequiť.
Cõfirmatio. ¶ Et cõfirmať ista ratio ꝑ hoc ꝙ nõ minus exce
dit actus gl'iosus naturã q̃ faciat actus credẽdi
sed ꝓpter talẽ excessum nõ poterit actus credẽdi
5.ratio. elici: quare nec actus gl'iosus cuiusmodi est ipsa
fruitio: põt elici sine hitu gr̃e medio. ¶ Item si
cut vltima ꝑfectio aĩe rationalis est in ipso actu
fruitiõis: sic vltima ꝑfectio corpis est in ipsa im
mortalitate et impassibilitate: sed sic est ꝙ ꝓpter
solã p̃sentiã essentie diũe ꝛ inexistẽtiã eius corp⁹
nõ ꝯsequiť ipsam imortalitatẽ ꝛ ipassibilitatẽ: qꝺ
patuit in xp̃o q̃ nõ habuit corp⁹ imortale sed mor
tale nõ obstãte tali inexistẽtia: quare nec eadẽ ra
tione ipsa aĩa xp̃i habet vel habuit actũ fruitio=
nis solũ ꝓpter talẽ inexistẽtiã: sed vltra est pone=
re aliquid additũ: ꝛ illud est gr̃a. ¶ Itẽ ꝑ eadem 6.ratio.
dicitur operari. operatio nāq attribuitur primo mouenti. et de hac dicit beatus Jacobus. i. ꝙ ira viri iusticiam dei nō operatur. et talis ira nō fuit in christo. Ira autē sequens iudicium rationis que est appetitus vindicte prout ratio iudicauerit/ dicitur ira per zelum: et talis non est vicium/ ⁊ fuit in christo. ¶ Tertio fuerūt differenter passiones in christo et in nobis quantum ad effectū: quia huiusmodi passiones quandoq in nobis nō sistunt in appetitu sensitiuo sed redundāt in rationem: ita vt eam perturbent ⁊ eam retrahant quandoq a sua rectitudine. non sic autē fuit in christo. quia hmōi motus ex diuina dispositione sic sistebant infra limites sensitiui ꝙ nullo modo impediebatur nec perturbabat ratio eis quin ageret ea que conueniebant: et ideo magis dicūtur fuisse in christo scdm propassionem q̄ secundū passionem. Propassio enim dicitur quasi inchoata passio. sed passio absolute dicitur cōsummata passio et perfecta. ⁊ quia vltima consummatio motuū appetitus sensitiui est ꝓsecutio rei appetite: que non contingit nisi ratio per passionem abstrahatur a sua rectitudine: ideo in nobis vbi hoc accidit tales motus dicuntur passiones: in christo autem dicūtur propassiones. et hoc insinuat scriptura dicēs ꝙ cepit contristari et mestus esse. Ubi dicit Hieronymus ꝙ dn̄s noster vt veritatem probaret assumpti hominis/ vere quidē contristatus est. sed ne passio in illius dominaretur animo per propassionem dicit ꝙ cepit contristari: vt passio perfecta intelligatur quando animo id est rationi dominatur. Propassio autem est quasi passio inchoata in appetitu sensitiuo: sed vlterius non procedit/ et sic patet secūdum. ¶ Tertium patet scz ꝙ in christo fuit passio prout dicit motum voluntatis: quia sicut ex apprehensione disconueniētis scdm sensum causatur motus appetitus sensitiui scdm conditionem apprehensionis: ita ex apprehensione disconuenientis per intellectum causatur motus voluntatis scdm conditionē apprehensionis: sed in xp̄o fuit apphēsio aliquorū cōueniētiū: et q̄ iudicabant talia sm rationē: ergo in ipso fuit motus voluntatis scdm conditionem talis apprehensionis. motus autem voluntatis conueniens tali apprehensioni est motus displicentie: ergo in christo fuit talis displicētia: que large potest dici passio. Maior de se patet. Minor declaratur. Christus enim per partem intellectiuā aliqua apprehendit vt discōuenientia sibi: puta mortem propriam/ ⁊ titubationem discipulorum. quare ⁊c. ¶ Qualiter autē potuit esse in christo velle mori ⁊ nolle mori. Oblatus est eñ quia ipse voluit: vt dicitur ysaye. 53. ca. Aduertēdum ꝙ ratio potest ferri in aliquid dupliciter. Uno modo in se ⁊ absolute. Alio modo in ordine ad aliquem finē. Primo modo accipitur ratio vt natura maxime quādo considerat illud nociuum vel conueniens nature scdm se ¶ Scdo modo sumitur ratio vt ratio inq̄tum iudicat aliqua vel de aliquo scdm relationem ad finem. ¶ Primo ergo modo ratio in christo iudicabat mortem sibi disconuenientē: sed scdo modo mortem couenientē iudicabat ꝓpter salutem humanam. et q2 primus actus respectu secundi est imperfectus/ et quasi scdm quid. vnde nō est iudicium finale sed cōditionatū. sicut si dicerem/ iudico ꝙ bibere medicinam amaram est malum scdm se/ sed bibere eam propter sanitatem est bonum expediens. sic actus voluntatis sequens primum actū rationis est imperfectus et scdm quid respectu secundi. vnde non est nolle simpliciter sed scdm quid ⁊ conditionatum. vnde christus conditionaliter dixit vt habet Matthei 26. Pater mi si possibile est trāseat a me calix iste addens: veruntamen non sicut ego volo sed sicut tu. loquens primo de volūtate naturali ⁊ cōditionata: ⁊ subiungens voluntatem que erat voluntas simpliciter ⁊ conformis voluntati diuine. vnde patet ꝙ iste due voluntates se compatiebātur in xp̄o nolle mori volūtate naturali/ ⁊ velle mori voluntate deliberatiua. ¶ Sed dubium est de lāceatione: de qua dicunt quidam ꝙ fuit ante mortem aliter non fuisset nobis meritoria: q2 mortuus nec sibi nec aliis potest mereri. Et qd dicit. Johānis. 19. ꝙ vt viderūt eum mortuū. ⁊c. id est postq̄ visum est eis ꝙ esset mortuus: quod frequēter videtur de homine moriente anteq̄ sit vere mortuus et ꝙ Johānes recitat mortem dicens ꝙ inclinato capite emisit spiritum. Postea ponit hystoriā ꝙ vnus militū lancea latus eius aperuit. potest dici primum dictum ꝑ anticipationem. secundū ꝑ recapitulationem: sed mens euāgeliste ⁊ sanctorum est contraria/ ⁊ beatus Ber. ꝙ gladius pertransiuit animam beate virginis non filii/ sed corpus tantū: q2 ibi nō erat plus iam anima filii informando: sed anima matris amando: ⁊ sic in lāceatione non doluit q2 mortuus. ¶ Ad rationem dicendum ꝙ per idem nec mors christi aut martyrium meritoria fuisset: quia quando mors primo est tunc vita primo non est: ⁊ sic meritum non est: sed dicit mors meritoria propter electionē mortis in quo essentialiter est meritum. vnde christus viuens elegit mortem/ sepulturam/ et lanceationem/ et omia ac propter hoc huiusmodi fuerunt meritoria obiectiue non subiectiue.

[margin: 3. articulus] ¶ Quantum ad tertium de morte christi dicenda sunt tria. Primum ꝙ dolor eius nō fuit inferni doloribus maior vel purgatorii. Scdo ꝙ fuit maior dolore cuiuslibet viatoris. Tertio dicetur de mō huius excessus. ¶ Primū patet scz ꝙ dolor mortis christi: id est qui precessit mortem non fuit maior dolore purgatorii vel iferni sed minor illo: quia venerat assumere dolorem viatoris satisfactorium ⁊ meritorium: illi autē non sunt viatoris/ et inferni non est satisfactorius/ purgatorii non est meritorius. Et q̄uis pro vtroq est satisfactorius/ tamen nō ꝓpter hoc oportuit ipsum illis equari: q2 minor dolor in via satisfacit pro maiori in termino. *[margin: Secundū dictum.]* ¶ Secūdo ꝙ nullius vnius hominis dolor preteritus vel futurus in hac vita adequat dolorem christi quem ꝓ nobis sustinuit: sm illud. O vos omnes qui transitis per viam. ⁊c. Primo quia volebat omnium dolores portare ⁊ pro omnium doloribus satisfacere. et ideo quia causa debet esse potior: quātum erat possibile dolor eius omnem dolorem excedere debuit: nō eñ solum voluit ex equipollenti vel equali caritate dolorem suum esse satisfactorium scdm quam minus dolor vel minima gutta sanguis suffecisset: quia minor pena cum maiori caritate est satisfactoria magis: sed etiam ꝙ ex natura actus esset

magis penosus sed nō erat possibile vt dolor christi in vigore excederet omnes dolores oīm quos in resurrectione omnium ammonebit: sed saltem cuiuslibet per se hominis dolorem noluit excedere vt ex infinitate persone dolor omnium dolores excederet et ex grauitate doloris in se pro qualibet persona in se non minus: sed plus solueret. ¶ Scdo q2 voluit nos per hoc adsui amorē maxime trahere. Unde quanto quis duriora ꝓ alio quis suffert: tāto plus ab eo amari debet vt a nobis maxime amari deberet sicut maxia dona nobis cōtulit: ita amarissima ꝓ nobis ꝑtulit. ¶ Tertio q2 tantum nos obligare voluit vt nullus posset equale ei reddere scdm beneficiū humanitatis recreantis: sicut nec scdm beneficium diuinitatis creantis. Si autem aliquis martyrum qui duriora omnibus pertulerunt aut sub altari sunt/ posset dicere se maiorem dolorem ꝑtulisse: videretur recompensatum. vnde fides cogit credere ꝙ dolor quem pro nobis sustinuit iter omnes dolores viatorum preteritos/ presentes/ et futuros/ maximus fuit. nec dolor Job vel Anthonii aut cuiuscunq martyris tantus fuit. *[margin: Tertiū dictum.]* ¶ Tertio per quem modum iste excessus possibilis fuit: si dicimus propter teneritatem ⁊ optimam complexionem corporis causatam/ bona fuit ꝙ nūq̄ fuit nec erit ita bonus tactus in homine. sed non sufficit: q2 licet melioris complexionis homo plus doleat ex lesione pari vel aliquātulum minori: tamen ex grauiori lesione notabiliter plus dolet male complexionatus q̄ ex minori notabiliter bene complexionatus. Uidetur autē ꝙ lesio ignis q̄ est vnius speciei quo ad corpora hic et in futuro seculo minus notabiliter excedat lesionem clauorum ⁊ flagellorum. vnde multi martyres ex genere pene ignis qua fuerunt assati et a quibus extracti vel viui excoriati aut sub vngulis clauis affixi ⁊ huiusmodi: videretur habuisse grauiores penas: q2 licet nullus fuit ita bone cōplexionis sicut christi grauitas supplicii superabat: ꝓpter quod aliqui dicunt ꝙ martyres tam dira ꝑpessi seipsos consolabantur spe futurorum. ⁊ aliqui super carbones sicut super flores ambulabant: q2 cōsideratio premii minuit vim flagelli: sed illud nō sufficit/ quia multi in tormentis morientes desperabant: propter quod in christo etiam non fuit redundantia ex parte superiori non potuit esse tota causa excessiui doloris. Uidetur igitur ex voluntate dei hic excessus ꝓcessisse: quia pōt deus facere vt ignis non comburat/ et vt taliter comburat puta vincula puerorum et non pueros / et similiter ꝙ minus q̄ natus est affligat/ ⁊ pari ratiōe potest facere ꝙ illud qd natū est minus affligere plus affligat: q2 si facit ꝙ ignis affligat spiritū quē non est natus affligere: multo magis potest facere ꝙ plus affligat illud qd natus est minus affligere. si ergo poneremus martyrem eiusdē vel delicabilis cōplexionis cum christo habuisse eandem vel grauiorem penam cum christo ex genere suo: tamen deo volente et faciēte/ in christo ex simili pena vel minori secutus est maior dolor q̄ talis: q2 voluntas dei fuit vt esset dolor maximus quem natura sine morte posset sufferre: siue deus hoc fecerit siue natura in virtute dei/ circa quem voluit esse omnem alium huiusmodi dolorem ꝓpter causas in secunda conclusione memoratas. *[margin: Ad p̄mūz]* ¶ Ad primum dicēdum ꝙ pena nō debetur nisi culpe: sed q̄sicq penā sustinet qui culpam non ꝯmisit inq̄tum pro eo q̄ peccauit voluntarie satisfacit: ⁊ sic decuit ꝙ christus qui pro tota natura generis humani satisfacere volebat defectus penales assumeret. *[margin: principale]* *[margin: Ad scdm.]* ¶ Ad secundum dicendum ꝙ tota anima christi secūdū omnes potentias non fuit a principio beata: sed solum scdm superiorem rationē: scdm autem rationem inferiorē ⁊ scdm vires sensitiuas permittebatur agere et pati ea que erant eis propria: vt dicit Dam. libro. 3. Cuius ratio est vt dictum fuit supra/ christus assumpsit naturam nostrā vt in ea nos redimeret: ideo talem assumpsit qualē oportuit esse ad finem nostre redemptionis: et quia redemptio nostra fuit per modum satisfactionis q̄ fit per opera penalia: ideo oportuit ꝙ non tota esset glorificata sed pro parte passibilis. *[margin: Ad rōnes in oppōm]* ¶ Ad argumētū primū alterius opinionis dicēdū ꝙ christus debuit assimilari fratribus in omnibus illis que bonitatem eius non dedecent et requiruntur ad opus nostre redemptionis. defectus autē qui derogant perfectioni/ scientie/ et gratie/ dignitatē christi non decent. defectus etiā particulares vt cecitas ⁊ huiusmodi: non requiruntur ad opus satisfactionis et integritati nature repugnant. propter quod non debuerūt assumi. *[margin: Ad scdm.]* ¶ Ad secundū dicendum ꝙ curabile dicitur aliquid dupliciter. Uno modo vt est subiectū curationis. Alio modo vt terminus. Primo mō dicitur animal curabile vel incurabile. Scdo modo morbus. et similiter in spiritualibus est. cum ergo dicit Dam. ꝙ illud quod est inassumptibile est incurabile/ accipit incurabile pro subiecto non pro termino: pro morbo vel defectu. Et ideo ratio solum cōcludit ꝙ natura que non est assumptibilis non est curabilis non autem defectus. vel potest dici ꝙ defectus particulares presupponunt vniuersales defectus et ideo illis amotis curantur defectus particulares: propter quod sufficit ꝙ christus vniuersales defectus nature assumeret vt a cōsimilibus nos liberaret vel curaret; et per consequens ab oībus.

¶ Questio secunda.

SEcundo queritur vtrū in anima christi sint simul dolor et gaudium. ¶ Et videt ꝙ non *[margin: Primum]* quia perfecte beatus non potest in se recipere dolorem: q2 sic non esset eque beatus quādo haberet dolorem et quādo non haberet: sed christus fuit eque beatus. quare ⁊c. *[margin: Secundū]* ¶ Itē Hugo. parte. j. libro. 3. ca. 6. anima christi tantū in sensu carnis patiebatur. *[margin: Tertium.]* ¶ Item dolor ⁊ gaudium ex quo sunt absolute ex genere contraria: ex quibuscunq causis oriantur / sunt contraria. Exemplum de albo et nigro / que sunt contraria ex quibuscunq causis ortum habent semper sunt talia: sed contraria non possunt simul esse secundum aristotelem in predicamētis. ⁊. 10. metaphisice. et causa est: quia ad contraria sequuntur contradictoria: q̄ ipossibile est sil esse. 4. meta. ꝙ. ⁊c. ¶ Et si dicatur ꝙ cōtraria sunt simul in motu: quia terminus a quo successiue nō expellitur simul

⁊ termin⁹ ad quem introducitur successiue: quia
quod mouetur partim habet de termino a quo:⁊
partim de termino ad quē.6.phisicoꝝ. ¶ Cōtra
Quartū cōtraria non sunt simul in summo: q2 sic sunt ipos
sibilia: sed qñ sil' sunt/vnum diminuit alteruȝ: sed
gaudium fruitionis anime christi non minueba=
tur: quia non fuit decens vt fruitio anime illius
diminueretur propter actum meritorium ita ac=
ceptum vt satisfaceret pro genere humano.
¶ Item sicut se habent gloriosum ⁊ nō gloriosuȝ
Quintuȝ. ad corpus: sic dolor ⁊ gaudiū ad aiam: sed corpus
non potest simul esse gloriosum ⁊ nō gloriosum. ergo
nec aīa simul habere gaudiū ⁊ dolorē. ¶ Opposi
tum. maior est colligantia viriū sensitiuaꝝ cū aīa
In oppõȝ itellectiua q̄ sit corporis cum viribus sensitiuis.
sed patiente corpore diuisionē statim est sensus do
loris in sensu: q̄re ⁊ in aīa. ¶ Iteȝ xp̄s ideo assū=
Secundū psit nostros defectus vt nos redimeret. sed sic est
ꝙ peccatū et delectatio cōsummata in adā fuit in
ꝓportione supiori: quare siliter dolor in xp̄o satis
faciente debuit esse in rōne superiori: sed ibi ē gau
dium. ergo. ⁊c. ¶ Rñsio. tria sunt videnda. Pri=
Respõsio mo ponentur opiniones de simultate haruȝ passi=
onum in xp̄o. Scdo ponētur opiniones de immi=
nutione vnius passiõis ad alterā. Tertio ponent
solutiões prime opinionis q̄ implicant quandam
singularitatē. ¶ Quantū ad primū sunt tres opi
j.articul⁹. niones. ¶ Primi dicūt ꝙ xp̄s solū ſm animam
Pria opi. sensitiuā habuit verū dolorē ⁊ nō gaudium. ⁊ ſm
aīam intellectiuā verū gaudiū ⁊ nō dolorē. quod
sic ostendit. dolor non est aliud q̄ passio quedam
siue motus appetitiue virtutis: motus autem ap
petitiue virtutis ex apprehensione boni vel ma=
li rationem passionis habet. et si quidem fit ex ap
prehensione boni: tunc non est dolor sed gaudum
si autem sit ex apprehensione mali hoc potest esse
dupliciter: scȝ vel mali presentis et tunc est dolor
vel mali futuri: et sic est timor. ¶ Apprehensio
autem duplex est. vel secundum vires interiores
vel secūdum vires exteriores. apprehēsio autem
que est secundum vires exteriores maxime illa q̄
est ſm tactum est illa que est formal'r in dolore. re
quiruntur enim ad dolorem duo. vnum tanq̄ ma
teriale vcȝ pena illata ⁊ aliud tanq̄ formale. scilȝ
perceptio ſm tactum. est enim dolor sensus diui=
sionis: sicut dicit Augustinus.3. de li. arbi. et Da
ma.ij.li. Cum igitur xp̄s passus fuit ſm loca pas=
sibiliora maxime vbi viget sensus tactus: sicut i
manibus ⁊ pedibus: vbi sunt loca neruosa: sequit
ꝙ christus maxime doluit ſm aīam sensitiuam. et
maxime ſm potentiam tactiuā. non tamen patie
batur nec fuit passus dolorem ſm partem intelle
ctiuam q2 in parte intellectiua fuit plenitudo di=
uinitatis ⁊ gaudij. talis aūt plenitudo non ꝑmitte
bat aliquem dolorē sentire nec habere. ¶ Et con
firmatur per cesariū omelia.8. vbi dicit quasi sil'e
ꝙ si damnati qui sunt in inferno haberēt visioneȝ
diuinitatis nō sentirēt aliquē dolorem/⁊ ꝙ essent
beati. Hoc idem videtur dicere philosophus.4.
phisicoꝝ: ꝙ multum gaudentes tūc non decerni=
mus tempus. Hoc autē licet videatur bñ dictum
Impugñ tio.1.opi. tamen videtur esse cōtra Damascenū.li.2. qui di
cit ꝙ christus habuit mestam intelligentiam. In
telligentia autē pertinet ad partem intellectiuaȝ
et distinguitur contra sensitiuā. quare. ⁊c.
¶ Itē per rōeȝ arguitur sic. aut mors xp̄i fuit na
turalis/aut violenta. nō potest dici ꝙ fuit natura
lis: q2 tūc fuisset mortu⁹ in eodem instanti in quo
mortuus fuit/si nō fuisset sibi aliqua passio illata
qđ falsum est. ergo oȝ dicere ꝙ fuit violēta. sed omē
violētum est naturaliter cōtristans 5. methaphi.
quare cū nō solum fuit violēta per comparatiōeȝ
ad animam intellectiuam que violenter fuit sepa
rata. ergo per consequens in anima intellecctiua
fuit aliqua tristicia. ¶ Secunda opinio est: ꝙ a= 2.opinio.
nima potest considerari dupliciter. vno modo in
q̄tum essentia. Alio modo inq̄tum potentia: aīa
inq̄tum natura ⁊ essentia habuit veruȝ dolorem
et patiebatur: inq̄tum vero potentia nō patieba=
tur/nec habuit verum dolorem. Exemplū ad hoc
ponitur de virtute visiua sensitiua que fundat in
virtute tactiua/ ⁊ potest pati a tāgibili sibi nō ꝓ=
portionato inq̄tum sic fundatur in virtute tacti=
ua: ⁊ sic patitur scdm naturam/ ⁊ potest non pati
ab obiecto visibili inq̄tum potentia. ¶ Sed cō= Impugñ tio.2.opi.
tra hoc sic arguitur scdm istos. Nō fuit dolor in
potētia q2 fuit i ea gaudiū: cū igitur tale gaudiū
in potētia/non stet in potētia quin redūdet in na=
turā aīe: sequitur ꝙ in anima vt est natura sit do=
lor per oppositum/et gaudium ꝑ redundantiā: et
sic incidunt in illud qđ volunt vitare: scȝ ꝙ in eo
dem erit dolor ⁊ gaudium. ¶ Item ex hoc poni
tur dolor i christo: quia per ipsum debuit mereri:
sed nunc est sic ꝙ meritum non est in natura vt na
tura est: imo magis respicit potētiam ipsam cum
sit a natura deliberūte/⁊ deliberatio respiciat po
tentiam: quare ⁊c. ¶ Itē in christo fuit virt⁹ cō=
passionis: sed nunc sic est ꝙ cū virt⁹ sit habit⁹ re=
spicit potentiam: quare ⁊c. ¶ Item maior est col
ligantia anime vt natura est ad seipsam vt ratio
est siue vt potētia est q̄ sit virium sensitiuaruȝ ad
ipsam animam vt natura: si igitur ꝓpter talē col
ligantiam facta passione in viribus sensitiuis pa
tiebatur anima ipsa vt natura est sequitur ꝙ pati
ente anima vt natura est / patiebatur ipsa anima
vt potentia siue vt ratio superior. ¶ Tertia opi= 3. opinio.
nio est ꝙ anima potest considerari vt natura est: ⁊
sic dicunt ꝙ patiebatur: nam ponūt isti ꝙ anima
intellectiua ⁊ sensitiua sunt fundamentaliter ea=
dē res: et ideo si sensitiua patiebat /vtiq; intelle=
ctiua. Scdo modo potest considerari vt ratio in=
ferior est: et sic dico ꝙ habuit verum dolorem: q2
ratio inferior respicit obiectuȝ temporale ex quo
inferebatur sibi pena quam patiebatur: et ideo in
parte inferiori habuit verum dolorē. Tertio mo
do potest considerari vt ratio superior: et sic dico
ꝙ non potuit dolere: quia portionis superioris ē
vt superior est tendere in deum. ¶ Ex ista autem
tendentia non potuit habere dolorem aliquem/
sed gaudium: nisi forte dicatur accidentaliter ⁊ ꝑ
accidens: quasi scȝ illud in quo fundabatur ratio
superior patiebatur: sed hoc est improprie dictuȝ
quia tunc posset dici eum dolor ⁊ gaudium essent
in eadem anima: ꝙ gaudiū habet dolorem: quod
est improprie dictum: quia gaudium ⁊ dolor fun=
dantur in eadem anima: vt sic sit iste ordo in chri=
sto/ꝙ p̄mo fuit dolor in toto cōposito ex corpore
et anima sensitiua et itellectiua. Scdo in ipsa sen
sitiua. Tertio in ipsa anima intellectiua vt natu=
ra q̄dam est. Ex parte gaudij fuit ecōuerso: q2 p̄=
mo fuit in ratiōe superiori. scdo in aīa ipsa vt na=
tura quedam est. dolor autem iste et gaudium in

christo bene potuerunt simul esse: q2 nō habēt cō=
trarietatem adinuicem: nā in cōtrarijs causatis
ab alijs scdm modum causarū accipiēdus est mo
dus effectuum. Exemplum/ q2 albū et nigrū ꝑfe
cte cōtrariant sicut calidū ⁊ frigidū: sed hoc non
pōt repiri in ꝓposito: q2 causa gaudij in xp̄o fuit
essentia diuīa nude et apte visa. causa ꝟo doloris
aliqđ sensibile tpale qđ nō ꝯtrariat essentie dīne.
¶ Item aliqua sunt cōtraria/que ex rationibus
ꝓprijs ⁊ absolutis habēt cōtrarietatem: vt albū
⁊ nigrum. Alia sunt cōtraria solum ex relatōe ad
alia: sicut dealbatio ⁊ denigratio dicūtur contra=
ria: q2 sunt ad contrarios termīos: sed nūc est sic
in talibus contrariis/ que sumūtur solum ex rela
tione ad aliud: ꝙ si illa in quorū relatione dūt ha
bere cōtrarietatem nō habent/vel non sunt cōtra
ria: ꝙ ipsa non sunt contraria Exemplū. si album
⁊ nigrū non essent contraria/ dealbatio ⁊ denigra
tio que habēt contrarietatem solum ex relatione
ad album ⁊ nigrū non essent cōtraria. cum igitur
dolor ⁊ gaudium solū habeant contrarietatem ex
relatione ad alia cum sint mot⁹ quidam et passio=
nes que habent contrarietatem semper ex relatio
ne ad alia: ⁊ tale gaudium ⁊ dolor in christo acci=
piant ex relatione ad alia que inter se cōtrarieta=
tem non habēt: sicut gaudium ex relatione ad es=
sentiā diuinā/⁊ dolor ex relatione ad aliquod tē=
porale qđ diuine essentie non contrariat: ideo ⁊c.
¶ Et ideo dicit ꝙ sicut vnum ⁊ idē simul ⁊ semel
mouet ad vnā partē ꝑ se/ ⁊ ad aliā mouet ꝑ acci=
dens: sicut patet de hoīe moto in naui contra mo
tū nauis. sic dicunt ꝙ in xp̄o fuit dolor ꝑ accidēs
inq̄tū aīa coniungit corpori ⁊ fuit gaudium ꝑ se
inq̄tum fuit in ratione superiori cuius est/ꝑ se tē
dere in deū: ex qua tēdentia gaudebat. ⁊ sic dolor
⁊ gaudiū fuerunt in xp̄o scdm diuersas rationes
2. articul⁹ j.opinio q̄ est durā di distic. pñti q.3 arti.2. ¶ Quantum ad secundum de imminutiōe sunt
due opiniones. ¶ Prima ꝙ dolor passionis in
nullo minuebat delectationem fruitionis. Cu=
ius ratio est: quia dolor seu tristicia nō impediūt
delectationem vel gaudium nisi dupliciter. Uno
modo ꝑ modum contrarietatis: ⁊ tunc vnū totali
ter alterum tollit eo ꝙ contraria non possunt esse
simul. Alio modo ꝑ modum redundātie scdm ꝙ
actus vnius potētie redundat in alterā eo ꝙ oēs
potentie radicant in eadem essentia anime: ⁊ tunc
vnum impedit alterū vel minuit: sicut valde attē
ti ad aliqđ plene non aduertunt de his q̄ transeūt
ante oculos eorū. et similit est de his q̄ sunt circa
appetitū: neutrū autē isto 2ū fuit in xp̄o: quare ⁊c.
Minor probat: ꝙ eñi dolor sensibilis nō fuit con
trarius gaudio fruitionis patet: q2 contraria nō
se impediunt nisi circa idem: sed dolor sensibilis
⁊ gaudium fruitionis nō fuerūt in aīa scdm ean=
dem potentiā: sed vnū scdm potētiā sensitiuam:
aliud scdm potētiā intellectiuā/ ꝯprehēdēdo sub
intellectu ⁊ sensu appetit⁹ sequētes ergo non fuit
impedimentum ꝑ modū contrarietatis. et idē di=
cendū est de oī tristicia q̄ fuit in xp̄o scdm parteȝ
sensitiuā. de ea autē que fuit scdm partē itellecti
uā similiter dicendū est ꝙ non fuit contraria gau
dio fruitionis: q2 gaudiū ⁊ tristicia de alio ⁊ alio
obiecto non impediunt se: sed gaudiū fruitionis
⁊ dolor siue tristicia fuerūt in xp̄o respectu diuer
sorum obiectorum: q2 gaudiū fruitionis fuit de
deo viso, dolor autem et tristicia fuerūt circa ob=
iecta creata. igit vnum nō impediebat alterū per
modum contrarietatis. ¶ Item nec per moduȝ
redundantie: quia sicut dictum fuit ex dispēsatio
ne diuina fuit hoc specialiter in xp̄o: ꝙ permitte=
batur vnicuiq; parti agere ⁊ pati ea que erāt vni=
cuiq; propria: ꝓpter quod ex gaudio fruitionis
nō erat redundantia ad inferiores partes ad mi=
tigandum dolorem passionis. nec ex dolore passio
nis fuit aliqua redundantia ad minuendum gau
dium fruitionis. ¶ Secunda opinio potest ima=
ginari ꝙ in christo simul fuerūt gaudium fruitio 2.opinio.
nis et dolor naturalis: nec vnum aliud diminue=
bat: sed nō fuit in christo dolor rationalis sed tā=
tum gaudium. Primum patet: q2 videtur ꝙ frui
tio ⁊ dolor naturalis nō cōtrariantur formaliter
et ideo simul possunt stare de potentia absoluta:
quia non sunt vnius generis. ⁊ similiter dolor in=
ferni et gaudium naturale: quia cōtraria forma=
liter sunt vnius generis/ cuiusmodi non sunt na=
turale ⁊ supernaturale: sed scdm legem cōmuneȝ
iusticie non simul stant vera dānatio ⁊ quodcūq;
gaudium: quia ab omni gaudio illi merentur ex=
cludi. similiter vera gloria et dolor quicunq;: sed
lege speciali: quia christus debuit esse cōprehēsor
⁊ viator: quia essentia merendi ⁊ satisfaciēdi sunt
in actu voluntatis eadem congruentia cum actu
fruendi stabat actus merendi et actus satisfaciē
di. dolor autem volūtatis quem de morte habuit
fuit meritorius ⁊ pro nobis satisfactorius. vnde
in sola volūtate christi beata cum summo gaudio
fuit dolor: sicut in illa sola cum premio fuit me=
ritum. Secūdum patet: quia de passione qua vo=
luntas naturalis dolebat tanq̄ de malo proprio
deliberatiua gaudebat tanq̄ de bono communi.
¶ Et sciendum ꝙ non diuersis actibus erant do
lor naturalis ⁊ gaudium deliberatiuum: quia nō
sunt diuersarum rationum ista: sicut est gaudium
de deo et creatura que simul stant: sed vno actu
erat gaudiū de passiōe vt redēptiua de eadē dolor
vt afflictiua. quō autē simul vtrumq; poterat ap
prehendi cum hoc sit simul intelligere actu plu=
ra formaliter: quia intelligere plura materialiter
que sunt vnum formaliter est possibile: et pari ra=
tione vnum vt plura formaliter impossibile. Di=
cendum ꝙ intelligere plura in comparatione ad
vnum est intelligere ea vt vnū. vnde sine cōpara=
tione ad electionem duo possunt simul considera
ri: ita vt iudicetur vnum respuēdum/alterum eli
gendum et eodem actu electionis vnum respui=
tur et alterum eligitur. multo magis in compa=
ratione ad vnam passionem duo potuerunt consi
derari. scȝ ratio boni et mali: vt scdm vnum ipsa
amaretur/et scdm alterum odiretur.
¶ Quantum ad tertium sciendum ꝙ illi de pri=
ma opinione qui dicunt ꝙ in christo non fuit do= 3. articul⁹
lor scdm animam intellectiuam/respondēt ad ar Rñdet p̄=
gumenta in cōtrarium leuiter. ¶ Ad illud enim ma opio
quod dicitur de colligantia dicendum ꝙ bene cō ad rōnes
cludit ꝙ sic fuisset ex parte nature sibi relicte. in in oppōm
proposito autē ipsa natura anime itellectiue chri
sti fuit preoccupata gaudio tanto ꝙ omnino pati
non potuit scdm intellectiuam: vbi erat plenitu=
do gaudij. ¶ Ad aliud de peccato ade ꝙ in supe
riori ratione fuit dicendum ꝙ non semper opor=
tet ꝙ satisfactio fiat in eadem parte in qua alius
deliquit ⁊ maxime qñ ali⁹ satisfacit ꝑ eo: peccat

enim homo in interioribus/et satisfacit per exte-
Ad rōēz aū oppo. riora. ¶ Ad primum principale q̃stum ad aliam
partem dicendum ꝙ verum est ꝙ non esset eque
beatus/ si dolor adueniēs diminueret aliquid de
beatitudine: in proposito autem non diminuit.
Ad scd̄m. ¶ Ad aliud de hugone dicēdum ꝙ pro nobis est
qui ponimus ꝙ in superiori ratione non fuit do-
lor per se: ⁊ hec videt̄ esse intentio hugonis. Uel
aliter dici potest ꝙ non fuit dolor disturbans sed
Ad tertiū solum tangens. ¶ Ad aliud dicendum de contra
rietate/d. cū aliqui ꝙ dolor ⁊ gaudium sunt sem
per contraria respectu quorumcunq̧ accipiātur:
et hoc probant sic per ratione aristotelis q̄ in pre
dicamentis.ca.de q̃titate.facit tale argumentū
Si paruum ⁊ magnum sunt contraria tunc sequi
tur cum idem respectu vnius possit esse paruum: ⁊
respectu alterius magnū/ꝙ in eodē essent cōtra-
ria si⁊ semel: sed illud argumentū nō valet nisi
illa que scd̄m se sunt cōtraria in quorūcunq̧ rela
tione essent contraria: quare eadem ratione si do
lor et gaudiū absolute sumpta sunt cōtraria per
relationem ad quodcunq̧ semper erunt cōtraria
sicut philosophus concludit ꝙ si magnū ⁊ paruū
scd̄m se essent contraria per comparationem etiā
ad alia essent contraria. ¶ Item hoc idem pro-
batur per Ambrosium de incarnatione verbi/qui
dicit ꝙ disparitas ortus non facit disparitatē na
ture. ex hoc igitur istud accipitur ꝙ vndecunq̧ or
tus fuit non mutat ortu naturam. igitur si dolor
et gaudiū sunt scd̄m se contraria vndecunq̧ oriā
tur semper erunt contraria. ¶ Item in Gen. ha-
Opinio hec dicit ꝙ ꝯtraria s̄m suas excellentias pñt dīna ṽtute esse sil' Pria rō. betur de ysaac ꝙ gaudium quod habuit de vxore
temperauit dolorem quem habuit de sara matre
sua mortua: ⁊ tamē certum est ꝙ dolor iste ⁊ gau-
dium fuerunt de alio ⁊ alio. ¶ Et ideo dicit hec
opinio amplius in respōdendo ad hoc ꝙ credunt
deum posse facere in aliquo simul ⁊ semel esse cō-
traria scd̄m suas excellentias/ sicut est in corpo-
ribus dānatorum summa caliditas et summa fri-
giditas. ⁊ hoc videtur dicere vna glosa sup illud
Matthei.8. Ibi erit fletus ⁊ stridor dentium. et
2. ratio etiā vna glosa Sap.17. ¶ Itē hoc patet ratione
sic/forma habens cōtrarietatem duo facit vnum
scʒ ꝙ qualificat subiectum et aliud quod expellit
oppositum. qualificare autem subiectum ⁊ expel-
lere oppositum sunt duo in forma ipsa. igitur po-
test deus influere vt qualificet subiectum non in
fluēdo vt expellat oppositum ex quo est aliud ex
pellere oppositum a qualificare subiectum: sicut
videmus ꝙ a parte corporis sunt duo: vnum est
quod habet extensionem: et aliud est qđ expellit
aliud corpus: potest deus influere ad hoc ꝙ cor-
pus habeat extensionem et nō influere ad hoc ꝙ
expellat aliud corpus: sicut qñ faciet corpus glo
riosum esse simul cum non glorioso: quare si po-
test esse forma qualificans subiectum ⁊ non expel
lens oppositum/sequitur ꝙ duo cōtraria possunt
Tertia rō esse in eodem. ¶ Itē contraria possunt esse simul
in aliquo citra suas excellentias sicut videtur di
cere cōmentator.4.metaphisice. ⁊ de generatio
ne. et patet etiam in exemplo cū ex aqua fit ignis
ibi enī ignis imprimit aque caliditatem stantem
simul cum frigiditate aque. ex hoc sic arguitur si
gradus caliditatis potest stare cum aliquo gra-
du frigiditatis. igitur q̃rtum est ex parte speciei
caliditatis non repugnat nec implicat contradi-
ctionem ꝙ sit simul cum frigiditate: alīs si repu-
gnaret cum in tali gradu saluetur natura specifi-
ca seu ratio caliditatis: talis gradus non possit
simul esse cum aliquo gradu frigiditatis: ita calī
ditas in summo poterit esse cū frigiditate in sum
mo sine implicatione contrarietatis. nō enī plus
calidum in summo excludit frigidum in summo
q̃ faciat gradus aliquis caliditatis aliquem gra
dum frigiditatis/nec maiorem habent repugnā
tiam: imo scd̄m proportionem habent equalē re-
pugnantiam/ si habent repugnantiam imo scd̄m
proportionem. sicut enī calidum in summo inclu-
dit nō frigiduʒ in summo: sic calidum in tali gra
du determinato: quare ⁊c. ¶ Ad probationē au-
tem minoris predicte rationis fuit adducta au-
ctoritas cōmentatoris.3.celi ⁊ mun. cōmēto.67
vbi docet quō elementa manēt in mixto s̄m suas
qualitates que sunt contrarie citra suas excellen
tias. Idē dicit.4.celi ⁊ mun. cōmēto.26. Idem
dicit.2. de generatiōe sup illud de elemētis aūt.
¶ Item pbatur eadem minor per rationem sic.
Cum ex aqua fit ignis/aut qñ ignis primo impri
mit caliditatē suam in aqua corrumpitur tota fri
giditas aque ⁊ noua forma totaliter inducit̄/aut
remanet aliqua pars frigiditatis que p̄fuerit cū
caliditate impressa ab igne. primum stare non po
test scʒ ꝙ tota frigiditas in p̄ma ipressione ignis
corrumperetur: quia tūc forma substantialis aq̄
corrumperetur si sua ppria passio scʒ frigiditas
totaliter tolleretur: ergo oportet dare secundum
scʒ ꝙ frigiditas stet cū caliditate ab igne primo
impressa: ⁊ sic probata est minor: ⁊ sequitur p con
sequens conclusio. ¶ Iteʒ suppono primo ꝙ de⁹ *4. ratio.*
potest facere omne illud quod nō includit cōtra-
dictionem. Scd̄o suppono ꝙ contradictio est re-
spectu eiusdem/⁊ scd̄m idē/⁊ p idē/vt sit eadē cō-
ditio negata que prius fuit affirmata. Tertio sup-
pono ꝙ in materia est alia ⁊ alia potentia ad aliā
formā accidētalē scd̄m speciē. sic est alia ⁊ alia po
tētia ad aliā formā substantialē specificā. ¶ Hec
tertia suppositio pbat̄ p̄mo p auctoritatē cōmē-
tatoris.12.metaphisice. qui dicit ꝙ numer⁹ potē-
tiarum ē scd̄m numerum formarū seu specierum
Philosoph⁹ etiā dicit.3.phisicorū ꝙ posse sanari
⁊ posse egrotare ē aliud posse: sicut sanitas est aliud
ab egritudie. Scd̄o probatur p rationem: qñ enī
est aliquid perfectum p vnam rationem formalē
vel p vnam formam scd̄m vnam potentiā adhuc
est in potētia ad aliam. Exemplum cum aliquid
est actu calidum adhuc est in potentia frigidum:
quare alia est potentia ad frigiditatem q̃ ad ca-
liditatem. vnde vna sit pfecta ⁊ alia maneat imp
fecta. ¶ His suppositis arguit̄ sic. Cōtrariū vnū
quod inest subiecto nō inest ei p eādem siue scd̄m
eandē potentiā scd̄m quā inest aliud: vt puta al-
bum nō inest p eandem potentiam p quā inest ni
grū: sed ad hoc ꝙ aliqua sint cōtradictoria opor-
tet ꝙ insint eidē scd̄m idē: quare non albū s̄m qđ
includit̄ in nigro qđ est cōtrariū albo ⁊ album di
cta de eodem siue respectu eiusdē obiecti nō sunt
contradictoria: quia non insunt per eandem potē
tiam. cum igitur vt videtur aliud nō obstet quin
cōtraria possunt esse in eodem subiecto nisi cōtra
dictio implicita in cōtrarijs. non enī potest deus
facere duo contradictoria esse in eodeʒ. et hoc vt
probatum est/ non obstat q: vnum contradictor-

rium scd̄m qđ includit̄ in altero contrario nō op
ponitur cotradictorie alteri contradictoriorum:
licet absolute sumptū opponatur cōtradictorie.
exemplū/ nō albū absolute sumptū s̄m ꝙ includi
tur ī nigro nō opponit̄ ꝯtradictorie albo: q̃re ⁊c.
¶ Item ostendo ꝙ si contraria nō possunt simul
esse: q: ad hoc sequitur cōtradictoria sil' eē in eo-
dem. ꝙ etiā ponēdo formas disparatas in eodeʒ
esse adhuc sequit̄ cōtradictoria esse simul in eodē
¶ Uel si dicat̄ ꝙ ad potentiā formarū disparata
rum simul in eodē nō sequit̄ positio contradicto-
riorum: q: vt sic nō sunt ꝯtradictoria eodē mō erit di
cere ꝙ ad oppōem ꝯtrariorū ī eodē nō sequit̄ po-
sitio contradictoriorum: q: vt sic nō sunt ꝯtradicto
ria: q̄ tñ sumpta absolute sunt cōtradictoria: sed
non ppter aliud negat̄ ꝯtraria in eodē nisi q: ad
hoc sequit̄ positio cōtradictoriorum. quare ⁊c. Pro
batio maioris est p hoc: q: ī eadē aīa sunt musica
⁊ grāmatica q̄ sūt forme disparate: ⁊ p̄ter hoc mu
sica ⁊ non musica opponunt̄ ꝯtradictorie. ¶ Ex
hoc sic arguit̄/ aut de grāmatica q̄ est in aīa vbi ē
musica p̄dicat̄ musica aut nō musica s̄m ꝙ oppo-
nit̄ cōtradictorie musice/non est dare medium q:
sunt contradictoria. non est autem dicere ꝙ pre-
dicatur musica: quia grammatica non est musica
ergo oportet dicere ꝙ predicetur non musica s̄m
ꝙ opponitur contradictorie musice: et per cōse-
quens sequitur ꝙ in eadem anima sunt contradi
ctoria scʒ musica et non musica inq̃tum dicitur de
grāmatica/que etiam est in eadem anima. ¶ Si
autem dicatur ꝙ nō musica non opponitur cōtra
dictorie musice que est in anima inq̃tum dicitur
de grammatica que est in eadem anima. eodē mo
do dico ex parte ista ꝙ nō calidum scd̄m quod di
citur de frigido non opponitur cōtradictorie ca-
lido in eodem subiecto siue respectu eiusdeʒ sub-
iecti: et ita sine oī iplicatione contradictiōis idē
simul et semel poterit esse summe calidum ⁊ sum
me frigidum. Ideo tādem dicit̄ ꝙ deus pōt face
re cōtraria simul in eodē esse: sicut forte iā factuʒ
est in dānatis. Cōtra hoc tamen videt̄ esse rabi-
moyses.c.44. vbi dicit ꝙ cōiunctio contrariorum
in eodē subiecto est vnū de impossibilib⁹ qđ crea-
tor nō potest facere. sicut non potest facere cōuer
sionem substātie in accidens/nec ecōuerso: ⁊ enu
merat ibi multa ipossibilia. ¶ Respondetur ad
hoc ꝙ negandus est actor ille in hoc qđ ip̄e dicit
ꝙ est impossibile creatori substantiā conuertere
in accidens/⁊ accidens in substantiā: qđ tñ certū
ē falsum esse s̄m doctrinā catholicā. Mʒ dicit̄ de
libro p̄dicamentorum ꝙ contraria sunt q̄ in eodem
susceptibili vicissim nō simul insunt. est dicenduʒ
ꝙ non est diffinitio oppositorum sed quedam descri
ptio s̄ʒ ordinē naturalē qui modo ē. ¶ Itē ꝙ di-
cit Auicē. ꝙ ad cōtraria sequunt̄ contradictoria
Dicendū est ꝙ ad contraria nō sequuntur ꝯtradi
ctoria formalr̄ sʒ tm̄ s̄a materie et scd̄m ordinē
naturalem qui modo currit. et ideo quia non est
verum formaliter/ deus potest hoc facere. Exē-
plum in alio scd̄m ordinem naturalem qui modo
currit/vnum corpus expellit aliud: ⁊ includit cō
tradictionem ꝙ duo corpora sint in eodem scd̄m
viam Aristotelis. Si enim est hoc corpus in hoc
loco puta a. cum expellit aliud puta b.b. nō est in
eodem loco: et si est ibi b. cum expellit a. a. non est
in illo loco: et ita si ponāt̄. a. et b. in eodem loco

sequitur ꝙ a. erit in eodem loco ⁊ non erit: simili-
ter ⁊ b. s̄m viā aristotelis. ⁊ sic iplicat ꝯtradictio-
nē q: cū ista ꝯtradictio seq̄t̄ materialit̄ nō forma
liter: de⁹ pōt facere duo corpa simul eē sine iplica
tione ꝯtradictionis si āt sequeret̄ formaliter de⁹
non posset mutare. ¶ Ad cōmētatorē in plurib⁹
locis dicit ꝙ contraria non sūt simul. dicenduʒ ꝙ
loquitur s̄m cursū nature quem modo videm⁹ ⁊
ideo nō dʒ aliquē cogere ꝙ idē diceret de duob⁹
corporibus ꝙ de⁹ nō ea facere posset simul esse.
¶ Ad aliud de dilatatiōe ꝙ cor nō pōt simul dila
tari ⁊ cōstringi. Dilatatur aūt p gaudiū ⁊ cōstri-
gitur per dolorē est dicēdum ꝙ nō est ad ppositum
q: dilatatio cordis respicit gaudium corporale: i
proposito autē fuit gaudiū spirituale in superiori
portione rationis siue redūdantia ad corp⁹ et ad
vires inferiores. Uel aliter dici potest ꝙ gaudiū
et dolor possunt tripliciter se habere qñ simt̄ sunt
in eodem veʒ vel ꝙ gaudiū excedat dolorem vel
ecōuerso vel possunt se habere p eq̄litatē. si primo
modo. s. ꝙ gaudiū excedat dolorē tunc erit solum
dilatatio et nulla cōstrictio vnū tñ dolor faciet ꝙ
erit minor dilatatio ⁊ si non esset dolor esset ma-
ior. si āt dolor excedit gaudiū tūc solum erit ꝯstri
ctio dilatatio. si autem se habent per equalitatem
tunc distinguitur: q: aut tangant secundum ean
dem partem aut secundum aliam et aliam et ali-
am. si s̄m aliam et aliam partem tunc dico ꝙ ī vna
parte erit dilatatio ⁊ in alia cōstrictio. si āt s̄m cā
dem partem tunc dico ꝙ nec dilitabitur nec con-
stringetur. hoc probatur per simile ꝙ dicit cōmē
tator in propositione problem.34. ꝙ si poneretur
ferrum int̄ duos adamantes equaliter attrahen-
tes ꝙ ferrum existens in aere non moueretur nec
cadet sicut dicit esse de corpore machometi exi-
stente in aere / sine aliquo supportante/ propter
adamantes equaliter attrahentes. ¶ Ad aliud
de aristotele.7.ethicorum ꝙ delectatio expellit
tristiciam dicendum est ꝙ non est ad propositū. lo
quitur enim ad litteram de delectatione corpora
li que est bona vsq̧ ad terminum aliquem et non
loquitur de delectatione spirituali de qua nobis
est sermo modo. vnde delectatio corporalis de ci
bo non solum expellit tristiciam oppositam de ci
bo sed etiam expellit tristiciam contingentem: q:
potest expellere tristiciam de potu. Uel aliter po
test dici ꝙ dictum philosophi habʒ veritatem. qñ
naturaliter ab vna potētia fit redundantia in aliā
in pposito autem. s. in christo dispensatiue nō fuit
redundantia gaudii ad vires alias: nec in corpus
nec tristicie ecōuerso. ¶ Ad aliud quod dicit idē
ix. ethicorum. ꝙ gaudium et tristicia non stant simt̄.
Dicendum ꝙ illud dicit dubitatiue et non asserti
ue. nam ipse idem philosophus ix. ethicorum. c. xiii.
docet quō ideʒ potest simul et semel tristari ⁊ gau
dere. et ponit exemplum ꝙ homo vidēs amicū tri
stem delectatur q: videtam cū/⁊ tristatur quia vi
dit eum tristem. ¶ Ad aliud de glorioso et nō glo
rioso. dicendum ꝙ supposito ꝙ dolor et gaudium
non sunt contraria: tūc non est simile. q: gloriosū
et non gloriosum sunt cōtradictoria. vel ad min⁹
contraria simplr̄. ⁊ ideo non est argumentū. sʒ idē
corpus non potest esse gloriosum ⁊ non gloriosuʒ
ergo dolor ⁊ gaudiuʒ non possunt esse simul. Uel
aliter dicendum ꝙ non gloriosuʒ potest accipi tri
pliciter. Uno mō negatiue sʒ ꝙ opponūt̄ ꝯtradi-

ctorse:⁊ sic nõ possunt esse simul. Alio modo potest sumi solũ sm ꝙ dicit naturam ipsam sine aliqua qualitate addita. et sic similiter non possunt simul esse:qꝛ gloriosum dicit aliquã qualitatẽ vltra naturã ipsã. ¶ Tertio nõ potest sumi ꝓ aliqua qualitate ĩpressa ipsi nature cõtraria illi qualitati quã dicit gliosum. ⁊ sic dicit ꝙ possunt simul esse:nec plus repugnãt gloriosum ⁊ nõ gloriosuz sic accepta/ ꝙ faciãt calidũ ⁊ frigidum.

Sustinendo opionẽ cõmunem rñdet do= ad rões alteri⁹ opionis scꝫ ꝙ ꝯtraria nõ pñt esse sil' diuina virtute

¶ Sustinendo autem cõmunẽ opinionẽ scilicet ꝙ contraria formaliter et ꝓprie dicta sicut sunt albũ ⁊ nigruz/ calidum ⁊ frigidum/ nulla virtute possunt eẽ simul:et ꝙ est cõtradictio potest responderi ad ista que isti dicũt. ¶ Ad primum dicendum ꝙ nõ sunt simul cõtraria nec scdm suas excellẽtias nec sm gradus remissos:qꝛ calor ⁊ frigus non simul sunt in corporib⁹ dãnatoꝝ:sed forte simul agit in corpora illa/⁊ de vtraqꝫ simul causaꝫ vnicus dolor in dãnatis maior ꝙ de quolibet per se:qꝛ licet ꝯtraria simul agẽtia inquantum hmõi causent qualitatem mediã remissam: tñ inquantum cõueniũt causant qualitatem magis intẽsam : sicut album ⁊ nigrum in congregando et disgregãdo cõtrarianꝫ et ideo vt sic mouẽtes visum nõ disgregãt ⁊ congregãt: sed quoddã mediũ inter vtrũqꝫ ⁊ magis remissum causant. sed in causando visionẽ conueniunt vel speciẽ:⁊ sic causant vnicã speciẽ ⁊ visionẽ magis intẽsam ꝙ aliqꝺ ꝑ se faceret: ꝓpter qꝺ iuxta se posita magis videnꝫ ꝙ ꝑ se seorsum posita. sic autẽ est in calido ⁊ frigido inferni:qꝛ in animabus vel corporib⁹ nõ causant tales qualitates cõtrarias/nec aliquã mediã inter istas:qꝛ illa esset remissior:qꝛ sic contrarianꝫ:sed causant dolorem in quo conueniunt : et ꝑ cõsequẽs intensiorẽ quia virt⁹ vnita fortior est. ⁊ ad glosulas illas dicendũ ꝙ ista ꝯtraria sunt ibi effectiue nõ subiectiue virtualiter nõ formaliter :sicut elemẽta ⁊ eoꝝ qualitates cõtrarie sunt in mixto.

Ad scdm.

¶ Ad secũdũ dicendũ ꝙ non silr se expellunt contraria a subiectis/⁊ corpa a locis qꝛ vnũ corpus expellit alterum effectiue ⁊ impingẽdo. deus autẽ põt ĩpedire effectũ cause efficiẽtis:sed vnũ contrarium expellit aliud formaliter nõ effectiue. effectũ autẽ cause formalis nõ põt de⁹ impedire supposito ꝙ illa informet.

Ad tertiũ

¶ Ad tertiũ dicendum ꝙ cõcedẽda est maior: qꝛ equaliter est impossibile ꝯtraria formaliter esse simul in gradib⁹ intẽsis et remissis:sꝫ minor est falsa. Ad auctoritates negãde sunt:vel exponẽde vt pri⁹ ꝙ nõ sunt in mixto formaliter sed virtute: nec in se sed in suo effectu medio. ¶ Ad rationẽ dicendũ ꝙ ad primã impressionẽ caliditatis in aqua tota frigiditas eius corrumpiꝫ:qꝛ ꝑmo paulatim frigiditas remittiꝫ quousqꝫ vltim⁹ gradus frigiditatis expellitur:⁊ tunc prim⁹ gradus caliditatis inducitur ⁊ non ante. ⁊ sic nunquam sunt in aqua simul caliditas ⁊ frigiditas. Quõ dicitꝫ ꝙ nõ staret forma substãtialis aque si sua propria qualitas ex toto corrũpereꝫ. Dicẽdũ ꝙ imo: qꝛ sens⁹ docet q̃ nõ decipiꝫ circa ꝓpriũ obiectũ ꝙ in aqua feruẽte et bulliente nulla penit⁹ est frigiditas:⁊ tñ adhuc est ibi forma aque.

Ad quartuz

¶ Ad quartum dicendum de suppositionibus cõcedanꝫ oẽs preter illam qua dicitꝫ ꝙ in materia est alia ⁊ alia potentia ad formas accidentales/ et ad formas substantiales specificas. in fundamẽto enim nature nichil est distinctũ. Unde impossibile est ꝙ in essentia materie ante aduentũ forme substãtialis:sit alietas realis inter essentiã materie ⁊ istã potentiam que dicitur potentia materie:qꝛ materia substãtificatur ꝑ posse:et ꝑ consequẽs impossibile est ꝙ sit alietas realis inter potẽtias ad diuersas formas substantiales vel accidentales:qꝛ materia est vna realiter nõ alia ⁊ alia:et que vni ⁊ eidem sunt eadem inter se sunt eadem Ad auctoritatem cõmẽtatoris negãda est:vel exponenda de nũero rationis nõ reali: sicut ⁊ potestas rationalis vna re existens est ad opposita agẽda: ⁊ potentia actiua vniuersalis celi est ad plura re agẽda:sed multiplicatur ratione sm illa. sic potentia materie ꝓme est vna re plures ratione sm pluralitatem realẽ formarũ ad quas est. ¶ Ad auctoritatem philosophi dicendũ ꝙ posse laborare ⁊ sanare ꝓut includit vtrũqꝫ : scꝫ ⁊ potentiam ⁊ actũ sic est aliud ⁊ aliud:sed ꝓut excludit actuz/sic est idem. Uel dicendum ꝙ potentia agendi et recipiendi diuersa differt ab actu ⁊ ẽ vna re respectu diuersoꝝ:sed potẽtia essendi est idẽ cũ actu. vnde est diuersa respectu diuersoꝝ actuũ. sicut dicim⁹ ꝙ homo in actu ẽ:ẽ ille qui prius erat in potentia ⁊c. sicut differũt esse hominẽ et esse asinũ in actu: sic differunt esse in potẽtia:sed materia q̃ est in potentia ad formã hoĩs ⁊ asini est vna sm essentiaꝫ potẽtie. ¶ Ad rationẽ sequẽtẽ dicẽdũ ꝙ vna potẽtia potest esse ꝑfecta sm vnũ modũ:⁊ imperfecta sm aliũ. ẽ igiꝫ ĩmediata potẽtia receptiua calidi et frigidi nõ substãtia sꝫ supficies. Uñ in hostia ꝯsecrata remanet frigiditas sicut figura ⁊ color q̃ nõ remanerẽt in substantia nuda: sed grad⁹ infimus vnius qualitatis est in potentiã ad vlteriorem sm magis:qꝛ nichil est in potentia ad seipsum:et isti gradus non differũt re ipã:superficies est in potentia ad illa. si igitur superficies sit calida remisse non est potentia perfecta sm aliquem modum:sed si sit calida in summo gradu tunc est perfecta scdm quod:est in potentia ad calorẽ :sed remanet imperfecta scdm quod ẽ ad frigiditatẽ. Uel dicẽdum ꝙ est ĩperfecta vtroqꝫ modo nisi haberet perfectissimum calorem ĩamissibilẽ. ¶ Ulterius ad formam dicendum ꝙ si potẽtia dicatur ratio immediate respectiua sic semper contraria insunt per eandem ⁊ scdm eandẽ potentiam: sicut habitus et priuatio:quia vnũ est priuatio alteri⁹ si autem potentia dicatur dispositio determinãs sic est alia ⁊ alia potentia scdm quam cõtraria insunt:et tam in formis substãtialibus ꝙ accidentalibus. et sic intelligitur illud. 2. de aĩa. et ꝓpri⁹ act⁹ sit in ꝓma potẽtia. sic eñ scdm diuersas commixtiones primarũ qualitatum in mixto causantur diuerse qualitates secũde: puta albedo vel nigredo/dulcedo ⁊ amarum. ⁊ sic de aliis qualitatibus secundis.

Ad quintũ

¶ Ad quintum dicendum ꝙ equaliter contradicunt in abstracto vnam formam disparatã esse aliã : vtputa quantitatẽ esse qualitatem sicut vnũ contrariũ esse aliud: puta albedinẽ eẽ nigredinẽ et pl⁹: qꝛ magis distãt vt pote contrarie: sed in concreto non sic contradicunt ꝙ esse quale vel musicũ esse grãmaticũ sicut albũ esse nigrum vel calidũ esse frigidum: qꝛ cũ priuatio includat contradictionem vnũ cõtrarioꝝ qꝺ includit formaliter priuationẽ alterius in eodẽ. ꝑ cõsequens cõtradictio est contraria simul esse. ¶ Item quia albius est qꝺ est nigro impmixtius, dato ꝙ ꝯtraria essent simul saltem non possent eẽ eque intensa sm cursũ nature sm oẽs etiam. secus autem est de formis disparatis:qꝛ musica intẽsa ĩ eodẽ subiecto cõpatiꝫ grãmaticã intensam ĩmo quandoqꝫ vna sciẽtia disponit ad aliã ⁊ lux ad speciẽ. vnde cum ꝑuatio sit negatio in subiecto apto nato cõtradictio est duo cõtraria esse simul ĩ eodẽ subiecto cũ vnũ sit priuatio alterius. nõ sic autẽ est de formis disparatis quarũ vna non est priuatio alteri⁹:sed quandoqꝫ ẽ dispositio alterius respectu sbẽ:⁊ sic lꝫ oĩs forma sit negatio alterius essentialiter et diffinitiue:non tamen materialiter ⁊ subiectiue nisi contraria formaliter. Ad argumẽta patet solutio ex dictis.

¶ Questio tertia.

Qõ 3.

Tertio queritur vtrum in aĩa christi potuit esse actus dolendi vel gaudendi sine actu cognoscendi sibi corespõdẽte.

Primum.

Et videꝫ ꝙ sic. qꝛ habundans tristicia absorbet iudiciũ rõnis ⁊ sensus sꝫ illꝺ ne habũdãtiori tristicia absorbeatur:sed in xp̃o fuit maximus dolor sensitiuus ⁊ ĩtellectiuus. ergo non habuit iudiciũ rationis nec sensus: et tñ habuit vtrumqꝫ dolorem. ergo ⁊c.

Secundũ

¶ Idem patet de actu gaudendi quia delectatio concupiscentie corrumpit estimationem prudentie. vñ delectatio venereorum sm phũꝫ sic absorbet vt impossibile sit aliquid tunc intelligere sꝫ in xp̃o fuit maxima delectatio :ꝫ cũ hoc nõ stetit apprehensio.

In oppõꝫ

¶ Contra. qꝛ nõ est mot⁹ sine ꝓprio mouere sed bonũ ⁊ malum apprehẽsa mouẽt appetitum coniunctũ apprehensioni ad dolorem ⁊ gaudium. ergo sine hoꝝ apprehensione non est aliqꝺ istorum.

Rñsio

¶ Responsio. Due opiniones ꝓbabiles sunt. vtrum act⁹ amãdi possit esse sine actu cognoscẽdi corespõdẽte de potẽtia dei absoluta.

j. opinio

¶ Dicunt quidã ꝙ sic:qꝛ deus põt facere illud qꝺ non implicat contradictionẽ:sed istud est hmõi ꝫ ⁊c. Probatio minoris:qꝛ quecunqꝫ differunt essẽtia et esse absolutis sine contradictiõe possunt eẽ sine inuicem. qñ eñ vnuz est tota essentia alterius vel pars aut causa formalis sue essentie aut de esse alterius tunc cõtradictio est vnũ esse sine alio: vt hominẽ sine humanitate vel aĩa vel corpore:aut materiam sine forma:aut patrẽ sine filio:sed qñ nulluz horum est:tunc est contradictio q̃ est vnius et eiusdem. Si eñ existit tota essentia ⁊ existẽtia alicuius ⁊ non existit essentia ⁊ existẽtia alteri⁹ hoc non est istud esse ⁊ non esse:sed istud esse ⁊ illud nõ esse. sic autem est hic: qꝛ volitio ⁊ intellectio sunt duo absoluta lꝫ consequanꝫ ea relationes ⁊ ꝑ cõsequẽs differunt vtroqꝫ modo:qꝛ etiã subiecto proximo. ergo ⁊c. Nec est simile de creatura q̃ differt a deo vtroqꝫ mõ:⁊ tñ non videꝫ esse sine eo ⁊ sine respectu ad ipsum:qꝛ lꝫ creatura nõ possit esse sine aptitudiali respectu ad deũ. põt tñ esse sine actuali:vel si non põt:hoc est:qꝛ esse relationis idez est cũ esse accidentis sꝫ quosdã:sed primum videtur verius.

2. opinio

¶ Secũdo supplendo rationẽ factam sic omnis actus absolutus potest esse sine illo distincto esse et essentia a quo nõ depẽdet sicut a causa qꝛ nulla res dependet nisi a suis causis vñ cã posita sequitur effectus cũ alio circũscripto ꝑ q̃d etiã euacuatur instãtia q̃ recta est ad primã rõnez quia creatura dependet a deo sicut a causa in esse et conseruari ⁊ causata ꝙ sine ea nulla causa sufficit ad causandum vel conseruandũ suũ causatuz et ideo creatura nõ potest esse sine deo:sed de⁹ potest facere ꝙ volitio nõ sit causata ab intellectiõe qꝛ põt supplere vicẽ cause efficientis finalis exẽplaris: quas habitudĩes solas põt habere cognitio ad volitionẽ ꝫ ⁊c. ¶ Si dicaꝫ ꝙ de⁹ non põt supplere vicẽ cause nisi se habeat vt causa:sed obiectũ cognitũ se hꝫ vt obiectũ. ergo non potest voluntatem mouere nisi ipse sit cognitus ⁊ volitus Dicendũ ꝙ non opꝫ:qꝛ voluntas nõ cognoscit obiectũ:sed intellectus ea que sibi presentat ad qꝺ non oportet ꝙ intellectus ꝑsentans sit cognitus vel volitus. Cũ ergo de⁹ cognoscat quicquid intellectus cognoscit lꝫ non sit coniunctus sed esse sicut intellectus coniunct⁹ nichilominus ad eius representationẽ ita sequiꝫ volitio sicut ad representationẽ intellectus:qꝛ sicut voluntas non põt ferri nisi ĩ obiectũ sibi representatũ ꝑ cognitionẽ sic nec intellectus nisi in obiectum representatuz ꝑ speciẽ:sed deus potest supplere vicẽ speciei nõ solum in faciendo se videri:immo etiam in faciẽdo alia videri:qꝛ sm oẽs ad minus virtute diuina deus posset facere vel imprimere cognitionẽ cuiuscunqꝫ sine specie. ergo volitionez sui ⁊ alteri⁹ põt imprimere sine cognitione alia representante.

¶ Tertio:qꝛ non min⁹ subest deo appetitus cognitiuus ꝙ naturalis cũ ⁊ ipẽ sit quedam natura a deo. Cũ igiꝫ appetitus naturalis sequaꝫ cognitionem dei separatã ⁊ moueatur in finem certuz ⁊ determinatum a deo sine cognitione cõiũcta. ꝫ lꝫ in hoc excedat appetitus cognitiuus ꝙ nat⁹ est dirigi a cognitione coniuncta:non tñ in hoc differret ab alio quin circunscripta cognitiõe coniũcta possit moueri in bonũ. Cum eñ voluntas per essentiã sit aptitudinaliter tendens in bonũ ꝙ possit reduci in actũ tendẽtie a creatura ⁊ non a creatore solo est mirabile:qꝛ ille qui est actus purus ⁊ ꝑfectissim⁹ oẽꝫ potẽtiã ꝯtinẽs ꝑ se solũ põt reducere ĩ actũ. 3. ratio

¶ Quarto:qꝛ cũ obiectũ volũtatꝭ sit bonũ cognitũ formalius ⁊ principalius est in ei⁹ obiecto bonitas ꝙ cognitio:qꝛ ipm bonum in se plus appetitur ꝙ eius cognitio:sed põt esse appetitus eius qꝺ non est bonũ actu in se/etiã ꝑ naturam sicut appeto cras balneum ꝙ cuz non sit ens actu in se ꝑ cõsequẽs non bonum in se ⁊ tñ ipsũ est desideratum in se. igitur est desideriuz eius quod est non bonũ ergo multomagis ei⁹ quod est nõ cognitum. Sed ista ratio non multum valet qꝛ illud lꝫ sit non bonum ꝓ nunc:erit tñ quid bonum:tũc desideratur autẽ ꝓ tunc non ꝓ nunc. ⁊ si vlterius etiam dicatur ꝙ vellẽ etiã balneũ nunc quãdo nõ balneor ⁊ sic non est bonũ dicẽdũ ꝙ ego vellẽ balneari nunc volendo esse balneũ ꝙ si esset: esset bonum. appetitur autẽ esse ⁊ non appetitur non esse et sic adhuc est bonum : sm ꝙ terminat appetitũ. 4. ratio

¶ Quinto: qꝛ plus dependet motus a termino ꝙ actus ab obiecto:qꝛ iste est intrinsecus motui cõiũctus subiecto ⁊ essentialiter(vt quidã dicũt) obiectũ aũt est distinctũ etiã a subiecto ⁊ ipsa cognitio a volitione:sed deus potest facere motum sine termino extrinseco ⁊ intrinseco sicut posset facere motum vltime sphere localem qui nõ haberet terminum extrinsecum qui est locus deficiente superficie corporis continentis: nec intrinsecũ quinta ratio

qui est vbi ꝓ cõsequẽs qꝛ vbi est circũscriptio cor
poris a circumscriptione loci procedens que ibi
non est.ergo ⁊c. ¶ Et dicũt aliqui ꝙ ibi esset vbi
sine loco:qꝛ illa descriptio vbi est causalis nõ for=
malis:sed istud non valet:qꝛ non videtur habere
vbi:illud qḋ non est alicubi sed nusq̃ sicut est vlti
ma sup̃ficies vltime sphere cũ etiam dicit̃ circũ=
scriptio a circũscriptione ꝓcedẽs non potest no=
tari realis effic:ẽtia cum illa re nõ differant: ⁊ qꝛ
imediatũ principiũ actionis cuiuslibet realis nõ
potest esse locus nec aliqua q̃titas nisi mediante
qualitate. ¶ Sexto:qꝛ dicunt aliqui ꝙ de⁹ nõ po
Sexta test facere visionẽ sine obiecto vt est terminatiuuꝫ
lꝫ possit facere vt est motiuuꝫ. Et similiter videt̃
ꝙ non possit facere volitionẽ sine bono cognito ꝙ
est suũ obiectũ vt est terminatiuũ nõ motiuum.
¶ Cõtra.qꝛ naturaliter res posita retro videtur
ꝓ hoc ꝙ eius species relucet in speculo:quia ergo
res retro posita non poterat videri sine speculo.
hoc est qꝛ nõ poterat representari nec ꝑ se nec per
aliud.tñ aũt videre est rem q̃ non est ante sꝫ retro
sicut illã q̃ nõ est p̃sẽs sed absens si g̃ res absẽs põt
representari oculo sicut fantasie ⁊ tũc ita posset vi
deri sicut fantasiari posset aũt deus facere speciẽ
visibilẽ in aere ⁊ ꝑ consequens in oculo etiã visibi
li absente vel non existente sicut et lucem in aere
sine sole cuꝫ non plus dependeat species a colore
q̃ꝫ lux aeris a presentia sue cause. ergo posset de⁹
facere videri colorem absentem ⁊ pari rõne ama=
2.opinio ri bonũ non cognitum ab amante. ¶ Alia est opi
nio contraria ⁊ communis:qꝛ hoc est impossibile
quod trahunt ex verbis Augustini. Inuisa dilige
re possumus:incognita nequaq̃. ad quod dicere
2.ratio tur ꝙ verũ est ẽm cursum nature. ¶ Secũdo sic
quia in hoc differt appetitus cognitiuus a nõ co=
gnitiuo: qꝛ iste sequitur cognitionẽ coniunctam:
ille separatam.si ergo sit appetere cognitiuũ sine
cognitione coniuncta ex sola cognitione dei sepa
rata appetere illud erit cognitiuum et non cogni
Solutio tiuum. ¶ Respondeo. Non sequitur:quia sicut
dicimus ꝙ accidentis esse est in esse ẽm aptitudi=
nem ⁊ non actũ nisi quo ad cursum nature ꝓpter
quod quando accidens subsistit miraculose nõ se
quitur ꝙ sit accidens ⁊ non accidens:ita etiam ꝙ
appetitus cognitiuus sequatur cognitionem con
iunctã ẽm aptitudinẽ est ei essentiale nec sine hoc
esse potest:sed quod sequitur ẽm actum est essen=
Tertia tiale ⁊ ẽm communẽ cursuꝫ nature ꝓprietas ꝯñs
sed supernaturaliter aliter potest fieri. ¶ Tertio
sic:qꝛ si volũtas posset velle intellectu nõ cogno=
scente:pari etiã rõe posset odire ꝙ intellectus iu=
dicat esse ad amãdum ⁊ ecõuerso: sed hoc est im=
possibile:quia tunc respueret bonum sub ratione
boni: ⁊ eligeret malum sub ratione mali quod est
impossibile:qꝛ hoc esset potentiam ferri nec in ob
iectum suum:qꝛ bonum est obiectum suum ad eli
gendum:malum ad respuendum:et non aliter.
Maior probatur per exemplũ:qꝛ sicut potest vel=
le ꝙ sensus non cognoscit vt bonum sp̃uale:sic po
test respuere delectabile sensus ꝙ ille appetit vel
iudicat appetendũ. ¶ Item patet per rationem
quia plus est supplere cognitionem totam q̃ꝫ par
tem eius.si ergo deus potest supplere aliã cogni=
tionẽ mouẽdo volũtatẽ ad totuꝫ cognitũ ergo et
partẽ.sic autem faceret mouẽdo volũtatẽ contra
iudicium intellectus;qꝛ cũ intellect⁹ iudicat vnã
rem vno modo bonam.alio modo malã.quãcũq̃
conditionẽ iudicet preeminere in illam fertur vo=
luntas. Ponatur ergo ꝙ intellectus iudicet for=
nicationem bonã tanq̃ delectabile ⁊ ꝓsequendã
vt sit nichil iudicans in honestate eius tunc deus
suppleat aliã partẽ ꝙ ipsa est magis fugienda ꝓ=
pter bonũ honesti q̃ꝫ ꝓsequendũ ꝓpter volitionẽ
voluntas ita fugiet eam sic.si ratio hoc iudicaret
ergo ⁊c. ¶ Ad hoc posset dici ꝑ interpretationẽ Solutio
maioris ꝙ non sequit̃ si deus põt mouere volun=
tatẽ preter iudiciũ rõnis ꝙ ꝓpter hoc. Contra.
nec etiã simile est de voluntate respectu sensus et
de ipsa respectu intellectus:qꝛ sensus nõ est ꝓpri
um motiuum ipsius ꝓpter qḋ non solũ p̃ter:sꝫ cõ
tra moueri potest, intellectus autẽ est ꝓpriũ mo=
tiuum appetit⁹ intellectiui. vnde et si miraculose
potest moueri preter ipm̃:non tamen contra ipm̃
quia voluntas cogi non potest. Cogeret̃ autem si
moueret̃ ꝯtra iudiciũ rõnis ꝙ ipsa nata est seq̃:sic
graue si moueret̃ sursũ. ¶ Ad aliã ꝓbationẽ posset
dici ꝙ volũtas nõ potest moueri contra iudiciuꝫ
totale et vltimatum rõis:sed ꝯtra iudiciuꝫ ꝑtiale:
sed quando intellectus apprehendit vtrũq̃ ratio
nem et fugibilis et ꝓsequibilis et prefert vnã al=
teri pro ea quam prefert est simpliciter iudiciuꝫ
rationis pro alia ẽm quid: sed quando ipsa appre
hendit alterã tm̃ pro illa est totale iudicium.
¶ Quarto:quia sicut non potest potentia ferri Quarta
nisi in obiectum.ita nec specialis potentia nec in
speciale obiectũ qꝛ sicut nõ potest ferri sensus in
cõi in intelligibile:sed solũ in sensibile.sic nec ta=
lis sensus nisi in tale sensibile sicut visus non põt
plus videre sonum q̃ꝫ sensus sentire vl'e:sed obie=
ctum appetitus cognitiui ꝓpriũ est bonũ cogni=
tum ab intellectu sicut a cognitiua ꝓpria sicut ob
iectum appetitus in cõi est bonum. ergo sicut nõ
potest esse appetit⁹ absolute nisi boni:nec appete
re cognitiuum nisi boni cogniti: ita vt sicut deus
non potest facere ꝙ sensus concupiscat bonũ spi=
rituale cognitum ab intellectu et nõ a sensu sic nõ
posset facere ꝙ volũtas vellet bonũ cognitũ a dõ
⁊ nõ ab itellectu cõiũcto. ¶ Et dicẽdũ ꝙ sicut sen Solutio
sus põt ferri nisi i obiectũ ꝓpriũ sic nec appetitus
nec q̃cũq̃ potẽtia sed obiectũ ꝓprii aliq̃n accipi
tur scdm̃ actum aliquando secundum potentiam
vel aptitudinẽ ⁊ q̃dem vtrũq̃ requiritur ẽꝫ cursũ
nature sed scdm̃ miraculũ sufficit alterũ. Verbi
gratia obiectum fantasie est sensibile in communi
formaliter et essentialiter ⁊ secundum actum viũ
nec de⁹ potest facere fantasiari aliud sed obiectũ
secundum aptitudinem et cursum nature ẽ sensa
tum exterius:qꝛ fantasma est motus factus a sen
su secundum actũ ⁊ sine huiusmodi potest de⁹ me
facere fantasiari sicut et intelligere non fantasia=
tum ꝙ tamen nõ habet cursus nature:et similiter
deus non potest facere ꝙ appetitus sensitiuus fe=
ratur in aliq̃d non sensibile sed bene potest facere
ꝙ feratur in sensatum actu sed tm̃ intellectum ꝙ
etiã accidit ꝙ sit intellectum et sil'r nõ potest mo=
uere voluntatẽ ad aliqḋ bonũ qḋ nõ sit natũ ei re=
presentari ꝑ intellectũ aliquomodo sed bene sine
hoc qḋ actu ei p̃sentet̃ ꝑ illud. ¶ Quinto si vo=
luntas põt ferri in non cognitum,absens pari ra=
tione in p̃sens:⁊ ꝑ consequens delectari ⁊ tristari
sine cognitione actuali et pari ratione põt facere
insensibilia delectari et tristari: qꝛ si nichil aliud

prohibet ea delectari nisi defect⁹ cognitiõis ergo
cũ deus sine cognitione faciat delectari ⁊ tristari
cognitiua pari rõne insensibilia:nõ obstante ꝙ ca
Solutio rent cognitiõe qḋ est oino ipossibile. ¶ Sꝫ dõm
ꝙ nõ sequit̃ quia lꝫ appetit⁹ cognitiuus sit natus
sequi cognitionẽ. Est tñ aliqua res p̃ter cognitio
nem differẽs in natura ab appetitu naturali.etiã
q̃ñ actu nõ sequit̃ cognitionẽ ex natura intrisece
habet ꝙ sit natus delectari lꝫ non consequat̃ hoc
actu nisi ꝑ cognitionẽ actu:sꝫ appetit⁹ naturalis
non est natus delectari. ¶ Sexto sic:qꝛ volũtas
Sexta cogi nõ põt:cogeret̃ autẽ si vellet non cognituꝫ g̃
⁊c. Probatio minoris:qꝛ si graue moueatur nisi
ẽm inclinationem grauitatis coniuncte violenta
bitur:sed amota grauitate potest moueri sine vio
lentia ad quodcũq̃. g̃ si volũtas nõ esset cõiũcta
intellectui et ferret̃ in non cognituꝫ supnaturale
quidem esset: sꝫ violentũ nõ esset:sed q̃diu est cõ
iuncta intellectui quẽ nata est sequi videt̃ violen
tari si in aliquid feratur nisi ẽm iudiciũ itellect⁹
Solutio ¶ Et dicẽdũ ꝙ nõ est sil'e: qꝛ motus grauis seq̃t̃
grauitatẽ ẽm actum suũ primũ cũ sit eius act⁹ se
cũdus imediat⁹. Vñ quocũq̃ alibi moueat̃ loca
liter contra eius inclinationem mouet̃:qꝛ mouet
immediate et non mediãte alio motu vel actu: sꝫ
intelletuꝫ seq̃t̃ volũtas.potentia quidẽ potentiã:
sed actus actum non potentiã. vnde moueri con=
tra actuale iudicium rõnis esset bene violentari
sic graue manens graue sursum ferri: sed moueri
sine actu intellectus nõ. Vel potest dici ꝙ graue
manẽs graue non violentatur q̃ñ sursum mouet̃
a causa vniuersali cui magis natuꝫ est obedire q̃ꝫ
ꝓprie inclinationi. nec similiter voluntas cogit̃
Septima q̃ñcũq̃ et quõcũq̃ a deo moueat̃. ¶ Septimo qꝛ
nõ potest res fieri sine eo ꝙ est de rõne sua: sed ob
iectum cadit in diffinitione act⁹: ⁊ tale obiectum
in diffinitione talis act⁹ sicut appetere cognitiuũ
diffinitur ꝙ est appetere boni cogniti.ergo nõ po
Solutio test esse sine bono cognito. Dicendũ ꝙ nichil põt
fieri sine illo qḋ cadit in eius diffinitione intrinse
ce et directe.sicut homo sine aĩa ⁊ corpore. sed bñ
sine eo quod extrinsece ⁊ in obliquo sicut accidẽs
sine subiecto:qꝛ ꝑ additamentũ ipsum diffinitur:
sic autẽ diffinit obiectũ actũ. Non enĩ põt dici ꝙ
obiectũ sit de intrinseco esse essentie vel existẽtie
ipsius actus sicut vnum absolutuꝫ est de essentia
alterius sicut materia ⁊ forma de essentia cõpo=
siti nec eo modo quo dicimus vnum relatiuũ esse
de intellectu et esse alterius : quia act⁹ et obiectũ
sunt quedã absoluta ⁊ nõ sunt relatiua ẽm esse sꝫ
tm̃ ẽm dici nec sic ꝙ respect⁹ ad obiectuꝫ sit de ei⁹
essentia qꝛ actualis respectus q̃ est res vera conse
quitur actũ intellect⁹ sicut relatio suũ fundamẽ=
tum:sed aptitudinalis respectus bene est de essẽ=
tia sicut intelligẽdo ꝙ essentia est apta nata seip̃a
terminari ad tale obiectũ vnde non põt esse quin
terminet̃ ad obiectũ reale actu vel aptitudine: sꝫ
bene potest esse ꝙ terminat̃ actu ad obiectũ actu:
sed esse rõnis sicut non põt esse visus nisi rei vise
realiter:sed non opꝫ ꝙ res visa in se habeat esse es
sentiale. Et similiter non põt esse appetitus nisi
appetit⁹ sub rõne boni:sed nõ opꝫ ꝙ habeat boni
tatẽ realẽ et actualeꝫ in se q̃ñ desiderat̃:sed ẽm ꝙ
sit natum habere:⁊ similiter nec ꝙ actu cognosca
tur sed ꝙ sit natũ cognosci.sic etiã põt dici aptitu
do ad antecedẽs essentialis substãtie: qꝛ seipsa re
cipit accidens non ꝙ cadat respectus medius vel
qui sit de essentia. ¶ Ad primum dicendum ꝙ in
xp̃o de speciali gratia nõ fuit absorptum iudiciũ
sensus nec intellectus de iure cõi per consequens
et qꝛ beatus. ¶ Distinctio.xvi. Q̃õ.i.
Circa distictionem decimam Dist. xvi Q̃õ.i.
sextam querunt̃ duo. ¶ Pri
mo vtrum in xp̃o fuit necessi
tas moriendi. ¶ Secũdo de
claritate transfigurationis.
¶ Quantum ad primũ vide
tur ꝙ in xp̃o nõ fuerit necessi Primum
tas moriendi:quia nichil vo
luntarium est necessariũ: sed
mors xp̃i fuit voluntaria:ẽm illud. ysa.53. Obla
tus est.: qꝛ ipse voluit. et Damasce. dicit lib. 3. ꝙ
nichil coactum in xp̃o cõsideretur:sed omnia vo
lũtaria. ergo mors xp̃i non fuit necessaria.
¶ Item nichil necessarium est meritorium : sed
mors xp̃i maxime fuit meritoria.ergo nõ fuit ne Secundũ
cessario mortuus. ¶ Item necessitas moriendi
ẽ ex peccato ẽꝫ illud.1. Ro.8. Corpus quidẽ pro Tertium
pter peccatum mortuũ est necessitati moriẽdi sub
iectum. Constat autem ꝙ in xp̃o non fuit aliquod
peccatum.ergo nec necessitas moriẽdi. ¶ In cõ
trariũ arguitur:qꝛ xp̃s assumpsit oẽs defect⁹ na= In oppõꝫ
turales ⁊ passiones indetractabiles:vt dictũ fuit
prius:sed necessitas moriendi est defectus natu
ralis consequens totã naturam humanaꝫ cũ om
ne g̃nabile naturaliter sit corruptibile. est etiam
passio indetractabilis cum non deroget perfecti=
oni diuine et perfectioni gratie:ergo xp̃s assum=
psit necessitatem moriendi. ¶ Respõdeo.de ista Responsio
questione sunt quattuor opiniones. ¶ Prima.di 1.opinio.
centium ꝙ ois hõ q̃ntum est ex pte corporis est na
turaliter corruptibilis in quocũq̃ statu siue i sta
tu nature institute:siue gratie:siue glorie . et q̃ꝫtũ
est ex pte aie pro omni statu est naturaliter incor=
ruptibilis:cõparando tamen aĩam ad corpus hõ
habuit in statu innocentie:⁊ habebit in statu glo=
rie ex aliquo dono supaddito ꝙ corpus eius non
corrumpetur.et quidem hoc donum in statu inno
centie fuit iusticia originalis : et in statu glorie
erit dos impassibilitatis . xp̃s autem ex quo fuit
homo fuit corruptibilis:⁊ habuit corruptiõis ra
tionem intrinsecã et extrinsecam. Causa autẽ in=
triseca assignat̃ et ex pte nature:qꝛ xp̃s fuit cõpo
situs ex materia ⁊ forma et ex pte diuerse ꝓpor=
tionis mixtionis elementorũ. Ex pte materie sic
cũ materia sit in potẽtia ad alias formas semper
machinat̃ ad malũ illius forme sub qua est et ap=
petit esse sub alia forma:⁊ per cõsequẽs sequit̃ cor
ruptio.ex parte autẽ diuerse ꝓportionis mixtio=
nis elementorum quã requirit ipsa anima sensiti=
ua que habet multas virtutes opꝫ ꝙ in vno orga
no dominetur calidum,⁊ in alio frigidum . sic ptꝫ
ꝙ in oculo dominetur aqua quare cũ in vna par=
te dominetur calidum est in alio frigiduꝫ ⁊ vnum
contrariũ approximatũ alteri cõtrario natural'r
agat in ipsum et corrũpat ipsum. sequitur ꝙ i xp̃o
fuit causa corruptionis intriseca ex parte diuerse
proportionis elementorũ in alia ⁊ alia pte. Cau=
sa autem extrinseca assignat̃ ⁊ ex pte cõtinentis:
puta aeris habentis frigiditatem ꝑ quã imprimi
tur in corpore aliqua passio peregrina q̃ est causa
corruptionis et ex parte alimẽti ad qḋ hõ necessi

tatur ꝑpter conseruationẽ vite: alimentũ autem
habet contrarietatẽ ad ipm alitum siue alendũ. ⁊
ꝑ ꝯñs sciuit passionẽ in ipso alendo. oĩs autẽ pas=
sio que a contrario est disponit ad corruptionem.
igitur cũ in xp̃o fuerint oẽs iste cause corruptio=
nis xp̃s fuisset mortuus naturaliter loquendo si
nulla passio sibi illata fuisset: sed in statu inocẽtie
pctm̃ fuit causa mortis sicut remouens ꝓhibens
qꝛ ꝑ iusticiam originalem habuit homo posse non
mori qua ꝑdita ⁊ ablata ꝑ pctm̃ icurrit homo ne
cessitatem moriendi. ⁊ hec est intentio Augustini
primo libro de baptismo paruulorum cũ dicit. Si
nõ peccasset adã nõ erat moritur⁹. similiter hec ẽ
intentio Augu. 2. de baptismo paruuloꝝ de xp̃o
ꝙ fuisset mortuus aliquando etiam si nulla pena
sibi inflicta fuisset. Dicit enĩ circa mediũ dicti li=
bri ꝙ habuit silitudinẽ carnis pctĩ: ⁊ ꝙ nisi iuue=
nis occisus fuisset senio ipso senescente ad mor=
tem venire potuisset naturalr̃ loquendo nullo po
sito pctõ circa ipsum. ¶ Uerũtamen vltra scien
dum est ꝙ ⁊ phi ⁊ sancti loquũtur de morte hoĩs:
sed differenter: qꝛ phi loquunꝰ de morte ꝑ attribu
tionem ad aliã cãm ꝗ̃ faciant sancti. reducunt enĩ
mortẽ in ipam cõpositionẽ ex contrarijs tanꝗ̃ in
cãm ꝑ se naturalẽ naturaliter loquentes. Sancti
ꝟo: qꝛ viderunt vltra ꝙ corp⁹ corruptibile de se ꝑ
aliqđ donũ supernaturale ꝓseruari poterat a cor
ruptione actuali sicut fuit in statu nature institu=
te in adam: ideo reducunt mortem in ipꝫ pctm̃: qđ
quidem abstulit donũ iusticie originalis ꝙ sm̃ se
fuit ꝓhibitiuum mortis tanꝗ̃ in cãm soluentẽ ꝓ=
hibẽs: ⁊ ꝑ ꝯñs sequiꝰ ꝙ ipꝫ pctm̃ nõ habuit rõneꝫ
cause naturalis ⁊ cause ꝑ se sed solũ cause remo=
uẽtis ꝓhibẽs mortẽ scꝫ ipam originalẽ iusticiam.
Unde sm̃ Ansel. Cur de⁹ hõ. nec mortalitas nec
immortalitas est de quidditate hoĩs: qua natura
humana sm̃ se per aliquod donũ superadditũ po=
test fieri immortalis ⁊ ꝓseruari a morte sicut fuit
ante peccatum et sine aliquo superaddito sm̃ se ẽ
mortalis et corruptibilis sicut modo est cõiter in
hominibus. ¶ Unde naturã humanã possumus
tripliciter considerare. Uno modo in puris na=
turalibus sine aliquo dono supnaturali sicut fuit
in adam et tertio modo cum habitu vicioso sicut
cõiter est modo in hõibus omnibus. ¶ Primo
modo considerando naturam sic dico ꝙ in chri=
sto fuit ⁊ non alijs duobus: quia nec cõtraxit ori
ginale cui debebaꝰ mors nec habuit donũ origi=
nalis iusticie quequidem remouens fuit morteꝫ
quasi ligans ipam potentiam ad corruptionem ⁊
mortem sicut habuit prim⁹ homo: et ideo dicitur
ꝙ natura humana in christo ꝗ̃tũcũꝗ̃ sibi fuisset
vnita deitas relicta tamen sibi sic vt ageret que
propria sibi fuissent fuisset aliquando corrupta ⁊
defecisset morte naturaliter sine inflictione alicu
[Secũda opi. q̃ ẽ scoti. di. pñti q. j.] ius pene ab extrinseco irrogate siue illate. ¶ Se
cunda opinio est ꝙ verbũ potest cõparari ad hũa
nam naturam in primo instanti: ⁊ sic comparatur
ad ipam vt assumendã ⁊ sic natura vt assumenda
non habuit necessitatem moriendi: quia verbum
potuit assumere naturã gloriosam. ¶ Secundo
potest considerari natura humana xp̃i in secũdo
instanti vt scꝫ innocens ⁊ sine peccato: ⁊ sic nõ ha
buit causam demeritoriã mortis: ⁊ sic non habuit
necessitatem moriendi. qꝛ mors non inesset nobis
nisi peccasset homo: qꝛ per iusticiam origĩalẽ erat
homo potẽs nõ mori. ¶ Tertio põt cõparari ver
bum ad naturã humanam xp̃i vt est glorificata ⁊
sicut ꝗ̃tum de se fuit erat immortalis et non fuis
set mors sequuta nisi per miraculum detẽta fuis=
set gloria/ ne in corpus redundaret: quia anima
fruente deo corpus est impassibile: sm̃ cõmunes
leges dei. ideo in primo: secundo. ⁊ tertio instantĩ
fuit immortalis: sed in quarto instanti scꝫ cũ fuit
factum ꝑ miraculum ꝙ beatitudo anime in corp⁹
non redundaret: tunc xp̃s habuit corpus passibi=
le ab intra et extra sicut nos modo ⁊ ꝑ ꝯñs necessĩ
tatem moriendi. Hoc confirmatur ꝑ hoc qđ supra
iductum est secundo de baptismo paruulorũ ꝙ si
xp̃s non fuisset occisus: fuisset tñ senio mortuus.
¶ Sed vñ habuit tantã necessitatẽ moriendi? Di
cẽdum ꝙ habuit corpus alere super quod anima
non habuit plenum dominium ⁊ ideo ꝑtes mate=
rie fluxerũt naturaliter: ⁊ fiebat in eo deperditio
et tũc oportuit ꝙ simpliciter flueret natura ⁊ ꝑ cõ
sequens tãdem deficeret vel ꝙ fieret restauratio ⁊
hoc nõ semꝑ potuit vel potuisset fieri perfecte nisi
anima plenum habuisset dominiũ sup corpus. sed
quod non habuit plenũ dominiũ cum semper fuit
beata hoc factũ fuit miraculosẽ vt dictum est. Et
si dicatur ꝙ fuit optime cõplexionatus ⁊ melius
ꝗ̃ adã in statu innocentie. ergo minus habuit ne=
cesse mori. ¶ Dicẽdũ ꝙ supposito ꝙ xp̃s habuit
talẽ naturã partim gloriosam vel glorificatã scꝫ
ꝗ̃tum ad animã ⁊ partim non scꝫ ꝗ̃tum ad corp⁹
et hoc miraculose vt dictuꝫ est. sequitur ꝙ potuit
pati passione tali que cõtinue mortẽ induceret: qꝛ
omne passum presente actiuo sufficiente necessa=
rio patitur sibi dimissum. Unde hmõi necessitatẽ
habuit tam respectu intrinseci actiui ꝗ̃ respectu
extrinseci ab extrinseco certum est. ¶ Item ab in
tra lꝫ habuit nobilissimam complexionem potuit
corrumpi et propter alimenti impuritatem ⁊ pro=
pter vegetatiue debilitatem. Probatio primi est
qꝛ nutritio q̃ fit ꝑ alimẽtũ est q̃dam gñatio: sꝫ ex
alimento ipuriori gñaꝰ caro ipurior. ¶ Itẽ ꝗ̃tũ
cũꝗ̃ alimentum sit purum: tamẽ ex eo generatur
caro minus pura ꝗ̃ fuit prima. ⁊ per consequens
minus potest se seruare in toto et citius defluit a
toto ꝗ̃ prima caro scꝫ primo animata et sic tandẽ
defecisset senio. ¶ Item secũda causa confirmat
primam: scꝫ propter defectum vegetatiue qꝛ om=
ne agens phisicum patitur agẽdo maxime sibi de
relictum. 3. phisicoꝝ. virtus autem vegetatiua et
corpus in quod egit erant sibi derelicta in quarto
instãti vt supra dictũ ẽ. ꝫ patiebaꝰ: passio aũt abi=
cit a substãtia vt dr. 6. thopicoꝝ. ergo tãdẽ fuisset
ita debilitata ꝙ nichil potuisset cõuertere et ꝑ cõ
sequens defecisset corpus eius. ¶ Sed videtur [Dubium]
dubium vtrum aliqua pars corporis eius potuit
fluere? Uidetur enĩ ꝙ non nisi ꝑ miraculuꝫ nouũ
quia sm̃ Damas. lib. 3. qđ xp̃s semel assũpsit nũꝗ̃
deposuit. cum ergo totum corpus ⁊ singule par=
tes sint verbo vnite videtur ꝙ nulla potest fluere
¶ Item si aliqua pars fluxit oportuit fieri restau
rationem sed hec non potest fieri sine nouo mira
culo. quia pars adueniens pri⁹ fuit non vnita ver
bo et post vnitur ⁊ non potuit fieri sine nouo mi=
raculo et per dei omnipotentiam et sic si fiebat cõ
tinue deperditio et restauratio sequitur ꝙ fiebat
nouorum miraculorum continuatio qđ videꝰ in=
conueniens. non ergo potuit fieri deperditio.

[Solutio] ¶ Dicendũ ꝙ necesse fuit aliquas partes de cor
pore xp̃i fluere. Cui⁹ ratio est: qꝛ ibi fuit actiuũ ap
proximatum passiuo nec fuerunt impedimenta vt
dictũ est: qꝛ hoc fuit naturale sicut in nostris cor=
poribus: ⁊ qꝛ fiebat deperditio necesse fuit aliq̃s
partes restaurari vel totuꝫ flueret: ⁊ ideo sicut na
[3. opinio] turalis erat deperditio: ita et restauratio. ¶ Ter
tia opinio ꝓcedit sic. Illud quod vocatur corru=
ptio in omnib⁹ generaliter vocatur mors in viuẽ
tibus. Illud ergo quod est causa corruptionis in
omnibus generaliter est causa mortis ĩ viuẽtib⁹
specialiter dicitur cõiter sic ꝙ necessitas morien=
di in hominib⁹ est a natura tãꝗ̃ a causa ꝑ se. a pec
cato autem tanꝗ̃ a remouente ꝓhibens. ¶ Pri
mum probatur sic. Omne cõpositum ex contrari
is quorũ vnum est natum agere in aliud est de na
tura sua corruptibile: sed corpus humanũ ⁊ omne
corpus mixtum est hmõi: qꝛ mixtum est ex elemẽ
tis que nata sunt mutuo se corrũpere. ꝫ corp⁹ hu
manum ⁊ omne corpus mixtum est de natura sua
corruptibile. ¶ Secundũ declaratur: qꝛ ꝑ donuꝫ
originalis iusticie collate primis parẽtibus ꝓhi=
bebatur naturalr̃ corruptio in corpore: sꝫ illud do=
num ablatum est per peccatũ. ꝫ a pctõ tanꝗ̃ a re=
[Durã. dis. pñti. q. j.] mouẽte ꝓhibens est mors et corruptio. ¶ Horũ
autem duorum secundũ concediꝰ ab oĩbus: sꝫ pri
mum habet calũniã propter duo. Primũ est: quia
idem est causa corruptionis in omnibus ⁊ mortis
in viuentibus: quia cõmunis effectus habet com=
munem causam: sed esse cõpositũ ex elemento nõ
est causa corruptionis in oĩbus: qꝛ elementa sunt
corruptibilia: que tñ non ex elementis sunt mixta
ergo esse mixtum ex elementis non est per se cau=
sa mortis in viuentibus. ¶ Item posse corrumpi
et mori est per solam potentiam passiuã sicut pos=
se corrumpere vel mortem inferre per solam potẽ
tiam actiuam. ergo ad hoc ꝙ aliquid sit per natu
ram corruptibile non requiritur ꝙ habeat in se di
uersa quoꝝ vnũ agat ĩ aliud: sed sufficit ꝙ habeat
in se principium passiuuꝫ quo potest pati ab extrĩ
seco corrumpente. ¶ Item qualiter potest vnum
elementũ in mixto agere in aliud non patet: sꝫ qꝛ
de hoc dictum est plenius. li. ij. di. xxx. ideo de hoc
supersedeatur ad presens. Est dicendũ ꝫ ꝙ causa
per se corruptibilitatis in oĩbus est habere mate
riam que possit subijci contrarietati potentiaruꝫ
[du. vbi. s.] qualitatum vt ibidem fuit declaratum. ¶ Quã=
tum ad secundum sciendũ ꝙ triplex est necessitas
vna naturalis que consequiꝰ ꝑncipia naturalia si=
cut necesse est leue non prohibitum ferri sursum.
Alia est necessitas coactionis que fit ab agẽte ex
trinseco contra inclinationem nature vel volun
tatis et tale necessarium oppositum naturali ⁊ vo
luntario cum tam natura ꝗ̃ voluntas sint princi
pia intrinseca. alia est necessitas suppositionis q̃
sumitur ex fine: sicut est necesse serram esse ferreã
si debeat secare dura. ¶ Si ergo loquamur de
necessitate naturali sic ĩ xp̃o fuit necessitas mori=
endi: quia habuit naturam susceptiuam cõtrarie
tatis primarum qualitatum. ad quarum alterati
onem de necessitate sequitur mors et corruptio.
Unde dato ꝙ xp̃s non fuisset occisus violenter:
sm̃ tactum: tñ defecisset senio/ sicut ceteri hoĩes.
Si autem loquamur de necessitate coactionis sic
adhuc necessitas moriendi fuit in xp̃o: sm̃ qđ ne
cessarium inclinationi naturali repugnat: qꝛ cor=
pus christi sm̃ conditionẽ nature sue ꝓprie subia
cuit violentie seu coactioni claui perforãtis ⁊ fla
gelli percutientis et cuiuscunꝗ̃ alterius morteꝫ
inferẽtis. ¶ Secũduꝫ vero ꝙ talis necessitas co
actionis repugnat voluntati non fuit in xp̃o ne=
cessitas moriendi quo ad voluntatẽ diuinam: nec
quo ad voluntatẽ humanaꝫ deliberatiuã que sem
per fuit conformis voluntati diuine. Hac enĩ du=
plici voluntate voluit xp̃s mori: sed quo ad volũ
tatem naturalẽ fuit in xp̃o talis necessitas qꝛ vo=
luntas naturalis refugit mortẽ ⁊ corporis nocu=
menta. ¶ Si autẽ loquamur de necessitate suppo
sitionis que sumitur ex fine sic clarum est ꝙ ĩ xp̃o
fuit necessitas moriendi cũ sm̃ diuinã ordinatio=
nem mors xp̃i ordinaretur ad redẽptionẽ humani
generis sicut ad finem: ꝓpter qđ oportebat xp̃m
mori si humanum genus debebat redimi: ⁊ sic pa
tet ꝙ in xp̃o fuit necessitas moriendi. ¶ Utrũ au
tem aliqua dictarũ necessitatũ subiaceret volũta
ti humane? dicitur cõiter ⁊ bene ꝙ non: quia sicut
fuit dictum prius opera super naturam demon=
strabant in xp̃o naturam diuinã non humanaꝫ. ꝙ
aũt corruptibile sm̃ naturaꝫ nunꝗ̃ corrumpatur
aut ꝙ debilius non violentetur a fortiori sup na=
turam est: ⁊ ideo xp̃s si voluisset voluntate diuĩa
potuisset prohibere ꝙ corpus suuꝫ quod erat cor
ruptibile nunꝗ̃ corrumperetur per naturã nec af
fligeretur per alterius violentiam: sed ad hoc nõ
potuit se extendere voluntas sua humana. ¶ De
tertia autem necessitate que erat ex suppositione
finis a deo ꝓsciti clarum est ꝙ non suberat huma=
ne voluntati. ¶ Quarta opinio habet quattuor
conclusiones. ¶ Prima est vñ inest nobis hec ne [4. opinio]
cessitas. ¶ Secundo qualis fuit in xp̃o. ¶ Ter=
tio cui voluntati fuit subiecta. ¶ Quarto an xp̃s
fuisset naturaliter mortuus si pena nulla fuisset
sibi illata. ¶ De primo ꝓter illud quod dictuꝫ est
in secundo cõmunis opinio est ꝙ ex natura per se
qꝛ est cõposita ex contrarijs et ex culpa ꝑ accidẽs
q̃ amouit originalem iusticiam inest nobis necessi
tas moriendi. ¶ Ad duo contraria proxime opi.
¶ Dicendũ ad primũ ꝙ in oĩbus corporibus est [Rñsio ad duas obiectiões durãdi cõtra 3. opionẽ]
vna causa remota cõis corruptionis sed qñ ĩ spe=
cialib⁹ corruptibilib⁹ cũ illa cõi q̃ est ꝑuatio ma=
terie non possit esse specialis causa nõ videꝰ sicut
causa viuendi cõis est aĩa vegetatiua preter quã
in specialibus viuentibus est specialis alia ratio.
¶ Ad secundũ dicendũ ꝙ alterũ est tñ ꝑ alterã:
sed vtramꝗ̃ simul ꝑ vtrãꝗ̃. sicut mouere est a po=
tentia actiua q̃ est principiũ transmutandi aliud:
sed moueri est a potẽtia passiua/ q̃ est principium
transmutãdi ab alio: sed aĩa tñ mouens seipsum
hꝫ vtrãꝗ̃ potẽtiã: ita ⁊ elemẽta q̃ solũ corrũpunꝰ
ab exteriori habẽt in seipsis solã potẽtiã passiuaꝫ
sue corruptiõis: sꝫ mixta ⁊ specialiter viuẽtia cor
rumpuntur ab interiori al's non fieret deperditio
ab interiori frustra fieret nutrimentũ et restaura=
tio ab exteriori. et sic est in eis vtraꝗ̃ potentia: qꝛ
elementa manent in eis virtute. Unde cum vnum
elementum corrumpatur ab alio quando sunt se=
parata per consequens illud in quo sũt mixta cor
rumpuntur a seipso. ¶ Secundo ostendendũ ꝙ
in humanitate xp̃i fuit necessitas moriẽdi quo ad [2. ꝯclusio]
corpus ⁊ patiendi quo ad animam. patet: qꝛ ⁊ ne=
cessitas nature sicut in nobis et violentie et finis
sed non fuit in xp̃o necessitas agendi pꝛĩcipaliter

nam suppositum xp̄i necessitari non potest: sed so-
lum humanitas. principalitas autem agendi oēs
actionē nature opʒ esse penes suppositū quod ha-
bet esse perfectum: qꝛ agere est perfecti ꝛ pꝛicipalit
ter agere subsistentis: sed pati est imꝑfecti et ma-
gis imꝑfecti magis pati ꝛ minus. minus sicut ma
teria pꝛima est subiectum passionis q̄ est generari
ens actu simpliciter magis perfectuʒ non nisi pas
sionis ſm quod ideo pꝛicipalitas passionis realit
in xp̄o erat nature. non suppositi: qđ in se passiuuʒ
esse non potest: sed verum est ꝙ a passione nature
denoiat suppositum lʒ nullo modo passuʒ: nisi qꝛ
passi sustentatiuū sicut a crispitudīe capitꝭ denoia
tur hō crisp⁹ qui extra caput nullā oīno hʒ crispi-
5. ꝯclusio.
tudinem. ¶ Tertio ꝙ necessitas patiendi et mo-
riendi suberat voluntati xp̄i diuine non hūane. de
diuino nullus ambigit: qꝛ a morte omne mortale
absolute potest preseruare. de humana probabile
est ꝙ non poterat dei ordinationē vel cursum na-
ture impedire ꝙ nec angelus potest sed de necessi-
tate violentie cui angelus potest resistere cū inclu
dat motum localem. Potest enī angelus q̄. 85. mi
lia interfecit et subuertit sodomā manus ꝛ gladi
os impedire paucoꝝ hominum. vnde cū data sit
a principio aīe xp̄i oīs potestas creature lʒ decla-
ratio in resurrectione videtur ꝙ ꝑ illā virtutē su-
pernaturalem ꝛ nō solum ꝑ diuinā emētium ꝛ vē-
dentium cathedras euertit ꝛ prostrauit se capere
volens, ꝑ quam etiam potuit resistere crucifixo-
ribus magis q̄ sāpson cū habuit omnem gratiā
gratis datam. vnde si oīa vincula fortissima sāpsō
rupit et mille viros ī mādibula asini interfecit to
tum per gratiam gratis datā aut xp̄s non habuit
omnem gratiam gratis datā: aut habuit fortitu-
Quarta
dinem tantam. ¶ Quarta conclusio est ꝙ xp̄s si-
bi derelictus fuisset naturaliter mortuus etiā nul
la pena sibi illata qđ ꝓbant aliqui. ¶ Primo sic.
Omne corpus ſm se corruptibile potest deficere
corpus xp̄i fuit naturaliter corruptibile. g̃ ꝛc.
¶ Item secūdo. Omne qđ naturaliter incipit na
turaliter desinit pꝛio celi ꝛ mundi: sed corpus xp̄i
naturaliter incepit ꝑ generationem. ergo natura
liter defuisset ꝑ corruptionem. ¶ Item tertio sic
quādocūq; aliqua passio iest multis oportet ꝙ in
sit ꝑ aliquam causam cōem. cū igitur mori ꝛ cor-
rumpi naturaliter insit homini ꝛ aliquibus brutꝭ
oportet ꝙ hoc insit per aliquam causam cōmuneʒ
causa autem ista cōis non potest esse culpa: qꝛ cul
pa nō inuenitur in brutis quare opʒ ꝙ sit aliq̄ alia
causa: sed hec non videt esse alia nisi qꝛ omne cor
pus cōpositū ex contrarijs est naturaliter corru-
Obijcitur ꝯtra ista Primo
ptibile. g̃ ꝛc. ¶ Sed cōtra hoc arguūt idem ꝛ sol
uūt primo sic: qꝛ omnis corruptio in cōposito ali-
quo vel est ex parte materie vel ex parte forme vł
ex parte dispositionis. in proposito aūt dici nō po
terit ꝙ sit ex p̄te forme corruptio: qꝛ forma q̄tuʒ
est ex se semꝑ nata est esse: nec ex p̄te materie quia
ipsa est incorruptibilis ex primo phisi. ī fine. nec
ex parte dispositionis: qꝛ dispositio debet habere
ꝓportionem ad dispositionē scʒ ad materiā ꝛ for
mam. materia autē et forma sunt de se incorrupti
Scđo.
biles. g̃ ꝛc. ¶ Itē Ro. v. Per peccatum intrauit
mors. ꝛ Augus. lib. retrac. j. cap. 12. si nullus delin
queret nullus moreret. ꝛ de ciuitate dei. lib. xiij.
cap. iij. ꝛ iiij. ꝛ de trini. ca. xxvj. Ex quibus oibus
sumitur hec ꝓpositio ꝙ ibi nullū est pctm̄ ibi non

debet esse mors. In xp̄o autem non fuit peccatum
prime petri secundo. Peccatum nō fecit ergo nec
Tertio
mors. ¶ Itē corruptio est in mixto ꝓpter domi-
nium vnius elementi sup aliud: sed in xp̄o nō fuit
tale dominium cū in eo fuit summa equalitas et
Quarto
summa proportio elementorum: quare ꝛc. ¶ Itē
xp̄s sumpsit alimentum ꝓpter restaurationē deꝑ
diti. g̃ cū ī xp̄o potuit eē tāta restauratio deꝑditi
q̄ta fuisset: si non fuisset ipsa deꝑditio xp̄s nunq̄
Quinto
defecisset: ꝛ ꝑ ꝯsequens in eternū vixisset ¶ Iteʒ
illud est impossibile ex quo sequitur impossibile:
sed si aliquis homo in puris naturalibus existēs
moreretur sequeretur ꝙ aīa eius non esset in gau
dio paradisi: qꝛ non habuit charitatē nec in pena
qꝛ nullā habuit culpam ꝑ positum: sed consequēs
est impossibile: qꝛ oīs aīa separata vel est in gau-
dio vel in pena: quare et illud. ex quo sequit scʒ ꝙ
homo talis moreretur. g̃ xp̄s sibi derelict⁹ nō fu
Rn̄sio ad obiecta Ad p̄mū
isset mortuus. ¶ Ad ista respōdēt ipsi. ¶ Ad pri
mum dicendū ꝙ corruptio pōt esse ex parte forme
corporalis in xp̄o inq̄tum talis forma fuit tēpo-
lis ꝛ pyodalis in xp̄o, ꝛ ꝑ ꝯn̄s habuit certā dura-
tionem ex quo determinat certa pyodo. siliter po
tuit esse ex parte materie: qꝛ lʒ ſm suam essentiam
sit incorruptibilis: tm̄ inq̄tum est in potentia ad
multas formas ꝛ ꝑ ꝯn̄s habet priuationē admix
tam ꝑ quā appetit esse sub alia forma: q̄ causa est
corruptionis siliter potuit fuisse ex parte disposi-
tionum qꝛ lʒ dispositiones in principio fuerint ꝓ-
portionate materie ꝛ forme: tamen ꝑ actionē ītri-
secam vnius membri in aliud ꝛ actionē cōtinētis
ab extra in corpus xp̄i dispositiones tales fuissēt
improportionate: ꝛ ꝑ ꝯn̄s discordātes: ꝛ sic ex p̄te
dispositiōis potuisset fuisse via ad corruptionem
Ad scđm
sicut dictum est. ¶ Ad oēs auctoritates sanctoꝝ
dicendū ꝙ loquūtur de natura instituta. Primo
sub iusticia originali prohibente hominem a cor-
ruptione quequidem fuit: qꝛ non fuit ablata nisi
ꝑ peccatum: ideo sancti dicunt ꝙ causa mortis est
peccatum. Et cum dicit ꝙ pena nō debet esse nisi
vbi culpa est. Dicendum ꝙ sicut in statu innocen-
tie fuit deperditio aliqualis ꝑtialis ꝛ tamen non
fuit pena: sed defectus siue conditio nature: sic
si xp̄s fuisset mortu⁹ naturaliter talis mors siue
corruptio totalis non fuisset pena sed cōditio na-
ture siue defectus nec plus fuisset pena q̄tū mors
alicuius bruti q̄ certū est ꝙ nō dicimus penā esse
ſm defectum nature ¶ Hoc ꝯfirmatur per mgr̄m
senten. secundo libro. distinct. 14. ꝛ libro. 3. dis. 15.
vbi loquitur de defectibus q̄ nō sunt penales: et
dicit ꝙ si tales fuissent in natura īstituta ante pec
Ad tertiū
catuʒ nō fuissent penales. ¶ Ad aliud dicendum
negando ꝙ in christo non fuit summa equalitas
quin aliqđ elementum ꝑdominaretur. nam vita
magis consistit in calido q̄ in frigido et calido ꝛ
humido q̄ frigido ꝛ sicco quare cum xp̄i corp⁹ fue
rit vnū oportuit ꝙ dominaret aliquod elemētuʒ.
¶ Similiter ad hoc idē est alia ratio: qꝛ potētie
sensitiue vtuntur organis diuersis q̄ non requi-
runt ꝓportionē mixtionis eandē cū potentie ta-
les sint alterius et alterius rationis: ꝛ ideo opor
tuit ꝙ in vno organo dn̄aret ignis et in alio aqua
et sic de ceteris. ¶ Et cū dicitur ꝙ xp̄s habuit sū
mam equalitatem. Dicendum ꝙ habuit summaʒ
equalitateʒ quā patitur natura corporis debētis
recipere vitam ab aīa ꝛ non habuit equalitatem

simpliciter. Vel dicendum. Supposito ꝙ habuit
equalitatem ꝙ adhuc potuisset corrūpi: ꝛ pōt cau
sa corruptionis assignari triplex. ¶ Vna scʒ per
corpus continēs siue ꝑ corpus adiacēs. quodqui
dem ꝑ aliquā sui qualitatē. puta caliditatē et fri-
giditatem potuisset facere in corpore inequalita-
tem qđ prius ſm se habuit equalitatē. ¶ Alia cā
est ꝑ hoc qđ ſm phm̄. 2. de generatione. Quelibet
res naturalis hʒ ꝓpriam pyoduʒ ſm quā durabit
ita ꝙ ꝑ virtutē suam nō poterit plus durare. Exē
plum. Si duo hoīes equaliter fortes traherent
aliquid ita ꝙ vnus non preualeret sup aliū tandē
deficerēt in se ꝓpter limitatā virtutē quam habēt
eodem modo dico in ꝓposito ꝙ q̄tumcūq; elemē
ta in mixto haberent summam equalitatem: ita ꝙ
vnum non p̄ualet sup aliud tm̄ ꝙ illud mixtum ha
beret virtutē finitam ꝛ certam durationē tandem
deficeret. Et confirmat ꝑ commentatorē. ij. celi ꝛ
mundi. dicētē ꝙ ignis duobus modis corrūpitur
Vno modo per contrariū. Alio modo ꝑ defectuʒ
materie. Eodē modo dico ī ꝓposito ꝙ tale mixtū
lʒ non deficeret ꝓpter aliquam contrarietatē ītri
secam: tamen deficeret ꝓpter defectum virtutis.
¶ Tertia ratio siue causa sumitur ꝑ illud qđ di-
cit phūs. ij. celi ꝛ mūdi. ꝛ cōmētator eodē commē
to. 35. assignans causam corruptionis aīalium. di
cit eī ꝙ mixtum corrūpitur ꝛ ꝓpter cōtrariū qđ
habet: et etiā ꝓpter hoc ꝙ elementa existentia in
mixto habēt quādā tendentiam ad loca ꝓpria cū
nō sint in locis ꝓprijs ex natura in mixto solo ele
mento terre excepto: ꝛ ideo ex tali tendētia ad lo
ca ꝓpria ꝛ ꝑ ꝯn̄s ad dissolutioneʒ mixti sequitur
quedam mollificatio ī forma mixti et vltra ꝑ ꝯn̄s
virtus forme mixti recipientis mollificationē de
bilitatur: ꝛ talis debilitatio est causa corruptōis
Cum igitur ista eadē ratio sumi possit ponēdo eti
am ꝙ corpus xp̄i habuit summā equalitatē sequi
tur ꝙ corpus xp̄i fuisset aliquando corruptuʒ na
Ad q̄rtuʒ
turaliter. ¶ Ad aliud de alimēto dicēdum ꝙ pro
pter duo requiritur scʒ vt propter alimentū aīa-
lia generata sub quantitate imꝑfecta ꝑ alimētum
acquirant quantitatē ꝑfectam ꝛ sibi debitam ꝛ vt
ꝑ alimētū fiat restauratio deꝑditi ꝛ tunc vltra ad
argumētum quare ex quo posset semꝑ fieri restau
ratio deꝑditi non posset fieri ineternū cōtinuatio
Dicendū ꝙ in oibus vbi est naturalis generatio
et corruptio ſm naturalē descēsum ꝛ ascēsum sem
per virtus prioris manet. exemplum. qꝛ acetū na-
turaliter ex vino descēdit manet in aceto quodā-
modo virtus vini similiter: qꝛ ex elementis fit ꝑ
naturalē ascensum ipsum mixtū virtus elemētoꝝ
reseruatur ꝛ manet in forma mixti. Cū igitur ali-
mentum conuersum in rem alendā in pꝛicipio ha
buit contrarietatē ad rem alendā ꝛ in principio ē
dissimile ꝛ in fine simile ſm phm̄. ij. de aīa manet ī
corpore hoīs quasi ſm virtutē contrariā quā pꝛio
habuit ad ipsam rem alendā ꝛ propter istā manen
tiam contrahit ipm̄ humiduʒ radicale vbi saluat
et radicatur virtus caloris naturalis quandam
impuritatem ꝛ fit magis impurum ꝛ semꝑ q̄tuʒ
plus conuertit de nutrimento tanto fit maior im
puritas donec in fine fiat tanta ꝙ non plus possit
conuertere vt sic verificetur verbū Aristotelis ꝛ
exemplum de vino ꝛ aqua primo de generatione.
Ad q̄ntuʒ
¶ Ad aliud dicitur ꝙ si deus faceret hominem ī
puris naturalibus ſm alium statum faceret sibi

aliud habitaculuʒ. Vnde sicut argumentū ponit
nouū statū in antecedente: sic rn̄sio ponit habita-
culum nouū in ꝯsequente. ¶ Vel potest dici ꝙ ta
lis aīa esset in celo nec tm̄ haberet gaudiū ad hoc
supnaturale nec videret diuinā essentiā cū ponat
sine aliquo dono supnaturali. ¶ Ad argumenta
Ad rōes an̄ oppōm du. vbi. s.
principalia rn̄dēt illi de tertia opinione sic. ¶ Ad
primū dicūt ꝙ mors xp̄i fuit volūtaria volūtate
diuina: ꝛ volūtate humana deliberatiua: ꝛ sic ītel
ligenda est auctoritas ysa. ꝛ damas. Volūtate au
tem naturali nō fuit volūtaria sʒ potius coacta. ꝛ
ꝓpter hoc fuit necessaria necessitate naturali ꝛ ne
cessitate suppositionis q̄ pōt stare cū voluntario.
Ad scđm
¶ Ad secundū dicēdum cū illud qđ est mere ne-
cessarium necessitate naturali vel necessitate co-
actionis nō potest esse meritoriū. mors aūt xp̄i nō
fuit talis q̄n potius fuit acceptata voluntate xp̄i
Ad tertiū
deliberatiua rōne cui⁹ fuit meritoria. ¶ Ad ter-
tium dicēdū ꝙ necessitas moriēdi est a peccato si-
cut a causa remouente ꝓhibēs sed a conditiōe na
ture sicut a causa ꝑ se primo modo non fuit neces-
sitas moriendi in xp̄o: sed in secundo modo.

¶ Questio secunda.

Q̄o scđa. Primū
Ecūdo q̄rit de claritate trās-
figurationis xp̄i. Vtrum fuit
gloriosa: Et videt ꝙ nō: qꝛ cla
ritas gloriosa nō pōt videri ab
oculo nō glorificato: eo ꝙ īter
obiectū ꝛ potentiā oportet esse
ꝓportionē q̄ nō est inter clari-
tatē gloriosam et oculū nō glo
rificatū: sed oculi apostoloꝝ
qui nō erant glorificati viderūt claritatē transfi-
gurationis. ergo illa claritas nō fuit gloriosa.
Secundū
¶ Itē claritas gloriosa nō potest esse nisi in cor-
pore humano: qꝛ sola natura humana quo ad cor
pus glorificat: sed claritas xp̄i in transfiguratiōe
non fuit solū in corpore xp̄i: sed etiā ī vestimētis
et in nube lucida. vt habet Math. xvij. ergo illa
In oppōʒ
claritas nō fuit gloriosa. ¶ In cōtrariū est quod
dicit glosa sup illud Math. xvij. Transfiguratus
est ante eū ſm Hierony. ꝙ qualis futur⁹ erat tēpe
iudicij talis apparuit apostolis: sed tpe iudicij ha
bebit claritatē gloriosam. g̃ ꝛc. ¶ Rn̄sio. tria sūt
Rn̄sio j. articul⁹.
videnda. ¶ Primū de claritate illa. ¶ Secūdū
de visione transfigurationis: an fuit intellectiua
vel sensitiua. ¶ Tertiū vtrū moyses ꝛ helyas ibi
Durā. q. ij hui⁹ disti.
visi fuerint. ¶ Quātū ad primū sūt duo modi di
cēdi. ¶ Prim⁹ ꝓmittit tria vidēda. ¶ Primū est
qualiter differat claritas gloriosa a naturali seu
nō gloriosa. ¶ Secundū est an gloriosa fuit cla-
ritas transfigurationis. ¶ Tertiū est an rōne il-
lius claritatꝭ xp̄s conuenienter dicat fuisse trans
figuratus. ¶ Quātū ad primū dicendū est ꝙ cla-
ritas gloriosa nō differt ſm speciē a claritate na-
turali: sed solum ſm causā. quod patet tripliciter
¶ Primo ꝑ hoc qđ dꝛ Mat. xiij. Fulgebunt iusti
sicut sol in regno patris eoꝝ: sed similitudo nō est
differētium ſm speciē. g̃ cū claritas gloriosa dica
tur futura filijs claritati solis q̄ est naturalis opʒ
ꝙ sit eiusdē speciei cū illa. ¶ Secundo qꝛ si clari
tas gloriosa esset alteri⁹ speciei vel rōnis a clari-
tate naturali nichil notificaret nobis de beatitu-
dine corporis ꝑ hoc qđ dicit corpora gloriosa fu-
tura esse lucida cum sola claritas naturalis sit no
bis nota: sicut qui dicit canē esse in celo nichil no-

tificat ei qui non nouit nisi canē q̄ est aīal. hoc autem est inconueniēs. ergo illa claritas non est alteriꝰ rōnis a claritate naturali. ¶ Tertio qꝛ sicut se hꝫ visus ad visum: sic claritas ad claritatē vt enim se habet potentia ad potentiā: sic obiectum ad obiectum: sed visus corporis glorificati ⁊ visus corporis non glorificati est eiusdem rōnis. ergo ⁊ claritas huius corporis ⁊ illius. Differūt tn̄ quo ad causam: qꝛ claritas naturalis cōsequitur pr̄icipia cōstituentia corpus lucens: Claritas autē gloriosa erit in corpore glorificato nō a principijs cōstituentibus ipm̄ sed a redūdātia glorie aīe in corpꝰ: vt quibusdā placet vel potiꝰ a diuina virtute ⁊ sic patet primū. ¶ Quantū ad secūdū dicēdū est ꝙ claritas trāsfigurationis fuit claritas gloriosa q̄ ad essentiā et suam causam: nō autē quo ad modū essendi. ¶ Primū patet tripliciter. ¶ Primo qꝛ sicut statim ꝓbatum est gloriosa claritas differt a claritate naturali solū quo ad causam: sed claritas transfiguratiōis fuit ab eadē causa a qua erit claritas gloriosa scꝫ a diuina virtute eā supinducente. ergo claritas trāsfiguratiōis fuit claritas gloriosa quo ad essentiā et causam. ¶ Secundo: qꝛ claritas non gloriosa non ostēdit gloriā resurrectionis: sed transfiguratio facta fuit ad ostēdēdū discipulis gloriam resurrectionis sm̄ ꝙ xp̄s dicit Math. xvj. in fine ca. Sunt de hic stantibus q̄ nō gustabūt mortē donec viderint filium hoīs venientē tem in regno suo. ergo illa claritas fuit gloriosa. ¶ Tertio: qꝛ sup illud phili. iij. Reformabit corpus humilitatis nostre configuratū corpori claritatis sue. dicit glo. Assimilabimur claritati quā habuit xp̄s in transfiguratione: sed constat ꝙ assimilabimur ei ī claritate gloriosa. ergo trāsfigurationis claritas fuit gloriosa quo ad essentiā ⁊ causam. Non tamen fuit gloriosa quo ad modū essendi. Cuius ratio est: qꝛ claritas gloriosa erit in corporibus glorificatis ꝑ modū habitus ꝑmanētis. Claritas autē transfigurationis fuit ꝑ modū q̄si passionis transeuntis. ergo quo ad modum essendi illa claritas nō fuit gloriosa: ⁊ simile est de hac claritate respectu claritatꝭ gloriose sicut de visione diuina essentie ī raptu pauli et de visiōe eiusdē a beatis. Illa eñ fuit ꝑ modum passionis transeuntis. Visio autē beatorū est ꝑ modum habitus ꝑmanentis. et similiter fuit de claritate transfigurationis respectu claritatis que post resurrectionē erit in beatis. ¶ Qualiter autē talis claritas potuit esse in corpore christi ꝙ erat tunc passibile et opacum. Aduertendum est ꝙ illa claritas nō fuit in ꝓfundo sed in supficie sicut gladius limatꝰ intrinsecus est opacus. in supficie vero fulget icidēte lumine sup eius supficiem: ⁊ sic patet secundū. ¶ Quantū ad tertium aduertendū est ꝙ figura vno modo dicit qualitas a quātitate fundata resultans ex terminatione quātitatis: ⁊ hoc modo dicit aliquid transfigurari qn̄ mutat de figura ī figuram sm̄ terminationē quantitatis xp̄s nō fuit transfiguratus. non enim lineamēta corporis eiꝰ in aliquo sunt mutata. Alio modo accipit figura generalius pro omni eo quod apparet in extremitate rei sicut figura est res quātitatꝭ: ⁊ quia color et lux in extremitate rei demonstrantur: ideo mutatio sm̄ hoc dicit transfiguratio et sic christꝰ fuit transfiguratus. Unde hierony. super Math. dicit sic. Nemo putet xp̄m per hoc ꝙ transfiguratus dicitur formam pristinam et faciem ꝑdidisse et amisisse corporis veritatem ⁊ assumpsisse corpꝰ spirituale vel aereū: sed quomodo transfiguratus sit euāgelista docet dicens. Resplēduit facies eiꝰ sicut sol: vestimenta eius facta sunt alba sicut nix vbi enim splendor faciei ostendit et candor describitur vestiū. nō substātia tollit: sed gloria cōmutatur. ¶ Aliꝰ modus dicendi est quia aliter possunt probare tres conclusiones scꝫ ꝙ in xp̄i transfiguratione fuit claritas gloriosa ꝑ essentiam et causam: non ꝑ modum. ¶ Primū patet: qꝛ eiusdem rationis est claritas gloriosa ⁊ non gloriosa lꝫ lumen anime sit quod oculus non vidit nec auris audiuit: sed gloria corporis debet esse sensibilis ⁊ sensibus nostris qui erunt idem specie ⁊ per consequēs idem obiectum habebunt. Unde nisi illa lux esset eiusdem nature cum aliqua luce quā videmus non esset visibilis oculo quo videmꝰ sed similiter in inferno dolor anime differt specie ab omni dolore huius vite. ꝙ etiam oculus non vidit quomodo scilicet spiritus affligatur ab igne sed dolor corporis: sm̄ tactum ab igne corporeo est eiusdem rationis: sed incōparabiliter grauior. ¶ Secūdum patet; quia dos claritatis est a deo principaliter: et est a gloria anime per redundantiam: quia sicut perfectio corporis naturalis est a perfectione anime naturali: sic supernaturalis a supernaturali: quia gratia perficit naturā modo sibi conuenienti. Si enim a commixtione primarum qualitatum causatur color ī extremitate vel prohibet a gloria anime dotis corporis erumpere et si non proprie effectiue quia si creatura crearet saltem per modum cause exēplaris et cuiusdā ꝓximitatis ⁊ dignitatis. Unde cum anima christi esset beata poterat ab ea claritas erumpere: sed quia pars inferior anime non erat beata que est propinquior exteriori homini nec fiebat redundātia a superioribus viribus ad inferiores quo ad statum beatitudinis: ideo ista claritas habuit solum deū pro causa actuali: sed gloriam anime ꝓ aptitudinali vel ꝓ actuali ad horam illam sꝫ gloriatur vultus moysi neutro modo: quia gloria in anima non precesserat. nondum enim viderat vel si viderat: non videbat tamen quando populo apparebat facies cornuta. ¶ Tertia patet: qꝛ fuit per modum passionis transeuntis non habitꝰ manentis: et sic ista gloria corporis fuit in trāsitu sicut gloria anime pauli et moysi in raptu.

Alia opi.

2. articulꝰ

¶ Quātum ad secundum videtur ꝙ visio illa non fuerit beatifica nec intellectualis pure sed ymaginaria.

De gādā ql.8.q.B.

¶ Unde ꝙ dicitur visi in maiestate non intelligitur de cognitione matutina in verbo quā non habuerunt sed de reuelatiōe ymaginaria ⁊ sic fuit intellectiua mediāte fantasmate: sed vtrū ipa fantasmata essent intellecta ⁊ reputant aliqui difficile dantes talē modū quo intellectus noster intelligit fantasmata quia facta abstractione per intellectum agentem a fantasmate fantasma vt sic abstractum habet rationem vniuersalis et vocatur vt dicunt vniuersale fantasmatis: sed vtrum tale sit aliud ab vniuersali rei: aut idem cuꝫ eo non exprimunt: ⁊ tūc dicunt ꝙ vniuersale intellectum in fantasmate respicit duplex ꝑticulare scꝫ ꝑticulare rei et hoc proprie per reflexionē non proprie intelligitur. sꝫ est illud ī quo res ꝑticulalit extra ꝑ reflexionem intelligitur: quia etiam nec tale sentitur vel fantasiatur sed est rō fantasiandi rem extra / ita ꝙ proprie non intelligit per reflexionē nisi in sompno in quo intellectus noster vtitur similitudinibus pro rebus: ⁊ tunc etiam non intelligit sub ratione fantasiantis sub ratione rei qꝛ intellectus vtitur eo vt re ꝓ extra. Alij vero dicūt ꝙ dupliciter cōtingit intellectum nostrum intelligere fantasma / vno modo vtēdo eo quodammodo vt quadam effigie in qua res materiales intelligit. et sic homo intelligit fantasiato exꝓmendo in se quandam effigiem in qua intuetur naturā rerum materialium quas per se intelligit: nec tn̄ tūc habet pro principali obiecto fantasma: sed ꝓ medio equaliter cognito ⁊ res materiales pro principali obiecto. ¶ Alio modo intelligit intellectꝰ noster fantasmata considerando quiditatem eius ⁊ naturam sicut quando considerat aīam virtū sensitiuarum interiorum et suorum actuum: ⁊ sic fantasma est principale obiectum in tali cōsideratiōe. Isto igitur vtroqꝫ modo potest fantasma intelligi a nobis. Q̄t aūt opinio prima dicit ꝙ fantasma sit abstractū per intellectum agentē pōt bene et male intelligi: nam ꝙ fantasma exn̄s in Sor. ⁊ Platone in sua natura reali sit vl'e et abstractum et ꝙ a suo subiecto ī quo est realiter separatur: vl' ꝙ fiat vl'e representatiuum sicut species intelligibilis est impossibile: sed si intelligatur fantasma ꝑ intellectū agentē quodā modo fieri vniuersale non formaliter sed effectiue inquātum scilicet cōiunctum intellectui agenti efficitur potens mouere intellectū possibilē ad speciem representantem rem vniuersaliter: sic est possibile fantasma eē abstractum siue vniuersale: ⁊ ista abstractio magis consueuit dici abstractio a fantasiante q̄ꝫ abstractio fantasiantis: vniuersale autem intellectū qd̄ est vniuersale per ꝑdicationē ⁊ vniuersale per representationē sicut est species intelligibilis hn̄ respiciūt et particulare rē et speciem particularem fantasmatis: ⁊ sic diuersimode. ¶ Si de hoc ꝙ auctor dicte opiniōis dicit ꝙ intellectus non intelligit particulare fantasma etiam per reflexionem nisi in somno multum miror: cum ipse in q̄stione. xi. vi. ꝙ licet neget omnem cognitionem intellectualem in sompno.

3ꝰ articulꝰ ¶ Quantum ad tertium supposito ꝙ fuit cognitio intellectiua vel magis proprie visio est difficultas. qꝛ ille qui itelligit plura et differētia vt sunt differentia intelligit plura vt plura sic autē intelligebantur Moyses ⁊ Helyas. s. vt differētes homines hoc est contra philosophum q̄ dicit ꝙ contingit scire plura intelligere aūt vnum solum. ¶ Item contra rationem quia intelligere plura vt plura dupliciter potest intelligi vno modo ex parte intellectꝰ ita ꝙ ista pluralitas ponat ex parte intellectus. Et sic intelligere plura vt plura est intelligere: vel pluribus actibus vel pluribus medijs. Et hoc fieri est impossibile naturaliter propter hoc ꝙ omnes actus intelligendi qui habent esse in intellectu creato naturaliter sunt eiusdem generis qui nō possunt se simul compati circa eūdem intellectum: supernaturaliter tamen potest hoc esse: vt patet in beatis in quibus est visio beata qua vident verbum ⁊ res in verbo. Et alia cognitio qua vident res in ꝓprio genere quā oportet simul stare cum beata visione.

¶ Alio modo potest intelligi ꝙ intellectus creatus intelligat plura vt plura ex parte rerum intellectarū / vt sit sensus ꝙ intelligat res cū suis modis plurificantibus ipsas et prout plurificantur per plures modos: vt si aliquis intelligat plures personas totius in suis modis quibus distinguitur. Et isto dico mō ꝙ itelligere plura ꝯtingit dupliciter. Uno modo ꝙ illa plura vt plura ita intelligantur perfecte et distincte sicut sunt in rex natura. Et sic itelligere plura vt plura nō conuenit intellectui creato sed solum intellectui illimitato qualis non est intellectus creatus vel saltē habenti medium illimitatum quo intelligat ꝙ similiter intellectui creato naturaliter non conuenit sed supernaturaliter in cognitione matutina.

¶ Alio modo potest intelligi ꝙ intellectus creatus intelligat plura vt plura ex parte rei intellecte: ita scilicet ꝙ bene intelligat pluralitatem eorum et naturas ea plurificātes et offerantur sibi vt plura adinuicem distincta: non tamen ita perfecte et distincte intelligat sicut si vnūquodqꝫ per se consideraret et illo modo potest: ita tamen ꝙ vnum intelligat vt principale obiectum. Plura autem vt secūdaria obiecta. Ratio primi scilicet ꝙ oporteat ipsum habere vnum vt pr̄icipale obiectum est illa: quia in omni actu intelligendi oportet aliquid perfecte et complete esse intellectum secundum ꝙ potest competere creature: sed vt iam dictum est impossibile est plura vt plura esse complete et perfecte intellecta: ita bene sicut vnū intelligere sine alio per se et distincte ab intellectu creato. ergo oportet ꝙ in omni actu intelligēdi sit vnum re et ratione intellectum primo et principaliter.

¶ Ratio secundi est illa scilicet ꝙ intellectus possit plura vt plura intelligere ex parte rei intellecte: vt secūdaria obiecta: quia impossibile est ꝙ intellectus creatus intelligat differentia absqꝫ hoc quin aliquo modo intelligat diuersitatem eorum et diuersas naturas eorum: quia ex hoc differunt ꝙ habent naturas diuersas: sed vt obijciebatur intellectus creatus intelligit differentia et vt differentia ratio potest intelligere plura vt plura predicto modo. alias non posset cognoscere vl' ponere differentiam inter aliqua duo. Et ideo qui intelligit plura vt plura non oportet ꝙ intelligat ea vt principalia obiecta sed vt secundaria. Quando autem intelligit plura differentia habet vnum pro principali obiecto scilicet ipsā differentiam ipsorum ꝙ est quid vnum saltem ratione: et secundaria obiecta scilicet eorum naturam intelligit plura vt plura: licet non ita perfecte sicut si intelligeret vnumquodqꝫ per se.

¶ Ad primum dicendum ꝙ isti plures videbantur supernaturaliter.

¶ Ad secundum dicendum ꝙ non oportet semper intelligere plura vt plura sicut diuersis actibus intelligendi quia eodem actu et secūdum intellectum et secundum sensum possunt plura intelligi et sentiri: licet ille actus nō eque respiciat vnum sicut alterum: sicut eodem actu videndi videtur albedo ⁊ quantitas licet proprius respiciat albedinem. ergo non oportet ad hoc ꝙ aliquis intelligat plura vt plura saltem secundaria ꝙ ea intelligat pluribus actibus intelligendi.

¶ Sed contra primam conclusionem est quia in

quolibet angelo motore simul sunt illi tres actus
q̃rũ p̃mo intelligit se: scd̃o motũ: tertio aliq̃d aliud
ẽt diuersa media scꝫ essentia et due species: in ce-
teris vero angelis duo actꝰ ⁊ duo media de alijs.
Et per idẽ contra secundã ꝯclõnẽ: q2 illa duo vel
tria nõ minus perfecte intelligunt q̃ꝫ per hoc ꝙ si
mul intelligũt. ¶ Contra secundã aũt et tertiam
conclusionẽ et cõtra exemplũ de visu est: q2 visus
simul videt album iuxta nigrum eq̃ principaliter
Ad rõnes pñcipales — et perfectius q̃ꝫ si videret per se quodlibet.
¶ Ad argumenta pricipalia. ad primum dicendũ
ꝙ claritas gloriosa cum sit eiusdẽ speciei cũ natu-
rale potest videri ab oculo nõ glorificato: et habet
ꝓportionẽ cũ ipo nisi sit supexcedẽs adeo ꝙ cor-
rũpat cõplexionẽ oculi: ad hoc aũt potuit xp̃s pre-
seruare oculos discipulorum vel temperãdo clarita-
tem virtute diuina vel cõfortando organum.
Ad scd̃m. — ¶ Ad secũdũ dicendũ ꝙ claritas gloriosa potest
esse in quocunq3 corpore: deus voluit eam infun-
dere. fuit autẽ in transfiguratione rationabiliter
in tribus. s. corpe xp̃i in vestimentis ⁊ in nube illa
que fuit in corpe xp̃i representabat claritatẽ cor-
poris eius. ¶ Post resurrectionẽ claritas aũt ve
stimentorum designabat futurã claritatẽ sctõrum q̃ su-
perabit a claritate xp̃i sicut candor niuis superat
a claritate solis / claritas vero nubis lucide signa-
bat claritatẽ futurã in mundo innouato q̃ erit qua
si sanctorum tabernaculum. Unde Petro dispo-
nente tria tabernacula fieri nubes lucida discipu-
los obumbrauit.

¶ Distinctio. 17. ¶ Questio. I.

Circa decimã septimã distin-
ctionẽ q̃runt duo. Primo de
cõformitate volũtatũ in xp̃o
Primum — Scd̃o de orõne xp̃i. ¶ Prĩo
ergo q̃rit vtrũ volũtas hũa-
na in xp̃o semp fuit cõformis
volũtati diuine: ⁊ videt ꝙ sic:
q2 voluntas beatorum in oĩbus
cõformat voluntati diuine:
sed xp̃s sm aĩam semp fuit beatꝰ: ergo voluntas
eius humana sp fuit conformis voluntati diuine
Secundũ — ¶ Itẽ bonitas voluntatis consistit in cõformi-
tate ad voluntatẽ diuinã sicut ad suã regulam: vt
dicit glosa sup illd Psal. Rectos decet collauda-
tio: sed omnis volũtas xp̃i fuit bona. ergo. ⁊c.
Tertium — ¶ Itẽ in persona xp̃i dr̃ in Psal. Ut faciã volun
tatem tuam deus meus volui. Et sic idẽ qd̃ prius
In opposi tum. — ¶ In oppositũ est qd̃ dicit Augustinꝰ contra ma
ximianũ in hoc ꝙ ait nõ sicut ego sꝫ sicut tu: aliud
ostendit se voluisse q̃ꝫ pater qd̃ nisi humano cor-
pore non posset. ex quo patet ꝙ voluntas humana
Respõsio — in xp̃o aliud volebat q̃ꝫ diuina. ¶ Responsio. tria
videnda sunt. Primo ꝙ in xp̃o preter voluntatẽ
diuinã fuit voluntas humana q̃ est voluntas ꝑ es-
1ꝰ articulꝰ Durãdus di presenti. q. 1. — sentiã q2 ꝑ se et directe est in rõne. Scd̃o ꝙ in eo fu
it voluntas humana ꝑ participationẽ. s. sensitiua
que nata est obedire rationi. Tertio de conformi-
tate vtriusq3 ad diuinam. De voluntate intellecti-
ua ꝙ fuerit in christo creata: probant aliqui tripli-
citer. Primo sic. voluntas correspõdet itellectui /
sed in xp̃o preter intellectũ diuinũ est aliquis intel
lectus humanus: ergo in ipo preter voluntatẽ di-
uinam est aliqua voluntas humana. Maior patꝫ:
q2 in oĩ natura cõcomitant se iseparabiliter volũ
tas ⁊ intellectus ꝓprie dicta. Minor similiter patꝫ

quia scientia est perfectio intellectus: sed in xp̃o
preter scientiã diuinã fuit aliqua scientia huma-
na vt patet supra. ergo in xp̃o preter intellectum
diuinũ fuit intellectus humanꝰ: ⁊ hec fuit minor
¶ Secundo sic voluntas dei non potest mereri
nec demereri nec sibi nec alicui alioq̃n deꝰ secũdũ
diuinitatem acceptus posset mereri: sed xp̃s me-
ruit sibi et nobis vt patebit infra: ergo in christo
preter voluntatem diuinã fuit alia voluntas per
quã potuit mereri: sed sine voluntate propria di-
cta non est meritum. ergo. ⁊c. ¶ Tertio sic que se
quũtur naturã plurificant in xp̃o vt vult Dam.
lib. iij. Sed appetitus sequitur naturã. ergo sicut
in christo sunt plures nature: ita plures appetitꝰ
sed appetitus humane nature q̃tinus rõnalis di-
citur voluntas: ergo preter appetitũ vel volunta
tem diuinã in xp̃o: est appetitus rõnalis seu volũ-
tas. hmõi aũt ꝯtra rõnẽ diuidit ĩ volũtatẽ vt ẽ na
tura ⁊ vt est ratio nõ tanq̃ꝫ in duas potentias sed
sortit hec duo noĩa sm duos modos q̃bus põt fer
ri in suũ obiectũ qñ eñ voluntas fertur in aliq̃d
sm ꝙ est conueniens vel nociuum nature sm se sic
vocatur voluntas vt natura: quando autem fert
in aliquã bonitatẽ vel maliciã quã habet in ordi-
ne ad finẽ sic vocatur voluntas vt ratio q2 sequit
deliberationẽ rõnis: q2 cũ eiusdẽ potentie sit ferri
in aliquid sm se et in ordine ad finem / ideo eadem
est potentia voluntatis q̃ fertur his duobꝰ modis
in suũ obiectũ. ¶ Hec etiã voluntas hũana diui-
ditur in naturalem ⁊ rationis q̃ ẽ deliberatiua vt
dicatur naturalis q̃ sequitur apprehẽsionẽ sindere
sis vel legis naturalis circa prima pñcipia agibi-
liũ sed voluntas vt voluntas siue voluntas rõnis
siue deliberatiua que sequit rationẽ de his q̃ sunt
ad finem consiliantẽ: put aũt voluntas naturalis
dicitur q̃ a natura corrupta subito trahitur ab in-
feriori in quibus deliberatio nõ precedit in quo ẽ
pctm̃ veniale. s. sine consilio appetere qd̃ nõ nisi cũ
ꝯsilio ẽ appetẽdũ aut qd̃ recto cõsilio est fugiendũ
nõ fuit in christo talis qd̃ est pctm̃ ¶ Sꝫ hoc vide
tur dubium adhuc de naturali proprie dicta: quia
si in christo non fuit aliquis motus sensualitatis
nisi sequens deliberationem ratiõis: pari ratione
nec in voluntate: ⁊ sic nulla voluntas nec delibera
tiua fuit in christo. Et dicendũ ꝙ nõ est simile / q2
non ita immediate ad actum intellectus sequitur
actus appetitus sensitiui sicut intellectui. vnde q2
omnem actum intellectus practicum sequitur vo
litio et apprehensio beatitudinis: vel boni in com
muni aut vite et hmõi sunt sine deliberatiõe: ideo
potest sequi statim actus voluntatis. non sic autẽ
est de appetitu sensitiuo vt dicetur in vltimo arti
culo. ¶ Quantum ad scd̃m de voluntate que nõ — 2ꝰ articlꝰ
est voluntas per essentiam: sed solũ per ꝑticipatio-
nem ꝙ fuit in christo: ꝓbant p̃mi tripliciter. Prĩo
accipiendo illud qd̃ dictum fuit pꝰus. s. ꝙ passiões — Durãdus vbi supra.
appetitus sensitiui in christo regebantur per ra-
tionẽ ⁊ ei subijciebantur et obediebant. Appetitꝰ
aũt sensitiuus vt obediens rationi voluntas dici-
tur per participationem. Quo supposito arguit
sic. sicut intellectũ seq̃t voluntas proprie dicta: sic
sensum sequitur appetitus sensitiuus q̃ vt obedi-
ens rõni dicitur volũtas per ꝑticipationẽ: sꝫ sicut
ĩ xp̃o fuit verꝰ itellectꝰ: sic ĩ ipso fuerũt vẽ ꝑfecte
vires sẽsitie. & sicut ĩ xp̃o fuit volũtas ꝓpe ita ⁊ vo
lũtas ꝑ ꝑticipatiões. Scd̃o sic ĩ xp̃o fuit ꝓꝰ dolor

sensibilis vt patuit pꝰus / sed dolor sensibilis ẽ pas
sio appetitꝰ sensitiui / ergo in xp̃o fuit appetitꝰ sen
sitiuus / cõstat autẽ ꝙ in xp̃o nõ minꝰ obediebat ap
petitus sensitiuꝰ rationi q̃ꝫ in nobis: in nobis aũt
dicit propter hoc volũtas ꝑ participationẽ ergo
et in ipo. ¶ Tertio sic: xp̃s assumpsit naturã ꝑfe-
ctã oĩ perfectione nature debita: sed sicut de ꝑfe-
ctione hois inq̃tũ hõ sunt intellectus ⁊ volũtas
ꝓprie dicta: ita de ꝑfectione eius inq̃tũ est aĩal ẽ
sensus. et appetitus sensitiuus qui est volũtas per
ꝑticipationẽ / ergo omnia hec fuerunt in christo.
Arguit doctor cõtra dicta. — ¶ Sed cõtra modũ arguẽdi in vtroq3 articulo ẽ
ꝙ essentialius ꝯseq̃t naturã substantialẽ subsiste-
re et naturã corruptam culpa ⁊ ignorãtia q̃ꝫ velle
sensitiuũ vel intellectiuũ q̃ non insunt ante vsũ li-
beri arbitrij: sed illa nõ fuerunt in xp̃o / ergo falsa
est ꝓpositio qua assumit ꝙ oĩa q̃ cõsequũtur natu
rã naturalit multiplicant in xp̃o nisi addat ꝑtine
re ad iperfectionẽ propter culpã ⁊ ignorãtiã ⁊ nõ
repugnantiã ad vnionẽ ꝓpt duplex subsistere: tũc
eñ maior est vera ⁊ minor / similr q2 velle naturale
deliberatiuum et sensitiuum est hmõi. ergo. ⁊c.
3ꝰ articulꝰ — ¶ Quantũ ad tertiũ de cõformitate volũtatis ẽ
triplex modus dicendi: q2 in cõclusionibꝰ oẽs cõ-
cordãt / quidã dicunt ꝙ in xp̃o voluntates iste ali
ter se habuerũt q̃ꝫ in beatis ad cõformitatẽ in vo
1ꝰ modus. — lito / q2 ĩ btĩs mõ ⁊ post resurrectiões ꝯcordãt oẽs
volũtates ĩ volito cũ volũtate diuina / sꝫ ĩ xp̃o ap
petitus sensitiuꝰ nõ cõcordabat cũ voluntate di-
uina in volito: nec cũ volũtate deliberatiua / ⁊ rõ
est q2 in presenti vita deꝰ voluit euenire tristitiã
sensitiue ꝑti / iõ discordant in volito q2 appetitus
nihil appetit nisi vt bonũ vel fugit nisi vt malum
nec possibile est ꝙ sensus iudicet aliquid delecta
bile et appetitus nõ appetat / ideo est difformitas
q2 deꝰ vult in sensu esse tristitiã durãte ista vita / sꝫ
talia nõ põt appetitꝰ sensitiuus velle. iõ. ⁊c. sed in
btĩs deus nunq̃ꝫ vult aliq̃d triste scd̃m sensum vel
intellectũ. ideo erit cõformitas volũtatũ cũ diui
na. Sed de voluntate vt natura ⁊ vt deliberatiua
est dicendũ ꝙ in xp̃o habuerunt difformitatẽ ĩ vo
lito scd̃m q̃d nõ simplr: q2 voluntas vt natura est ĩ
aliq̃d sꝫ se sed vt deliberatiua dicit vt vult aliq̃d
in ordie ad aliud sicut delectabile est bonum: tunc
igitur dicendũ ꝙ in christo habuerũt difformita-
tẽ scd̃m q̃d / q2 volũtas vt natura horrebat mortẽ
sed deliberatiua dicebat ꝙ vellet mori pro salute
humana / voluntas naturalis volebat non mori si
aliquid aliud non accideret non attẽdens ꝙ ali-
quid aliud accideret. Utrũ aũt in xp̃o fuit cõtra-
rietas volũtatũ dicunt ꝙ differũt in nobis ⁊ ĩ xp̃o
cõuenimus eñ cũ xp̃o in hoc ꝙ sensualitas nostra
vult ꝙ nõ vult rõ / sic bene fuit in christo: sed in hoc
differentia est ꝙ in xp̃o nullꝰ appetitꝰ mouet ĩ ob
iecta sua nisi scd̃m rõnis iperiũ q2 xp̃s sic ordina-
bat suum appetitũ ad tristitiã vel gaudium scd̃m
regulã rõnis non sic in nobis est / Alia differentia
est q2 in xp̃o non insurgebat passio q̃ deordinaret
rõnẽ vel impediret nõ sic aũt est in nobis. Ex hoc
patet ꝙ in xp̃o non fuit contrarietas volũtatũ q2
contrarietatẽ voluntatũ facit difformitas ĩ voli-
to solũ qñ est resistentia in vno respectu alterꝰ q2
si vellẽ calidum ⁊ tu frigidum nõ est cõtrarietas
in voluntate: sed si volente te hr̃e calidum ⁊ tu vel
les frigidũ esset cõtrarietas / ex hoc patet ꝙ inter
appetitum christi sensitiuũ ⁊ volũtatẽ non fuit cõ

trarietas q2 in christo vnus appetitus non resiste
bat alteri nec alterũ impediebat vt dictũ est idcir
co nõ fuit ibi cõtrarietas nec inter voluntatẽ vt
natura ⁊ vt deliberatiua fuit cõtrarietas: q2 appe
tere aliquid sm q̃d et ex suppositione / ⁊ appetere
oppositũ simplr nõ cõtrariat simplr sed sic erat in
christo q2 voluntas vt natura est volebat nõ mori
volũtas vt deliberatiua est sꝫ q̃d ⁊ ex suppositiõe
volebat mori ꝑ salute hois. iõ. ⁊c. ¶ Aliꝰ modus — 2ꝰ modꝰ q̃ ẽ durã. vbi supra.
dicendi est ꝙ voluntas nr̃a põt conformari diui-
ne dupliciter quo ad presẽs: vno modo qñ vult il
lud qd̃ vult deus eã velle q̃ vocatur a quibusdam
cõformitas sm genus cause efficientis. Alio mo
do qñ vult illud qd̃ deus vult ita ꝙ sit idẽ obiectũ
voluntatis humane ⁊ diuine q̃ vocat cõformitas
sm genꝰ cause materiales accipiẽdo materiã ꝓ
obiecto loquendo de prima cõformitate. sic oĩs
voluntas in xp̃o fuit conformis volũtati diuine.
Qd̃ patet p̃mo de voluntate naturali ⁊ volunta-
te ꝑ participationẽ / q2 naturalis inclinatio cuius
libet rei est a voluntate diuina dante rem ⁊ incli-
nationẽ rei. Dico aũt naturalis q2 libera iclinatio
non est semp a dante rẽ eo ꝙ res indifferens est ex
natura sua ad talẽ inclinationẽ vel oppositam sꝫ
naturalis inclinatio ad quã res est de natura sua
determinata est a dante naturã. Inclinatio autẽ
voluntatis vt natura ⁊ iclinatio volũtatis dicte
per participationẽ hoc est appetitꝰ sensitiui est na
turalis ergo est a voluntate diuina dante naturã
ita q̃lꝫ harum volũtatũ vult idẽ ꝙ deꝰ vult eã velle.
De volũtate aũt sequẽte deliberatiões patꝫ ꝙ fu
it eodẽ mõ ꝯformis volũtati diue: q2 volũtas diui
na ꝯñs q̃ est simplr volũtas sp iplet vt dictũ fuit ĩ
p̃mo lib. & q̃cq̃d deꝰ voluit tali volũtate xp̃m vel
le xp̃s voluit ⁊ nõ solũ xp̃s sed q̃cũq3 aliꝰ volũtas
aũt añcedẽs inotescit nobis ꝑ p̃cepta ꝓhibitiões
et ꝯsilia ⁊ huic voluntati q̃to voluntas hũna ma
gis ꝯformat tanto melior efficit sꝫ voluntas de-
liberatiua xp̃i fuit optima ergo fuit volũtati an-
tecedẽti maxime cõformis. ¶ Si aũt loquamur
de cõformitate que attendit ĩ m obiectũ volitum
sic volũtas naturalis ⁊ volũtas ꝑ participationẽ
nõ ꝯformabant in xp̃o volũtati diuine: q2 sicut dĩ
ctũ fuit priꝰ / in xp̃o ꝑmittebat cuilibet parti age-
re et pati quod erat sibi proprium: sed ꝓprium est
volũtatis naturalis refugere ea que sunt nociua
nature. proprium autẽ appetitus sensitiui est re-
fugere ea que sunt nociua sensui. ⁊ ideo vtraq3 vo
luntas in christo fugiebat mortem ⁊ dolorẽ pas-
sionis: que tamen a deo erant volita propter salu
tem humani generis. Uoluntas autẽ deliberati-
ua conformis erat volũtati diuine: alioq̃n passio
christi non fuisset sibi nec nobis meritoria nisi ac-
cepta fuisset a voluntate deliberatiua cuiꝰ est me-
reri ⁊ demereri. ¶ Tertiꝰ modꝰ dicendi est ꝙ oĩs — 3ꝰ modꝰ q̃ ẽ doctoris
voluntas xp̃i humana semp cõformat deo in ge-
nere cause efficientis: q2 nunq̃ꝫ naturali ⁊ sensiti
ua voluit nisi qd̃ deꝰ voluit eũ velle: sicut q̃ue mo
uet a generãte sed licet volũtate naturali. silr cõ-
formemur deo ꝓprie dicta: nõ tñ volũtate natura
li / id est subita: q2 sepe volumus voluntate subita
ex malo habitu vel subreptione. nec similiter vo
luntate sensitiua naturali a natura corrupta que
est veniale in primis motibus / hõ nõ conforma-
tur deo: q2 deꝰ non vult aliquem peccare: licet ve-
lit illos motus inq̃tum sunt pena: sed nichil tale

fuit in xp̄o. Sed loquēdo de voluntate naturali in volito: sic nō oīs volūtas xp̄i hoīs fuit conformis volūtati diuīe nisi solū deliberatiua: naturalis aūt ⁊ sensitiua in q̄busdā volebāt oppositū volūtatis diuine ⁊ deliberatiue sicut in nō moriēdo ¶ Sʒ ꝯtra hoc ē ꝙ in xp̄o nō fuit aliqs motꝰ sensualitatꝭ q̄ nō seq̄ret iudiciū rōnis: et dico seq̄ret obediēdo, nō rebellādo. ergo si volūtas rōnis sp ꝯformabat ī volito / ꝑ ꝯsequēs sensualitas seq̄ns eā. Et dicendū ꝙ si in nobis nullꝰ motꝰ sensualitatis sequat actū simplicē itellectꝰ sed solū deliberatiue / cū in xp̄o ꝓpter maiorē obedientiā carnis ad spm̄ oēm volitionē de bono sensibili mox seq̄bat desideriū sensitiuū. et sic cū in nobis sit motꝰ in appetitu sensitiuo ante volitionem / in xp̄o non erat: ꝓpter qd̄ dicit sensualitas nunq̄ ꝓuenisse in eo iudiciū rōnis large dicte q̄ includit itellectum nō cōsiliantē. Vel pōt dici scd̄o ꝙ etiam in nobis sensualitas pōt seq̄ volitionē subitā etiā vt est peccatū veniale: ⁊ pōt etiā ꝓuenire ꝑ pctm̄ veniale. in xp̄o aūt non sic poterat ꝓuenire iudiciū rōnis qd̄ esset veniale. ¶ Vel pōt dici tertio ꝙ dato ꝙ oīs motꝰ sensualitatis seq̄ret sēp deliberationē rōnis cū ratio deliberatiua nolebat / sensualitas potuit aliqua velle q̄ ipsa rō ꝓpter aliquē finē reputaret simpliciter refutāda: q2 nō oīa q̄ sensualitas vult naturalit' sunt mala de se. vult em̄ fornicari ⁊ hoc malū est de se: nec vnq̄ rō recta vult sensualitatē illud velle: imo sibi displicet / ⁊ q̄tū pōt illū motū ꝓhibet ⁊ cohibet vult autē comedere ⁊ bibere: et viuere ⁊ hoc nō ē malū de se: sʒ ē malū ꝓpt' aliquē finem ꝑ hoc īpeditū. vult ergo voluntas deliberatiua hoc sensualitatē velle absolute: sed non vult ꝙ immoderate vel contra legem dei. vnde fames sitis / ⁊ talia fuerunt in christo in voluntate deliberatiua. mortem autē nolebat absolute: nec sensualitatē velle nolebat: sed tantum ꝓpter deū volebat cum sm̄ rationem. vnde non est semper concupiscere contra spiritum velle oppositū. sed q̄n vult illud quod spiritus nō vult eum velle vel nō debet velle

Ad rōnes aū oppōm

¶ Ad argumēta principalia.

Ad primū

Ad primum dicendum ꝙ in beatis qui sunt comprehensores nichil occurrit quod sit contrarium nature vel lesiuū sensus: ⁊ ideo in eis sensualitas vel voluntas non discordat a voluntate diuina: sed christus simul fuit beatꝰ ⁊ passibilis scd̄m aliā ⁊ aliā sui partē. Unde multa occurrerunt cōtraria christo ⁊ eius nature ⁊ parti sensitiue: vt mors / flagella / ⁊ huiusmodi que refugiebat sensualitas ⁊ voluntas: vt natura q̄uis acceptaretur a voluntate deliberatiua que semper fuit conformis voluntati diuine.

Ad scd̄m.

¶ Ad secundum dicendum ꝙ omnis voluntas christi fuit conformis voluntati diuine in hoc ꝙ volebat eam deus velle: ⁊ in hac conformitate consistit principaliter bonitas voluntatis humane vt dictum fuit priꝰ in fine primi libri vltra hanc conformitatem voluntas deliberatiua habuit aliam que est scd̄m volitum. Ex quo potest concludi ꝙ voluntas deliberatiua in christo fuit melior q̄ naturalis vel sensualis: sed ex hoc non sequitur ꝙ alie fuerint male. De hac voluntate deliberatiua intelligēdum est illud psal. Ut facerem voluntatem tuam deus meus volui.

¶ Questio secunda.

Primum

SEcundo querit: vtrū conueniēs fuit orare. ¶ Et arguit ꝙ nō: q2 nō decet orādo petere illud qd̄ scit aliqs esse futurū ꝓ certo vel non: sed xp̄s sciebat circa oīa quid esset futurū / vt dictum fuit supra. ergo non decuit vt orando aliq̄d peteret.

Secundū

¶ Item scd̄m Dama. libro. 3. oratio est ascensus mentis in deum: sed mens christi nō indigebat ascendere in deum scd̄m eundem Dam̄. quia semp erat deo coniuncta non solum sm̄ vnionem suppositi: sed etiā scd̄m fruitionem. ergo christo non conueniebat orare.

In oppō

¶ In contrarium est quia in pluribus locis euangelij legitur christum orasse. Et arguitur ratione: quia officium pontificis est fundere preces seu orare. sed christus fuit pontifex vt dicit Hebreor. 2. ergo eius fuit orare.

Respōsio.

¶ Responsio. duo sunt videnda. Primum de oratione christi. Scd̄o q2 oratio est ascensus intellectus in deū: an aīa christi cōiuncta intelligeret vniuersale sue nature relicta.

1. articulꝰ

¶ Quantū ad primum sunt tres conclusiones.

1. cōclusio

¶ Prima / scd̄m q̄d christo cōueniat orare. Scd̄a / scd̄m quid nō cōueniat. Tertio de exauditione orationis. ¶ De primo sciendū ꝙ christo cōuenit orare sm̄ rationem que desideriū volūtatis naturalis ⁊ deliberatiue et sensitiue exponit ⁊ proponit. Est em̄ postulare desideriū sui vel amici ꝓponere: sed ea q̄ volūtas deliberatiua desiderabat ratio simpliciter orādo petebat. q̄ em̄ homo efficaciter et totalit' vult habere si ꝑ se nō pōt habere / a potente petit: sed illa que voluntas naturalis vel sensitiua appetebat cōtra volūtatē deliberatiuā illa nō simpliciter petebat: sed sicut homo ab amico rogatꝰ rogat ꝓtestans quod intendit rogare vt fiat si sit iustū: sed vt ostendat se amicum illius: magis tamen iusticie: ⁊ sic ꝓponit illius desiderium. et sic ratio christi pro calice auferendo petebat siue orabat.

2. cōclusio

¶ Circa secundum sciendum ꝙ christo non cōueniebat orare scd̄m deitatē: q2 sic subest ei sm̄ volūtatē et posse. Scd̄o q2 nec sm̄ partem sensitiuā q̄ obiectū orādi scʒ deū nō apprehendit. Tertio q2 nec scd̄m itellectū naturalem: q2 orationē ꝓcedit collatio ꝙ ꝑ se non pōt ⁊ ꝙ ille pōt hoc dare: ⁊ postea postulatur.

3. cōclusio

¶ De tertio ꝙ omnis oratio christi simpliciter dicta fuit exaudita et omne qd̄ voluit exaudiri: non autem qd̄ ꝓ sensualitate petiuit: quia nec exaudiri in hoc voluit: immo dixit non mea voluntas sed tua fiat. Unde semper eo modo quo orauit exauditus fuit.

2. articulꝰ

¶ De secundo idē est de anima christi et de quacunq̄ anima humana alia. sunt ergo de hoc ad p̄sens due opiniones.

De gād. q̄li. 7. q. 15

¶ Quidam enim augentes difficultatem arguunt ꝙ anima coniuncta non intelligat vniuersale: quia operatio coniuncti non est separata eo ꝙ operatio non est magis separata q̄ substantia sit cuius est operatio: alioquin operatio esset nobilior q̄ substantia cuius est: sed intelligere anime est operatio totius coniuncti: quia anima non intelligit nisi quia totum coniunctum quod est homo per ipsam intelligit. ergo intelligere anime coniuncte non est operatio separata: sed vniuersale est separatum et a materia et a conditionibꝰ materie que sunt hic ⁊ nunc. ergo vniuersale nō est cōueniēs obiectū opatiōis intelligēdi aīe ꝯiūcte: nec ꝑ ꝯn̄s ab ea vt videt pōt in-

telligi. ¶ In contrarium dicūt ꝙ sic philosophꝰ 3. de aīa. Ipsi respōdēt ad hāc difficultatem dicētes ꝙ ꝑ se obiectum intellectiue virtutis siue fuerit aīa separata si fuit cōiuncta est vniuersale: ita ꝙ etiam nulla virtꝰ itellectiua pōt intelligere particulare nisi sub rōne vniuersalis: quō autem hoc possit aīa coniuncta ostendunt sic: q2 aīa rationalis existēs in corpore licet sm̄ ꝙ est forma substātialis hominis sit actꝰ ⁊ ꝑfectio materie scd̄m ꝙ materia est subiectum: est tn̄ q̄tum ad hoc imaterialis ꝙ nō habet materiā partē sui / ⁊ potētia eiꝰ intelectiua siue dēt in sola essentia eiꝰ: ita ꝙ talis potentia non fluit ab anima in materiā vt actꝰ et ꝑfectio eiꝰ: nec scd̄m ꝙ materia est substantia: nec scd̄m ꝙ est organizata ⁊ dimēsionata: ⁊ ideo potētia eiꝰ itellectiua est simplr' absoluta a materia: et ꝓpter talē imaterialitatē ⁊ abstractionē potentie sue cōpetit ei hr̄e opationē: scʒ itelligere vniuersale siue sit in corpe siue extra corpꝰ. Qn̄ ergo dicit ꝙ operatio separata pōt nequaq̄ esse cōiuncti: distinguūt de modis q̄bꝰ aliqua opatio dicit eē alicuius dicentes ꝙ aliqua opatio pōt dici alicuius esse vel vt suppositi agētis: ⁊ sic itelligere est operatio ipsiꝰ hoīs vel vt ꝓncipij remoti quo agens agit: ⁊ sic est aīe itellectiue. vel vt ꝓncipij ꝓpinq̄: et sic est potētie itellectiue. ¶ De modis q̄bus dr aliq̄d separatū a materia ⁊ q̄tū ad ꝓpositū sufficit ponūt q̄ttuor modos. ¶ Primꝰ ē sm̄ ꝙ nō hʒ materiā partē sui licet sit ꝑfectio materie sm̄ ꝙ ē organizata ⁊ dimensionata pōt dici aliq̄ mō imateriale ⁊ separatū. ¶ Secūdꝰ modꝰ ē sm̄ ꝙ illud qd̄ silr' nō hʒ materiā partē sui / nec est ꝑfectio materie sm̄ ꝙ organizata ⁊ dimēsionata licet sit ꝑfectio eiꝰ sm̄ ꝙ est substātia dicit imateriale ⁊ separatū: ⁊ sic aīa rationalis sm̄ suā essentiā dicit imaterialis ⁊ separata. ¶ Tertiꝰ modꝰ est sm̄ ꝙ illd̄ qd̄ nō hʒ materiā partē sui: nec ꝑficit materiā vt est dimēsionata: nec etiā sm̄ ꝙ ē substātia: nec aliquo modo ē actꝰ ⁊ ꝑfectio materie: licet sit eiꝰ sm̄ qd̄ est actꝰ materie vt est substātia: ⁊ sic potētia itellectiua dicit imaterialis ⁊ separata: ⁊ est q̄tuʒ ad hoc aliquo modo abstractior q̄ aīa. ¶ Quartus modꝰ est sm̄ ꝙ illud qd̄ nec hʒ materiā partē sui: nec est in eo qd̄ est actꝰ materie dr imateriale ⁊ separatū: ⁊ sic angelꝰ est separatꝰ a materia. Qn̄ ergo dicit ꝙ opatio separata nō pōt esse cōiuncti dicunt ꝙ scd̄m ꝙ operatio dicitur esse coniuncti vt suppositi agētis: bene opatio separata siue abstracta pōt esse cōiuncti / vocādo etiā ꝯiunctū qd̄ habet materiā partē sui: q2 actio non ꝓportionat agēti ratione sui sed ratione ꝓncipij actiui cui habet directe actio ꝓportionari. si vō cōparet actio separata ad illud cuiꝰ est vt ꝓncipij remoti: licʒ talis actio nō pōt esse vt ꝓncipij cōiuncti qd̄ hʒ materiā partē sui vt illiꝰ qd̄ est ꝑfectio materie vt est dimēsionata: bene tn̄ pōt esse illiꝰ vt ꝓncipij remoti qd̄ est ꝑfectio materie sm̄ ꝙ est substātia. vt ꝓncipij vō ꝓpiqui nō pōt esse talis opatio nisi eiꝰ qd̄ nullo mō est actꝰ ⁊ ꝑfectio materie / ⁊ talis ē potētia intellectiua licet sit in eo qd̄ est actꝰ ⁊ ꝑfectio materie sm̄ ꝙ materia est substātia: ⁊ sic itelligere est opatio separata vt principij ꝓpinq̄ separati a materia: sic mīq̄ separati ꝙ nullo modo est actꝰ ⁊ perfectio materie sm̄ ꝙ hm̄oi. et hoc sufficit ad hoc ꝙ opatio possit esse separata ⁊ hr̄e obiectum separatū sicut est vniuersale nō obstāte ꝙ tale ꝓn-

T

cipiū sit in aīa qd̄ est ꝑfectio materie sm̄ ꝙ est substātia. nec ex hoc sequit ꝙ potētia intellectiua vel opatio eiꝰ sit substātia aīe: q2 ex nobilitate aīe est ꝙ possit ī ea fundari talis potētia.

Alia opīo

¶ Alia ē opīo dicēs simplr' ꝙ aīa ꝯiūcta xp̄i vl' alia pōt itelligere vniuersale: q2 rō q̄re aliqua potētia cognitiua possit cognoscere vniuersale est: q2 potētia ꝓ subiecto nō habēte organū materiale dimēsionatū et ideo pōt recipere similitudinē rei sine ꝯditionibus materialibꝰ īdiuiduantibꝰ / siue illa silitudo sit actus cognoscēdi / siue aliud re ab eo. nūc autē potentia itellectiua habet ꝓ subiecto solā animā ita ꝙ nō informat materiā: nec aliqd̄ cōpositū ex materia ⁊ forma nisi rōne partis q̄ est aīa que ꝑ se sola est subiectū potētie itellectiue / et nisi ratione ipsiꝰ actus intelligēdi dicatur cōpositū subiectū eius: qd̄ ideo competit aīe q2 non dependet in suo esse a materia sicut alie forme: ⁊ ideo pōt esse subiectum alicuius accidētis / puta potētie vel operationis alicuꝰ ꝑ seipsā siue materia que anima vt supponitur ad p̄sens nō habet materiā partē sui. ¶ Et sic isti respōdent ad argumentū in oppositum dicentes p̄mo ad maiorē ꝙ operatio ꝯiuncti nō est separata ab ipso ꝯiūcto q̄n sit vel in ipo toto sicut in subiecto ⁊ ratione sui vel in aliqua parte eius ⁊ ꝑ cōsequens in ipso ratiōe partis: cū operatio que est cōiuncti vt suppositi habentis eam ratiōe alicuiꝰ partꝭ sue pōt esse sic separata ꝙ nec materia nec cōpositū ex materia ⁊ forma: nec ꝙ organum corporale sit eiꝰ subiectum: ita ꝙ sit ea informatū: sed sola forma dimēsione carens / ⁊ ꝑ se ⁊ ꝑ accidens: que forma non dependet in suo esse a materia sicut est aīa intellectiua. Ad hoc aūt ꝙ aliqua potētia possit cognoscere vniuersale sufficit ꝙ sit sic sepata a materia ꝙ nec materia / nec cōpositum ex materia et forma / nec aliqd̄ q̄tuʒ ꝑ se vel ꝑ accidēs sit eius subiectū ea iformatū: sed sola forma oī dimēsione carens. et q̄n vltra dicit ꝙ potētia ⁊ opatio essent notiores q̄ substātia / dico ꝙ nō sequit ꝙ sint notiores simpliciter: q2 et si anima informet materiā non tn̄ dependet ab ea: sed potest in suo esse sine materia subsistere. vnde nō depēdet ab alio sicut accidēs a subiecto eiꝰ. potētia aūt intellectiua ⁊ sua operatio licet non dependeant cū suo esse a materia corpali sicut a subiecto: nec sint in ea sicut in subiecto: dependent tn̄ ab anima q̄ est earū subiectū. vnde aīa est simpliciter notior ipsis: sed ille possunt esse notiores aīa sm̄ q̄d ingressū scʒ eā ꝑficiūt i esse scd̄o. ¶ Prima aūt opinio dimittit vnū modū separationis a mā nō minus necessariū q̄ aliquis aliorum quos ponit: qui est ꝙ aliqua forma potest aliquo modo dici imaterialis que sic dat formaliter esse materie ꝙ non dependet in suo esse ab ea: et sic specialiter est anima imaterialis: et hec ē causa quare potest esse subiectum alicuius potentie vel operationis sine materia.

Ad rōnes aū oppōm

¶ Ad argumenta principalia / dicēdū ad primū ꝙ sicut sciuit xp̄s quid esset futurū ita sciuit de q̄busdā ꝙ erant futura mediāte orōne sua. ⁊ ideo nō incōueniēter imo rationabiliter orauit.

Ad scd̄m.

¶ Ad secundū dicendū ꝙ oratio xp̄i non fuit ascēsus ī deū ꝑ nouā ꝯtēplationē cū ab instāti conceptionis sue fuit semp deum contemplatꝰ: fuit tamen nouus ascensus per nouā explicationem voluntatis / ⁊ hoc sufficit ad orōnem. ¶ De dubitatiōe autē quā ponit Ambro. ī xp̄o notādū

m. iij.

ꝙ dubitatio primo ⁊ principaliter figurat motuz
rationis sup vtrãq3 partẽ contradictionis cũ for
midine determinãdi alterã. Scḋo autem transla
tum est nomen dubitationis ad significandũ for=
midinẽ effectus in aggrediẽdo vel sustinẽdo ali=
quod terribile. primo mõ nõ potuit esse dubitatio
in xp̃o: qꝛ talis dubitatio cõtingit ex defectu sciẽ
tie/⁊ ex defectu medij sufficiẽtis concludere alte
ram partẽ. In xp̃o autẽ non fuit aliquis defect⁹
sciẽtie: ergo nec talis dubitatio. Dubitatio autez
scḋo modo sumpta fuit in xp̃o: qꝛ talis dubitatio
ꝓuenit ex infirmitate hoĩs: q̄ videt aliqḋ lesum
iminẽs ⁊ nõ videt facultatẽ euadendi. xp̃s autez
scḋm carnem infirmus fuit/⁊ scḋm sensualitatem
videbat mortẽ sibi iminere nec patere euasionem
ꝓpter qḋ sensualiter trepidabat: ꝗuis in ratione
deliberatiua esset summa securitas: sicut ipse di=
xit. Spirit⁹ quidẽ ꝓ̄ptus est: caro autẽ infirma.

¶ Distinctio. xviij. ¶ Questio prima

Circa decimamoctauã distin=
ctionẽ querunt̃ duo. Primo:
vtrũ illḋ quo xp̃s meruit sc3
liberũ arbitrium sit potentia
vel habitus vel actus. Scḋo
vtrũ xp̃s meruerit p̃mo instã
ti cõceptionis sue. ¶ Quan=
tum ad primũ arguit̃ ꝙ nõ sit
nuda potẽtia: sed poti⁹ aliqs
actus bonus vel plures: quo mediãte vel quibus
habemus dñium alioꝝ actuũ. ¶ Primo sic. Pri
Primum mus act⁹ q̄ est in potestate nostra / est deliberatio
vel cõclusio deliberationis: sed neutrũ est in pote
state nr̃a ꝑ potẽtias nudas. ergo ⁊c. Maior pat3
qꝛ aliter act⁹ penit⁹ indeliberati essent in potesta=
te nr̃a: qḋ videt̃ falsum. Minor ꝓbat̃: qꝛ liberum
arbitrium includit voluntatẽ cui⁹ volũtatis deli
beratio vel cõclusio deliberationis nõ potest esse
actus elicitus: ergo oportet ꝙ sit act⁹ eius ipera=
tus: sed volũtas nõ põt iperare aliquem actũ nisi
mediante aliquo actu elicito: ergo libertas arbi=
trij nõ fundat̃ in nuda potẽtia volũtatis: s3 in ali
quo actu ab ea elicito. et idẽ sequit̃ de intellectu:
qꝛ oẽm actũ voluntatis p̃cedit necessario aliquis
actus itellect⁹. ¶ Scḋo sic. Nulla res habet cau
salitatẽ positiuã actualẽ sup affirmatũ vel nega=
Secundũ tum nisi aliquid agẽdo: sed habere dñium sup exi
re in actũ vel nõ exire/dicit causalitatẽ actualem
sup vtrũq3. ergo cũ ꝑ liberũ arbitriũ habeam⁹ ta=
le dñium/videt̃ ꝙ hoc sit mediãte aliquo actu: et
nõ ꝑ nudã potẽtiã. ¶ Itẽ act⁹ q̄ est in ptãte nr̃a ẽ
Tertium. a nobis actiue: s3 nuda potẽtia itellect⁹ vel volũ=
tat3 nõ põt se hr̃e actiue ad aliquẽ actũ: g̃ ꝑ potẽ
tias nudas nõ habem⁹ in ptãte nr̃a aliquẽ actũ s3
ꝑ liberũ arbitriũ habem⁹ talẽ potestatẽ. quare ⁊c.
¶ In cõtrariũ arguit̃: qꝛ illud p̃ncipiũ cui⁹ act⁹
In oppõ3 eliciti sunt p̃mo in potestate nr̃a est liberu3 arbi=
triũ: sed volũtas est hmõi. g̃ ⁊c. Maior ꝓbat̃: qꝛ
liberũ arbitriũ est p̃ncipiũ oĩm actuũ q̄ sunt in po
testate nr̃a: sed illud qḋ est p̃ncipiũ istoꝝ actuũ q̄
sunt p̃mo in ptãte nr̃a ẽ p̃ncipiũ oĩm alioꝝ actuũ
existẽtiũ i ptãte nr̃a. g̃ ⁊c. Minor ꝓbat̃: qꝛ act⁹ q̄
sunt p̃mo i ptãte nr̃a aut sunt act⁹ itellect⁹ p̃cedẽ=
tes oẽm actũ volũtatis: aut sunt act⁹ a voluntate
eliciti/aut act⁹ a volũtate iperati. Nõ p̃mi: qꝛ illi
sunt pure naturales / ⁊ ad eos se h3 itellect⁹ pure
passiue: nec act⁹ iperati sunt p̃mo i ptãte nr̃a: qꝛ il
li actus q̄ de necessitate sequit̃ ad alios actus nõ
sunt p̃mo in ptãte nr̃a: sed act⁹ a volũtate iperati
sunt hmõi. ergo ⁊c. Maior p3: qꝛ act⁹ q̄ de necessi=
te sequit̃ ad aliũ nõ est ꝑ se in ptãte nr̃a s3 rõne al
teri⁹ ad quã seq̃t̃: ⁊ ita nõ p̃mo. Minor ꝓbat̃ ex. 9
metaphi. vbi dicit ph̃s ꝙ voles ⁊ potẽs necessa=
rio opat̃. ergo relinq̃t̃ ꝙ act⁹ q̄ sunt p̃mo in ptãte
nr̃a sunt act⁹ a volũtate eliciti: ⁊ hec fuit mior p̃n
cipalis rõnis. ¶ Rñsio de li. arbi. aĩe xp̃i idẽ cen= Respõsio,
sẽdũ est q̄ ad essentiã sicut de oĩ li. arbi. hũano cũ
xp̃s sit eiusdẽ speciei cũ ceter3 hoĩb⁹ ꝗtũ ad aĩam
¶ Videnda g̃ sunt tria. Primũ/vtrũ li. arbi. essen
tialiter sit act⁹ vel potẽtia. Scḋo/supposito ꝙ sit
potẽtia nõ actus: an libertas sit in volũtate p̃mo
respectu act⁹ eliciti/vel respectu ipati. Tertio/an
potẽtia pure passiua possit esse libera libertate ar
bitrij. ¶ De p̃mo sunt tres opiões. Pr̃ia dicen
tium ꝙ lib. arbi. nõ ꝯsistit in nudis potẽtijs itelle=
ctus ⁊ volũtatis: sed in aliqb⁹ actib⁹ eoꝝ mediãti
bus q̄bus habem⁹ dñium sup alios act⁹. Ad cui⁹
euidẽtiã p̃mittũt duas distinctiões. ¶ Prima ẽ Pr̃ia opi=
ꝙ aliqd mouet volũtatẽ ⁊ itellectũ ꝗtũ ad deter nio q̄ ẽ her
minationẽ actus: ⁊ aliqd ꝗtũ ad exercitiu3 act⁹: uei. 2. dis.
qḋ sic itelligũt/nõ ꝙ actus determinat⁹ ⁊ ei⁹ exerci 2.4. q. 2.
tiũ sint duo distincta fm rẽ: imo sunt idẽ realiter:
sed illud dr̃ mouere ꝗtũ ad determinationẽ act⁹
qḋ iprimit formã vel motionẽ mobili: sicut ignis
mouet ad calefactionẽ aq̃ iprimẽdo ei calorẽ/⁊ hoc
mõ obiecta mouent dictas potẽtias/sc3 itellectũ
⁊ volũtatẽ. Illud aũt dr̃ mouere ꝗtum ad exerci
tiũ actus qḋ applicat actiuũ passiuo: sic applicãs
ignẽ aq̃ mouet ad exercitiũ calefactionis. Et i ꝓ
posito illud qḋ applicat obiecta potentijs/dr̃ eas
mouere ꝗtũ ad exercitiũ actuũ: ⁊ dicũt̃ p̃mo mo
uere ad determinationẽ act⁹ qꝛ ꝑ determinatã for=
mã agũt determinatã motionẽ ⁊ nõ quãlib3. s3 scḋa
mouẽtia dicũt mouere ad exercitiũ act⁹ tñ ⁊ non
ad determinationẽ: qꝛ ꝗtũ in ipis est pñt applica=
re diuersa actiua passiuis/⁊ sequunt̃ diuerse actio
nes: sicut hõ põt applicare manui ignẽ ad calefa=
ciendũ/vel niuẽ ad infrigendũ. determinatio autez
istarũ actionũ est nõ ex applicatiõe sed ex determi=
natis formis ꝓrioꝝ agẽtiũ applicatoꝝ. ¶ Secũ
da distinctio est de obiectis q̄ mouẽt ad determina
tionẽ act⁹: q̄dã ṽo ꝯtingẽter tã ex pte itellect⁹ in
speculatiuis ⁊ practic3/ꝙ ex pte volũtat3. De spe
culabilib⁹ ad p̃ns dimittat̃: de practicis aũt q̄ ma
gis ꝑtinẽt ad ꝓpositũ sciẽdũ est ꝙ q̄dã mouẽt ne=
cessario tã itellectũ ꝙ volũtatẽ ꝗtũ ad determina=
tionẽ act⁹/nõ ꝙ necessariũ sit sp itelligere/vel vel
let alia: sed qꝛ itellect⁹ ⁊ volũtas si exeãt in actu3
sunt determiati ad alterã partẽ: puta ꝙ itellect⁹ est
determinat⁹ ad assentiẽdũ nec possit dissentire: ⁊ vo
lũtas ad acceptãdũ vt nõ possit refutare. ṽbi gr̃a
Respectu ei⁹ qḋ ẽ bñ hr̃e sũptũ i sua gñalitate/ et
ꝯsist̃r respectu ei⁹ qḋ ẽ male hr̃e/vl respectu mĩsie
in gñali: itellect⁹ ẽ determinat⁹ ad dissentiẽdũ: ⁊ vo
lũtas ad refutandũ nõ tñ ꝗtũ ad exercitiũ act⁹.
q̄dã ṽo nõ mouẽt necessario ad determiationẽ act⁹
⁊ talia sunt illa q̄ hñt ꝯnexionẽ ꝯtigentẽ cũ ꝑ se ⁊
p̃mo volibilib⁹ ⁊ respuibilib⁹: qḋ ꝯtingit dupliciẽ
Vno mõ ꝙ tñ bñ hr̃e ẽ admixtũ aliqḋ male hr̃e:
sicut i actu meritorio cũ bono meriti ẽ admixtu3
malũ laboris: ⁊ cũ bono delectabili ẽ q̄nq3 admi.
xtũ malũ alicui⁹ turpitudis. Alio mõ qꝛ illud ni=
chil facit ad nr̃m bene vel male hr̃e. verbi gr̃a/ꝙ

sint duo vel tres lapides in olimpo: ⁊ ideo non est
necessarium talia determinate acceptare/vel de=
terminate respuere: sed possunt indifferẽter acce=
ptari vel respui. ⁊ ex hoc reddit̃ ratio quare in po
testate nostra est exire vel non exire in actum re=
spectu primo ⁊ ꝑ se volibilium: qꝛ actus conside=
randi talia est quidam actus particularis habẽs
annexum malum cum bono: quia dum talia cogi
tamus impedimur ab alijs. actus autem qui ha=
bet admixtum malum cu3 bono/potest respui vel
acceptari. quare. ⁊c. Tũc ad ꝓbatõe3 dicunt ꝙ
prima radix libertatis est contingẽs cõnexio ali=
quorum volibilium ad ꝑ se ⁊ necessario volibilia
et noticia talis connexionis. vnde in eo qui vno
intuitu videret omnia/ istud solu3 sufficeret ad li
bertatem. in nobis autem qui ꝑ diuersos discur=
sus ꝑuenimus ad noticiam talis connexionis/li=
bertas consistit in hoc ꝙ ꝓpositis talib⁹ contin=
genter volibilibus anteq3 perfecte eis cõsentia=
mus in potestate nostra est ꝙ talia volibilia refe=
rant̃ ꝑ deliberationem in ꝑ se ⁊ necessario volibi=
lia et ea referre sub diuersis rationibus appetibi
litatis. Ista autem potestas non est in nobis im=
mediate ꝑ nudas potentias: sed ꝑ aliquos actus
supadditos tam ex parte intellectus / ꝙ ex parte
voluntatis: qui act⁹ sunt dictamina rationis qui
bus iudicamus inquisitionem expectando: ⁊ ac=
ceptatio voluntatis: quia vt isti dicunt proposito
aliquo contingẽter volibili statim occurrit adul
to ꝙ expectari debet inquisitio seu deliberatio: ⁊
hoc ratio ei dictat ⁊ voluntas acceptat/ ad quod
sequitur libera ꝯtractatio rationis: ⁊ ꝑ cõsequẽs
libera electio voluntatis: quia deliberatio osten=
dit talia volibilia habere diuersas rationes appe
tibilis ⁊ respuibilis. Rationes huius opinionis
2. opio q̄ ẽ posite sunt in argumento. ¶ Secunda opinio te=
durãdi. 2. net cum doctrina commẽtatoris: et cum doctore
di. 24. q. 1 qui hanc questionem mouet sub eisdem terminis
prima parte. q. lxxxiij. arti. ij. ꝙ liberum arbitriu3
non est habitus nec actus elicitus: sed est poten=
tia intellectus/vel voluntatis/vel vtrumq3 simĩ.
Q3 non sit habit⁹ ꝓbat̃ faciliter: qꝛ vel esset hit⁹
acq̃sit⁹ ex actib⁹ vel inat⁹ nõ acq̃sit⁹ ꝑꝑ duo. Pri
mũ est: qꝛ actus p̃cedentes acq̃sitionẽ talis habi=
tus nõ essent liberi: posterius autem non est prin
cipium prioris. ergo liberum arbitrium non esset
principium actuum p̃cedentium ipsum / et ita nõ
essent liberi quod falsum est: tum qꝛ non possem⁹
peccare ꝑ ipsos: tum qꝛ actus causantes habitu3
et causati ex habitu sunt similes vt patet ex scḋo
ethicoꝝ. et ideo si sequentes sunt liberi et p̃ceden
tes. Secũdum est ꝙ habitus causatus ex actib⁹
determinate inclinat ad bene vel determinate ad
male / vt patet ex secũdo ethicoꝝ. sed liberum ar=
bitrium non inclinat determinate ad alteru3 sed
indifferenter ad vtrũq3. quare. ⁊c. ¶ Si dicat̃ ꝙ
est habitus innatus: adhuc habemus ꝓpositum
qꝛ talis habitus non distinguit̃ realiter a potẽtia
cum nõ sit realiter aliud ꝙ habitualis inclinatio
quam habet potentia ad tale obiectu3. ¶ Scḋo
specialiter de actibus de quibus isti loquunt̃: qui
sunt dictamen rationis iudicantis inquisitione3
seu deliberationem expectandũ et acceptatio vo=
luntatis. Primu3 patet sic. aut actus qui dicitur
esse liberum arbitrium est vnus ⁊ idem cum actu
libero/aut non. si sic: ergo non est principium ei⁹:
qꝛ idem non est p̃ncipium sui ipsius: ⁊ ꝑ cõsequẽs
non est liberũ arbitriũ: qꝛ liberum arbitriũ est p̃n
cipiũ oĩs act⁹ liberi. si non: aut illi duo actus sunt
simul/aut non. Non potest dici ꝙ sint simul: qꝛ fm
cursum nature de quo nunc loq̃mur/nec duo act⁹
intelligendi/nec duo actus volẽdi possunt esse si=
mul. S3 forte dices contra qꝛ angel⁹ semp intelli
git se/⁊ q̄nq3 alia a se nõ eodẽ actu/ sed pluribus:
ergo ⁊c. ¶ Respõsio. Actus quo angelus cogno
scit se nõ differt a sua substantia: ⁊ ideo potest esse
cũ alio actu secũdo: non sic aũt duo actus/ nec in
angelo nec in nobis fm naturã. ¶ Si autẽ dicat̃
illi duo actus nõ sint simul sed adueniẽte secũdo/
p̃mus cessat: sequit̃ ꝙ p̃m⁹ nõ est causa secũdi: qꝛ
causa ꝓxima ⁊ imediata siue sit effectiua siue ma=
terialis in qua vel ex qua simul est cũ effectu. de ef
fectiua dr̃. 7. phisicoꝝ. de materiali ṽo qualiter=
cunq3 accepta de se notũ est: si ergo nõ ẽ simul: nõ
est causa talis/et ꝑ consequens est liberum arbi=
trium: cũ liberũ arbitriũ sit causa effectiua vel re
ceptiua actuũ liberoꝝ. Secundũ pat3 sic. nullus
actus q̄ est in libera potestate nostra est liberum
arbitriũ: sed isti actus de quib⁹ intẽdunt isti sunt
hmõi. ergo ⁊c. Maior patet: qꝛ liberũ arbitrium
est p̃ncipiũ oĩm actuũ q̄ sunt in potestate nr̃a: sed
idem nõ est p̃ncipiũ sui ipsi⁹. ergo ⁊c Minor pro=
bat̃ sc3 ꝙ dictamen rationis iudicãtis delibera=
tionẽ esse expectandã ⁊ acceptatio voluntat3 sunt
de libera potestate nostra: qꝛ actus rõnis practice
⁊ voluntatis circa cõtingẽter volibile est in pote
state nr̃a: sed act⁹ rõnis ⁊ volũtatis circa expecta
tionẽ deliberationis sunt hmõi. ergo ⁊c. Maior
patet ex seipsa ⁊ ex dictis alioꝝ. Minor ꝓbat̃: qꝛ
expectare deliberationẽ nõ est necessario volitũ/
nec necessario nolitũ vt quilib3 experit̃ in se: alio=
quin nullus posset velle cõtingenter volibile nisi
expectata deliberatione vel volita expectari: qḋ
falsum est. Et ꝓbat̃ ꝑ rationẽ: qꝛ actus q̄libet ha
bẽs admixtã rationẽ boni cũ malo est cõtingẽter
volibilis vt ipsimet ꝯfitent̃: s3 expectare delibera
tionẽ põt hr̃e rõnẽ boni admixtã cũ malo: qꝛ ꝗuis
bonũ sit deliberare de contingẽtib⁹: tñ cũ hoc bo
no multa mala vera vel apparẽtia possunt esse ꝑ=
mixta: puta timor amittẽdi ex expectatiõe delibe
rationis bonũ oblatũ vel tediũ ⁊ difficultas q̄ est
in deliberãdo ⁊ expectãdo deliberationẽ/ ⁊ infini
ta talia. quare. ⁊c. Mirũ autẽ valde est qḋ isti di=
cunt ꝙ ꝓposito quocũq3 cõtingenter volibili/sta
tim ante ꝑfectum ꝯsensum occurrit cuilibet adul
to ꝙ deliberatio est expectãda: ⁊ hoc rõ dictat/ et
voluntas acceptat: ac ꝑ hoc habet potestatẽ refe=
rendi contingenter volibilia in ꝑ se volibilia/qḋ
hoc est illud in quo cõsistit tota libertas: qꝛ istum
occursum pauci experiunt̃ nisi valde prudẽtes: q̄
non a natura sed ꝑ consuetudinẽ hoc acquisierũt:
quia assueti sunt de occurrentib⁹ deliberare. mul
titudo autem hominum in quibus est liberu3 ar=
bitrium/nichil tale habet nec experit̃ nisi Catho
¶ Ad rõnes in oppositũ. Ad p̃mã q̄ dicit ꝙ pri= Ad rõnes
mus act⁹ q̄ est in potestate nr̃a est deliberatio vel aũ oppõm
cõclusio deliberationis/dicendũ ꝙ hic est duplex Durand⁹
defect⁹. p̃m⁹ qꝛ minor põt negari ꝓbabiliter: qꝛ si vbi supra.
cut dicit̃. 2. phisicoꝝ. ars non deliberat: immo ex
defectu artis procedit deliberatio. nõ enim scri=
ptor deliberat qualiter formabit litteram: nisi sit
imperitissimus: et tamen opera artis sunt liberi/

et in potestate nr̃a. ¶ Item intẽperat⁹ non delibe
rat an debeat velle delectabilia: quia hec accipit
tanq̃ finem. et tamẽ hoc velle est in potestate sua:
alioquin nõ peccaret hec volendo. ¶ Et si dicat̃
ꝙ intẽperat⁹ peccat hec volẽdo: nõ q̃ illud velle
sit nũc in potestate sua: q̃ non est sic cũ q̃lis vnus-
quisq̧ est/ talis sibi finis videat̃: sed q̃ a ꝓ̃ncipio
fuit in potestate sua ꝙ in eo crearet̃ talis habitus
vel non causaret̃. sicut dicit̃ de illo q̃ inebriauit se
ex culpa sua/ vel incidit in frenesim: ꝛ in eis com-
mittit homicidium. Non valet q̃ ebrietas et fre-
nesis tollũt iudiciũ rationis. ꝛ ideo quod faciunt
ebrij vel frenetici nõ imputat̃ eis ad nouum pec-
catum: sed totum peccatum fuit illud factũ ꝑ q̃d
voluntarie inciderunt in ebrietatẽ vel frenesim: ꝛ
ꝓpter illud merent̃ tot maledictiones quot ma-
la sequunt̃: q̃uis non peccent nouo pctõ. De intẽ
perato autẽ non sic est: q̃ non amisit iudiciũ ratio
nis: ꝛ põt esse de eo q̃d accipit vt finẽ deliberarꝫ ex
altiori fine: ꝛ si nõ deliberat sed sine deliberatione
acceptat peccat nouo peccato. ¶ Et cum dicit̃ ꝙ
qualis. ꝛc. verũ est inclinatiue sed non necessario:
alioquin null⁹ viciosus esset criminabilis. sic igit̃
intẽperat⁹ peccat: ꝛ cũ ille actus non est delibera-
tio: nec cõclusio deliberationis. ꝗ maior illa non
est vera. ¶ Ad ꝓbationẽ cũ dicit̃ ꝙ actus penit⁹
indeliberati nõ sunt in potestate nostra/ est dicen-
dum ꝙ actus indeliberati possunt accipi duplici-
ter. Uno modo illi actus de quib⁹ nõ est delibera
tum nec potuit deliberari: sicut sunt primi motus
subiti tãgẽtes mentẽ: q̃ nulla deliberatio hũana
põt esse subita: ꝛ isti nõ sunt in ptãte nr̃a: nec scd̃m
se nobis imputant̃ nisi ꝓpter hoc ꝙ potuerũt pue
niri ne insurgerẽt. aliq̃ etiã actus sunt indelibera-
ti: q̃ de eis nõ est deliberatũ/ potuit tñ de eis deli
berari: q̃ mens nõ solũ subito eis tangit̃: sed ꝑsi-
stit: ꝛ tales actus sic indeliberati bñ sunt in pote-
state nostra. ¶ Secũdus defect⁹ est: q̃ ꝯcessa ma
iore/ minor potest interimi: q̃ tam deliberatio q̃
cõclusio deliberationis est in potestate nostra per
nudas potẽtias ꝛ non ꝑ aliquos act⁹ se hñtes ad
hoc in ratione ꝓ̃ncipij actiui vel passiui. Et cũ ꝓ-
bat̃ ꝙ liberũ arbitriũ includit volũtatẽ. verũ est
sed nõ solũ: q̃ cũ ea includit rationem/ cũ liberuꝫ
arbitriũ sit facultas rationis ꝛ voluntatis: q̃uis
autẽ deliberatio ꝛ ꝯclusio deliberationis nõ sint
actus elicit⁹ a volũtate: est tñ actus elicit⁹ a ratio
ne sicut electio a volũtate ꝛ sine alio actu medio
q̃ nec in intellectu est simul ali⁹ act⁹ cũ delibera-
tione: nec in volũtate est alius act⁹ cũ electione: ꝛ
ideo arbitriũ nullũ est deliberatio nõ est act⁹ eli-
citus a volũtate. ergo nõ est actus nude potentie
ꝑtinẽtis ad liberũ arbitriũ: sicut nullũ arbitrium
esset electio nõ est act⁹ elicit⁹ a rõne: ꝗ nõ est act⁹
elicit⁹ a nuda potẽtia liberi arbitrij: q̃ liberũ ar-
bitriũ icludit vtrãq̧ potẽtiã ꝛ vtriq̧ respõdet ꝓ-
prius act⁹ ab ea elicit⁹. nec oportꝫ ꝙ act⁹ itellect⁹
gnitudinem caritatis ex qua patiebatur. Secū
do propter dignitatem vite quaʒ in satisfactione
ponebat que erat dei et hominis. Tertio ꝓpter
generalitatem passionis ⁊ magnitudinem dolo
ris vt supra fuit dictum. et ideo passio christi fuit
sufficiens immo superabundans satisfactio pro
peccato toti⁹ generis humani ꝫm illud. 1. Joh. 3.

Ipse est propiciatio pro peccatis nostris. ⁊ sic pa-
tet ꝙ per passionem christi omnes liberamur a pe-
na peccati quantum ad sufficiētiam: sed non quo
ad efficiētiam: quod patet dupliciter. Primo: quia
christus satisfecit pro nobis tanq̄ caput ꝓ mem-
bris sed illis solum est passio christi satisfactoria
que vniuntur ei tanq̄ membra capiti. hoc autem
fit ꝑ caritatem et fidem ⁊ sacramētorum sumptio-
nem per quem modum non omnes vniuntur chri-
sto sed pauci. passio ergo christi non est pro omni-
bus satisfactoria quātum ad efficientiā. ¶ Se-
cundo / quia manente culpa non tollitur reatus
pene: qui autem vniuntur ei vt membra capiti ꝑ-
cipiunt remissionem pene ex vi passionis christi
scd̄m modum vnionis: qui est duplex. Unus est
per sacramentalem cōformitatem in susceptione
baptismi in quo sepulti sumus cum illo per mor-
tem Roma. 6. et quia hoc solum operatur virtus
diuina que inefficientiam nescit. ideo in baptismo
ex vi passionis christi cui sacramentaliter confor-
mamur remittit omnis pena debita cuicūq̄ pec-
cato originali / actuali mortali et veniali. Alius
est modus vnionis per mutationem realem quā-
do scz ad similitudinez christi patimur: ⁊ hec per
mutatio potest esse perfecta quantum ad gen' pe-
ne vt in martyrio. et sic adhuc remittitur omnis
pena: non solum ex vi martyrij sed potius ex com-
municatione passionis: nā multi metuerunt mul-
to maiorem penam q̄ sustinuerunt in vno marty-
rio. Uel potest esse perfecta ꝑ comparationez ad
culpam commissam: ⁊ tunc totaliter tollitur rea-
tus / siue hoc sit in interiore cōtritione / siue in ex-
teriori passione: que tn̄ minor sufficit cooperante
satisfactione passionis xp̄i q̄ esset condigna pec-
cato scd̄m se. qn̄ autem non est ꝑfecta mutatio ali-
quo dictorum modorū remanet obligatio ad ali-
quam penam finitam: sicut pena que est in purga-
torio: quia nō tollitur tot' reat' pene ꝓpter defectū
conformitatis ꝑfecte: semꝑ tamen ꝑ aliquam con-
formitatē tollit reatus pene debitus peccato ori-
ginali nō quidē vt statim natura repararetur nisi
quo ad gratiam que necessaria est ad salutez: sed
in generali resurrectione quādo creatura libera-
bitur a seruitute corruptionis in libertatem glo-
rie filiorum dei: vt dicitur ad Roma. 8. Patet er-
go ꝙ ꝑ passionem christi liberamur ab omni pec-
cato quo ad culpam et quo ad penam: omnes q̄-
dem scd̄m sufficientiam sed non scd̄m efficientiaz
et quia ingressum regni celestis nichil ꝓhibet nisi
peccatū / ꝓpter quod dicitur claudi hominib' re-
gnum celorum per culpam. ideo quia sicut ꝑ pas-
sionem christi liberamur ab omni peccato: ꝑ ean-
dem dicitur nobis aperiri ianua regni celorū: qd̄
figuratum est in veteri lege: quia sine sanguine nō
fiebat remissio peccatorū: nec erat igressus in san-
cta sanctorum vt dicit apl's Hebreorum. 9. Igi-
tur per passionem christi quicunq̄ viator si vult
potest statim ab omni culpa liberari: quia esse in
culpa non est expediens: sed non sic liberantur ab
omni pena. A pena eñ eterna damni et sensus li-
berat passio christi eo modo quo a culpa origina-
li et mortali. a pena autem mortali vel temporali
debita peccato origiali vt est fames sicut ⁊c. non
liberat modo: quia nec expedit sz in resurrectio-
ne vt simul omnes glorificentur. A temporali au-
tem debita actuali liberat in baptismo non aliis
sacramentis / propter maiorem conformitatem
ad christum cum plus sit christi realitas et idem-
titas in eucharistia que non remittit omnem pe-
nam. Unde quare baptismus omnem penam re-
mittit: nec penitentia nec aliud sacramentuz. pre-
cisa causa est christi statutum: sicut eñ homo pri-
mo offendenti et penitenti dicit. ista prima vice
tibi totum parco: sed de cetero nō parcam. ⁊ sicut
religioso pro peccato seculi nulla penitentia im-
ponitur quando mundo renunciat dum tamē ser-
uet quod promisit. sed si ex tunc offendit punitur
Ita cum baptismus sit ianua sacramentorum et
principiū vite christiane / ita homo renunciat dia-
bolo: ideo ibi gratia christi non requirit gemituz
nec planctum: sed gratis omnia condonat: dum
tamē deinceps religionem christianā seruet: quā
si infringerit acrius punietur.

2. articul. Durādus q. 2.

¶ Quantum ad tertium proponunt aliqui duo.
Primum est ꝙ christus ratione liberationis no-
stre a peccato potest dici redemptor et mediator.
Secundum est ꝙ vtrūq̄ est proprium christo sm̄
humanam naturaz. Q3 possit dici redemptor pa-
tet sic: quia satisfactio qua quis satisfacit pro pec-
cato suo vel alieno / dicitur precium quo redimit
se a peccato seu pena peccato debita / scd̄m illud
Dan. 4. Peccata tua elemosinis redime. Chri-
stus autem satisfecit pro peccatis nostris / non q̄-
dem per peccuniam dando: sed seipsum morti et
passioni exponendo pro nobis. ergo passio christi
potest dici precium et redemptio nostra: et chri-
stus passus redemptor noster. ¶ Q3 etiam pos-
sit dici mediator patet ex eodem. Officium enim
mediatoris est reconciliare inimicos et discordā-
tes: sed per christum reconciliati sumus deo: a
quo discordamus per peccatum ⁊ cuius eramus
inimici. ergo christ' est mediator inter nos et deū.
Maior patet. Minor declaratur ratiōe et aucto-
ritate. Ratione sic. Per satisfactionem recōcilia-
tur offendens offenso: sed christus per passionez
suam satisfecit ꝓ nobis vt patet ex predictis. er-
go nos deo recōciliauit. Idē pz auctoritate apo-
stoli Roma. 5. Cum inimici essemus deo reconci-
liati sumus per mortem filij eius. et Collo. 1. Cō-
placuit in ipso reconciliare omnia in ipso pacifi-
cans sanguinem crucis / siue que in celis siue que
in terris sunt. et sic patet primum. Secundum
scilicet ꝙ esse redemptorez et esse mediatorem sit
proprium christo scd̄m naturam humanam. Pa-
tet primo quidem ꝙ sit redemptor scd̄m eam: quia
christ' est redēptor n'r inq̄tū pro nobis satisfecit
sed satisfecit pro nobis patiendo scd̄m naturam
humanam. ergo secūdum eam est redemptor no-
ster. ¶ Ad hoc est quod apostolus dicit Gal. 3.
Christus redemit nos de maledicto legis factus
pro nobis maledictum. ¶ Iuxta quod aduertē-
dum ꝙ ad hoc ꝙ aliquis redimat duo requirun-
tur. Actus scilicet saluationis. et ꝙ precium sol-
uentis sit. Si enim soluat pro redēptione alicui'
rei precium quod non est suum sed alterius: talis
proprie nō dicitur redimere principaliter: sed ma-
gis ille cuius est precium. Precium autez nostre
redemptionis fuit sanguis christi vel mors eius
quam ipsemet soluit. et ideo vtrumq̄ istorū per-
tinet ad christum immediate inquantū est homo
licet ad totam trinitatem pertineat sicut ad pri-
mam causam cuius erat mors ⁊ vita christi: sicut

primi actoris et aliqua trinitate inspirata fuit ho-
mini christo passio eius ꝓ redēptione nr̄a: ⁊ ideo
esse primum et immediatum redemptorem conue-
nit christo inquantum est homo / q̄uis possit attri-
bui toti trinitati sicut prime cause. Q3 etiam si-
bi soli secundum humanam naturam conueniat
proprie esse mediatorē patet ex eodem: quia chri-
stus est mediator inquantū reconsiliauit nos deo
per mortem suam vt patet ex dictis: sed mortuus
est sm̄ humanā naturam ⁊ non sm̄ diuinam: ergo
sm̄ eam oportet eum esse mediatorem.

Ad rōnes ante oppositum.

¶ Ad primum argumentum dicitur ꝙ nulli dā-
nantur nisi illi qui non sunt participes passionis
christi quia non vniuntur christo per fidem et cha-
ritatem nec illud arguit inefficatiā passionis ei'
sed indispositionem peccātis.

Ad scd̄m.

¶ Ad secundum dicendum ꝙ peccata patrū pre-
cedentium passionem christi fuerunt dimissa per
virtutem passionis christi: non quidem exhibite
sed credite. sicut enim dictum fuit passio christi fu-
it causa remissionis peccati quo ad culpā inquan-
tum inclinat affectum ad dilectionē dei ⁊ detesta-
tionem peccati ꝙ potest facere credita sicut exhi-
bita: sed dimissio peccati quo ad penā corporalem
fuit per passionem christi actu exhibitam: ⁊ ideo
talem remissionem non perceperunt ante christi
pessionem. Unde omnes descendebant ad limbū
vel ad purgatorium. Peccata autē sequentia pas-
sionem christi per eam fuerunt dimissa quo ad suf-
ficientiam in omnibus. non autem quo ad effici-
entiam: ⁊ hoc modo potest peccatum dimitti an-
teq̄ sit sicut potest parari aliqua medicia que suf-
ficiens est expellere vel sanare morbum ī futurū.

Ad tertiū

¶ Ad tertium dicendum ꝙ passio christi est vni-
uersalis causa remissionis pcti vel peccatorū quā
oportet applicare ad singulos: vt suum sorciatur
effectum: que applicatio sit per fidem et charitatē
et sacramentorum sumptionem ꝓpter qd̄ alia nō
superfluunt.

¶ Questio secunda.

Primum

Secundo queritur vtrū in chri-
sto fuit idem actus meritum
et premium voluntatis: vide-
tur ꝙ sic: quia actus charita-
tis in via et in patria non dif-
ferunt specie: sed que nō diffe-
runt specie et sunt simul in eo-
dem subiecto nō differunt nu-
mero. ergo. ⁊c. Maior patet:
quia hit' charitatis vtrobiq̄: idē ergo ⁊ idē act'.

In oppositum.

¶ Contra. omnis motus differt a suo termino
extrinseco essentialiter licet sm̄ quosdam non dif-
ferat ab intrinseco sicut motus localis differt a
loco etiam subiecto: non sic autem ab vbi: sed me-
ritum comparatur ad premium sicut ad terminū
non intrinsecum alias in via posset quis beatifi-
cari / sed sicut ad extrinsecum. ergo. ⁊c.

Respōsio

¶ Responsio. Primo ostendendū est ꝙ actus na-
turalis et moralis non differunt specie intrinsece
Secundo ꝙ actus naturalis et supernaturalis in
via similiter sunt idem in specie nature. Tertio ꝙ
actus vie et patrie beatificus essentialiter vel per
se ⁊ non accidentaliter differunt specie et genere
et per consequens numero.

1' articl's. pma ɔclo.

¶ Quantum ad primum sunt tres conclusiones
Prima de actu transeunte: quia illud qd̄ est extrin-
secum denominans aliquid non variat ei' speciez
intrinsecam et naturalē formaliter: sed esse moris
non pertinet intrinsece ad actum transeuntem in
exteriorem materiam. Nam in actu exteriori non
consistit bonitas et malicia essentialiter / sed solū
participatiue denominatiōe extrinseca. ergo. ⁊c.
¶ Ad sensum etiam apparet hoc: quia dare elemo-
sinam propter deum et vanam gloriam et occide-
re nocentem et innocentem fornicari ⁊ cognosce-
re suā: et omnia huiusmodi non differunt specie in
genere nature: quia motus habet speciem a ter-
mino ad quē. est aūt idē terminus actuū exterio-
rū naturalis qn̄ fiunt bene ⁊ qn̄ fiunt male: sicut ē
idem hō specie legitime ⁊ illegitime nat' eadem
mors iuste ⁊ iniuste illata. ergo et actus idem.

Secunda

¶ Secunda cōclusio est de actibus manentibus
imperatis ꝙ sunt eiusdē speciei naturalis: nec es-
se moris addit vel mutat in eis speciē nature: quia
hmōi habent speciē ab obiecto ꝓprio ⁊ imediate.
non aūt a fine extrinsec' intento: sed idē est subie-
ctū istorū proprium ⁊ immediatū qn̄ fiunt natura-
liter et moraliter ⁊ subito ⁊ deliberate: ⁊ qn̄ fiunt
bene et male: sicut videre mulierē ad concupiscē-
dum vel simpliciter aio aut subito est videre colora-
tum idem specie quo ad genus coloris. ergo. ⁊c.
Et sic est eiusdem speciei visio auditio. et sic de
oib' hmōi actibus imperatis: ita ꝙ esse moris in
nullo mutat speciē maxime: quia nec essentialr̄ ꝑti-
nent ad genus moris sicut nec actus transeuntes
maxime quia sunt eiusdē speciei in brutis in quibus
non est capacitas ad esse moris. Visio ei corpora-
lis sicut obiectū ⁊ potētia sunt eiusdē rōnis in ho-
mine ⁊ in bruto.

Tertia cōclusio.

¶ Tertia conclusio est de actib'
a libero arbitrio elicitis ꝙ etiā illi nō differūt in
gn̄e nature ꝓpter diuersū esse moris q̄uis istd̄ sit
magis dubiū. Probat aūt sic: quia act' volūtatis
hz speciē ab obiecto ꝓprio q̄tū ad esse nature: sed
esse moris recipit a fine. Possibile est aūt ꝙ boni
et mali actus est idē obiectū primū: licet finis op-
positus: sicut cōiunx castus vult cognoscere vxo-
rē suā ꝓpter ꝓlē vel fidē tm̄. Intēperat' aūt vult
cognoscere eandē ꝓpter voluptatē: hic aūt finis
intentus differt specie: sed obiectū qd̄ est imedia-
te volitū est idē specie. ergo est idē act' in gn̄e na-
ture: licet differat in gn̄e moris. ¶ Sed istud est
dubium quia finis est pm̄ū ⁊ imediatū obiectū act'
voluntatis a quo debet magis specificari. cū autē
voluntas bona ⁊ mala vult idē ꝓpter diuersos fi-
nes specie: cū ipsi fines sint imediate voliti q̄ diffe-
runt specie: g̃ et volitiones finiū: sed idē est actus
numero q̄ aliqs vult finē ⁊ alid̄ ꝓpter finē. g̃ et ꝑ
ɔn̄s idē specie. g̃ velle idē propter finē bonū ⁊ ma-
lū est velle differens specie. Et dicendū ꝙ volun-
tas habet duplicē actū: vnū simplicē quo vult ali-
quid ꝓpter se: ⁊ iste hz speciē a volito simplr̄. Ali'
est act'. q. cōposit' q̄ vult vnū ꝓpter alterū: ⁊ iste
act' licz speciē moris recipiat a fine vltio ⁊ ꝑnci-
palr̄ itēto ⁊ bonitatē ⁊ maliciā: tn̄ spēz nature reci-
pit ab eo qd̄ ē ad finē: al's cū oiz rectarū volūtatū
sit vn' vltimus finis: oīs recta volitio esset vni'
speciei.

2' articl's Alia ɔclo

¶ Quātū ad scd̄m ꝑncipale de idētitate
act' naturalis ⁊ supnaturalis vie sūt tres ɔclōes
sz tres ꝟtutes theologicas q̄ sūt ꝑncipia ī nobis
spiritualiter operādo. Pria de fide ꝙ. s. act' credē-
di elicitus a fide infusa non differt specie ab actu
credendi elicito a potentia nuda vel fide acqui-

sita quia illud quod est supernaturale inquantum
hmōi non est naturaliter cognoscibile per euiden
tiam/sicut nec lux solis est clare visibilis noctue
qd ergo ē supernaturale quantū ad suā essentiam
intrinsecam nō pōt esse euidens p naturā siue sit
actus siue habitus ad minus in via ⁊ sm legē cō-
munē: sȝ homo cognoscit certitudinalit' per expe-
rientiam se habere actum fidei infuse non dico sm
ꝙ infuse sed sm id qd est/dicente Augustino/nihil
certius est homini sua fide. Et loquitur de fide in
fusa nō sm ꝙ infusa nec sm habitum: sed sm actū
⁊ id qd est: qꝛ oīne credere suum potest homo in se
ipso experiri: ergo nullum credere hominis est su-
pernaturale quo ad substantiam actus.

Secunda

¶ Secunda conclusio de actu spei infuse ꝙ etiaȝ
nō differt specie a sperare potentie nude vel a spe
acq̄sita per idem/ quia certitudinaliter experitur
homo se sperare quicquid actu sperat.
¶ Item et eodem modo probantur de fide et ca-
ritate: quia actus recipit speciem ab obiecto ⁊ fine
si quicquid credat et sperat et amat homo et sub
quacūqȝ ratione ⁊ propter quēcūqȝ finē hītibꝰ in-
fusis: omne illud et illis modis potest credere p
habitus acquisitos/ sicut patet in illo qui propter
vnum actum contrariū perdidit hos habitus in-
fusos qui etiam anteq̄ per penitentiam perfectā
recuperet eos potest firmiter credere etiaȝ articu
lum quem prius negauit et sperare certitudinali
ter q̄ prius desperauit ⁊ diligere deū sup oīa añq̄
in speciali occurrat sibi penitere de peccatis prio-
ribus: et sic habebit actus eiusdē finis et obiecti
et huiusmōi/ergo eiusdem speciei.

Tertia.

¶ Tertia con
clusio est de actu caritatis meritorio ꝙ nō differt
specie a non meritorio quia aliter posset homo sci
re per euidentiam se habere charitateȝ: quia qui-
cunqȝ cognoscit aliquid perfecte quātum ad esse
specificum et indiuisibile potest illud distinguere
ab omni alio specie et numero distincto sic scilicet
ꝙ si homo perfecte cognoscit visionem suam natu
ralē facta visione in oculo suo non naturali statim
percipiet qd non est visio naturalis dato etiam ꝙ
nesciat que sit supernaturalis illa. et similiter dile
ctio meritoria differt a naturali specialitate spē
intranea. homo qui cognoscit dilectioneȝ natura
leȝ habita meritoria: ⁊ si non cognoscat ī speciali
quid sit illa supernaturalis: cognoscit tamen q̄d
non est/scilicet qꝛ non est naturalis. si autem non
est naturalis sequitur ꝙ sit supernaturalis: ⁊ per
ꝯsequens ꝙ est meritoria et a charitate elicita li-
cet nesciat in speciali qualis species sit illa: hoc
aūt est falsum qꝛ nesciat homo vtrum amore an
odio dignus sit: ergo et illud ex quo sequitur scilȝ
ꝙ dilectio meritoria differt specie a nō meritoria.
¶ Contra habitus distinguūtur per actus: ergo
cum habitus moralis supernaturalis et potentia
distinguantur realiter per consequens et actꝰ ip-
sorum. ¶ Tertio hmōi distinguūtur per actus si-
cut per fines vel quo ad substantiam actus: ⁊ sic
potentie distinguūtur per actus vel quo ad modū
actus ex parte potentie: ⁊ sic distinguūtur habitꝰ
morales a potentia ⁊ inter se vel respectu obiecti:
et sic distinguūtur supernaturales ab acquisitis:
et adinuicem quia acquisiti faciunt prompte fa-
ciliter et delectabiliter operari. infusi autem non
faciunt hoc / vel si faciunt hoc cum hoc faci-
unt respectu obiecti et finis extrinseci actum ha-
bere efficaciā merendi quā sine illis non haberet
charitas quidem consummatiue. fides et spes in-
choatiue.

3ꝰ articulꝰ

¶ Quantum ad tertium de idētitate
premiȷ̄ et meriti sunt etiā tres ꝯclusiōes.

Alia ꝯclo

¶ Pri
ma de identitate temporis et subiecti: qꝛ. s. nō pñt
esse simul in eodem respectu eiusdem: puta ꝙ ho-
mo mereatur illud premium qd actu habet: quia
nec in christo pondus meritum simul tempore cū
premio eiusdem meriti nec in se nec in alio. in se q̄-
dem: quia premium essentiale quo anima eius nū
q̄ caruit/nunq̄ meruit sed gloriā corporis et alia
que nondum habebat merebatur. ¶ Item respe-
ctu aliorum quia primo instanti quo latro et ani-
me sanctorum viderunt deum et in instāti mortis
christi non fuit meritum christi: sed tūc primo de-
siȷt esse: et sic in christo non simul fuerunt meritū
p̄miū eiusdem respectu aliorum/ ⁊ multoplus re-
spectu sui et multo minus in quocunqȝ alio.

Secunda.

¶ Secunda conclusio est ꝙ meritū et p̄mium dif
ferunt numero/ita ꝙ non potest esse p essentiam
vnus actus numero beatificꝰ et non beatificꝰ nec
simul et semel quia sic esset cōtradictio: nec succes
siue sicut forte actus vie continuatus potest fieri
de nō meritorio meritorius gratia supinfusa que
non aderat a p̄ncipio: sed sic non est de merito et
premio/quia impossibile est ꝙ idem actus nume-
ro sit ab aliquo effectiue p̄ncipaliter ⁊ nō sit ab il
lo eodem nisi passiue vel instrumentaliter: sȝ om
nis actus meritorius est p̄ncipaliter a merēte ef-
fectiue/actus autem beatificus et p̄mium est to-
taliter vel saltem p̄ncipaliter a deo/ a voluntate
autem non nisi vel pure passiue vel instrumentali
ter: ergo non possunt esse vnus actus numero li-
cet sint vnus habitus numero.

Tertia.

¶ Tertia cōclusio est de idētitate specifica ꝙ me-
ritum et premium differunt specie: de visione eniȝ
patrie ꝙ differunt specie ab actu credēdi ⁊ ab om-
ni intellectione vie oēs concedūt/sed de actu vo-
luntatis in patria q̄ est dilectio vel fruitio aliqui
negant. Unde probatur sic ꝙ sicut ad diuersitatē
formarum naturalium sequitur diuersitas motꝰ:
sic ad diuersitatem apprehensionum sequitur di-
uersitas appetituum cognitiuoruȝ: sicut est aliđ
appetere sensitiuum et intellectiuum: sed visio
patrie et cognitio vie differunt specie: ergo et di-
lectiones consequentes et per consequens dele-
ctationes que differunt sm differentiam opera-
tionum quas consequuntur: et per hoc apparet ꝙ
in christo meritum et premium volūtatis non fu
erunt vnus actus numero.

Ad rōnem añ opposi-tum.

¶ Ad argumentum in oppositum dicendum ꝙ il
lud bene sequitur contra illos qui non distinguūt
specie meritum a premio/immo dicunt ꝙ in bea-
ta virgine sicut fuit in via maior charitas q̄ in
multis comprehensoribus: sic et perfectior dile
ctio vel esse potuit et sȝ hoc vel christus non me-
ruit vel non a p̄ncipio beatus fuit vel simul fue-
runt in eo duo accidentia solo numero differen-
tia vel vnus actus numero fuit meritum et p̄mi-
um que omnia sunt inconuenientia. Unde dicen-
dum ꝙ differunt specie sicut dictum est.

¶ Distinctio vicesima.
¶ Questio prima.

Primum.

CIrca vicesimam distinctionem
queruntur duo. Primo. an na-
tura humana debuit reparari
per satisfactionem? Secundo.
vtrum aliqua pura creatura po
tuit satisfacere pro natura hu-
mana?
¶ Quantū ad primū arguitur: ꝙ natura huma-
na non debuit reparari per satisfactionē. qꝛ conue
niens est vt ille qui iniuste detinet p superioris po
tentiā spolietur. sed dyabolus qui per fraudē suā
hominē deceperat eū iniuste detinebat. ergo con-
ueniens fuit ꝙ xp̄s per potentiaȝ suam spoliaret
eum absqȝ satisfactione.

Secundū

¶ Itē. sicut in opere crea
tionis manifestatur diuina potentia/ ita in opere
humane reparationis maxime manifestatur diui
na misericordia. sed maioris misericordie est pec-
catum absqȝ pena satisfactoria dimittere q̄ satis-
factionē petere: ergo natura humana absȝ aliqua
satisfactione debuit reparari.

In opposi tum.

¶ In contrariū est quod dicitur Johānis. 3. Ex
altari oportet filium hoīs vt omnis qui credit in
eum non pereat: sed habeat vitam eternam. Et ad
Hebreos scdo decebat saluatorē p passionē cōsū-
mari/ergo oportuit xp̄m pati/ vt sic satisfaciendo
p peccatis nostris naturā repararet. Et arguit p
rōnē: qꝛ sm Augustinū tanta debuit esse humili-
tas in redēptore q̄ta fuit superbia in p̄ditore sed
proditor voluit ascendere vsqȝ ad summū dei sm
illud Gen. iij. Eritis sicut dij. ergo redēptor debu
it descendere vsqȝ ad infimū hoīs/hoc est mors: er
go redēptor p mortē suā debuit naturā suā repare

Respōsio. Durandꝰ di. p̄senti q. i.

¶ Rñdeo. hic est duplex modus dicendi q̄dā di-
cunt sic: duplex est debitū quoddā obligatiōis ali
ud autē solius cōgruitatis: de debito obligatiōis
dicendū ꝙ deꝰ non debuit reparare naturā huma-
nam nec simpliciter nec p talē modū: scȝ p satisfa-
ctionē. Qȝ autem non debuit simpliciter humanā
naturā reparare: patet sic: minꝰ est reddere equa-
lēs alicui q̄ constituere eum debitorem. sed nulla
p̄sona/imo nec totū genus humanū potest redde-
re deo equalens: ergo multo plus potest eū cōsti-
tuere debitorē. nullo ergo debito obligationis te-
netur deus cuicūqȝ creature. ¶ Qȝ aūt si vel't eā
reparare non teneat eam repare p satisfactionem
sed possit eam absqȝ preiudicio iustitie repare si-
ne satisfactiōe: patet dupliciter. primo sic/vbi nul
lus est iniustū patiens nullus est iniustū faciens:
sed si absqȝ satisfactione humana natura liberata
fuisset a deo nullus esset iniustū patiēs nō creatu-
ra qꝛ nihil ab ea auferet qd eēt eidē debitū nec de
us/qꝛ nullus patitur iniustū volēs. vt habet q̄n-
to Ethicorū. ergo nullus esset iniustū faciēs. Se-
cundo qꝛ eadē rōne dona gratis dant ⁊ debita re-
mittūtur/sȝ quilibet potest absqȝ p̄iudicio iustitie
id quod suum est alteri gratis dare. ergo pari
rōne pōt culpam cōmissam alterꝰ gratis remitte
re absqȝ quacunqȝ satisfactione / nec est hoc cōtra
debitum iustitie: sed etiam opus mie. ⁊ si hoc pōt
hō fortiori ratione pōt deus: sic ergo patet ꝙ lo-
quendo de debito obligationis deus non debuit
humanā naturā reparare/ nec simpliciter/ nec per
talem modum. ¶ Sed dicet aliquis ꝙ hoc ē vex
ex natura rerum sed non considerando promissuȝ
diuinum. quilibet enim obligatur ex p̄misso/ de-
us autem promiserat per os p̄phetaꝝ et prenun-
ciauerat pati christū suū vt repararet genꝰ huma
nū: vt habet Act. iij. sicut et ipe saluator dicit. Lu
ce. xxij. Filius hominis vadit sicut diffinitum est
de illo. Et vltimo capitulo. Necessariū est imple-
ri omnia que scripta sunt in lege et prophetis/ et
psalmis de me. ergo videtur ꝙ christus ex promis
so debuit debito obligationis reparare genus hu
manum per viam satisfactionis. Et dicēdum ad
hoc ꝙ verba sacre scripture que loquuntur de re-
paratione humane nature preordinata a deo fieri
tali vel tali modo non insinuat promissionem ex
parte dei sed simplicem eius ordinationē vel vo-
luntatem de tali re fienda et modo fiendi. et sic
non est ibi aliquod debitum sed simplex insinua-
tio diuine ordinationis. ¶ Si autem loquamur
de debito congruitatis sic dicenda sunt duo. Pri-
mum est ꝙ congruum fuit huuanam naturam per
satisfactionem reparari. Secundum est ꝙ cōgru
um fuit eam reparari per satisfactionem factam
per mortem christi. Primum patet sic nobilius ⁊
perfectius habetur quod habetur cum merito q̄
sine merito vt dictum fuit supra distinctione xviij
quod autem recuperatur per satisfactionem re-
cuperatur cū merito ⁊ qd sine satisfactione absqȝ
merito. ergo nobilius et perfectius potuit repara
ri natura humanna per satisfactionem q̄ sine.
congruum aūt fuit vt repararet per christum mo
do nobiliori quo posset ergo decuit ꝙ reparatur
per satisfactionem. Secundum patet sic. satisfa-
ctio pro omnibus nature defectibus debuit fie-
ri per penam omnem defectum virtualiter conti-
nentem: sed pena omnem virtualiter continēs est
mors que est finis omnium terribilium: ⁊ ad quaȝ
omnes defectus nature tendunt: ergo satisfactio
per quā natura humana fuit ab omnibus nature
defectibus liberata debuit fieri per penam mor-
tis. ¶ Preter hec aūt sunt alique congruitates
Prima est: quia per hoc cognoscit homo q̄tum
deus hominem diligit ⁊ per hoc prouocatur ad di
ligendum deum in qua perfectio humane salutis
consistit. Unde apostolus dicit Rom. 7. Comme
dat deus caritatem suam in nobis: quoniam cum
inimici essemus christus pro nobis mortuus est.
Secunda est: ꝙ per hoc dedit nobis exemplum
obedientie et humilitatis et constantie aliarum
virtutum in passione ostensarum que sunt necesse
ad salutem humanam. Unde Ro. iij. Christus pas
sus est pro nobis: nobis relinquēs exemplum. ⁊c.
Tertia est: quia per hoc indita est homini maior
necessitas/ vt conseruet se immunem sm illud Co
rinth. vi. Empti estis precio magno. Sunt etiam
q̄ plures alie congruitates quas lōgum esset ex-
plicare.

Secūdus modus di cendi.

¶ Alius modus dicendi ponit tria ꝯcor-
dans in conclusionibus. Primo ꝙ non debuit re-
parari/nec sic/nec aliter ex parte dei. Scdo ꝙ de-
bito congruitatis debuit raparari per satisfactio
nem. Et tertio ꝙ satisfactio debuit fieri per chri-
sti mortem. Primum patet: quia si quis deberet
fractum reparare ad hoc teneretur homo vel dia-
bolus qui destruxit/ non deus qui construxit qui
sine satisfactione et sine iniuria potuit gratis re-
mittere: qui enim ab alio iustitiam tenet: non ex se
potest cum homicida dispensare: sed dimittens
cum perdit iustitiam suam: sicut rex si a nullo ho
mine tenet iustitiam suam nulli hoī facit iniuriam

si homicidam dimittit: sed erga deuꝫ a quo tenet
delinquit/ si sine causa hoc facit. nec forte papa
propter hãc iniusticiaꝫ potest excõmunicare si ab
eo non tenet plus q̃ officialis prepositum dimit-
tentẽ homicidam laicuꝫ nisi forte quia ledit rem-
publicam: sed deus a nullo tenet iusticiam. vnde
licite remittit penam iustã. ¶ Scðo ꝙ sic decuit
quia in stabilimento ⁊ fundamento cõmunicans
maxime decet post delicta puniri vt omnia sequẽ
tia sint terrori: quia enim non ꝓfertur cito con-
tra malos sentẽtia: idcirco filij hominum absq; vl
lo timore perpetrant mala. Unde Romulus fra
trem suum transgredientem muros in fundatio-
ne rome occidit. Et deus angelis peccantibus
non pepercit: nec primis parentibus: nec mundo
a diluuio: ideo decuit vt primum peccatum nõ re-
maneret inultum. ¶ Tertio ꝙ ꝑ mortem christi
per idem: quia sicut primum peccatuꝫ debuit pri⁹
puniri/ ita ⁊ amplius. ⁊ ideo vt ostẽderetur quan
tum deus odit peccatum voluit satisfactioneꝫ ei⁹
esse maiorem dolorem: qui esse possit in via. et sic
fuit mors christi. ideo ⁊c. ¶ Si dicatur/ sancti-
us est nocentem absoluere / q̃ innocentem con-
demnare. est dicendum ꝙ homo qui non potest in
nocenti occiso vitam corporis restituere vel me-
lius recompensare / potius debet nocenti parcere
q̃ innocentem ledere: sed deus qui potest recom-
pensare potest innocentem morti tradere / etiam
sine suo et alterius peccato: multo melius pro
peccato aliquo. melius enim fuit christo innocen-
ti pro nobis mori vt gloriosior resurgeret: q̃ si nõ
fuisset mortuus. ¶ Sed vtrum liceat homini
pro latrone offerentẽ se interficere ⁊ illum dimit
tere Dicendum ꝙ non: qr hoc non est ius suũ sed
alterius/ puta dei et reipublice dimittere: et⁹ ius
alienũ ledere. expedit enim reipublice punire no-
centes / etiam saluare innocentes. sed cui dicitur
tibi soli peccaui inquantũ est peccatũ / ⁊ cuius est
vita et mors potest si vult vnum pro altero acce-

Ad rões aũ oppõm Ad primũ Durãdus vbi supra.

ptare. ¶ Ad argumenta principalia respondent
alij. Ad primum ꝙ q̃uis diabolus iniuste homi-
nem detineret: ⁊ sic debet a deo per potentiam li-
berari: tamẽ homo iuste detinebatur: ⁊ sic nõ fuit
per solam potentiam eripiendus: sed per satisfa-
ctionem congruam: vt deo exhiberetur reueren-
tia contra quem fuerat culpa commissa.

Ad scðm.

¶ Ad secundum argu. dicendum ꝙ in opere no-
stre redemptionis apparuit maxime mĩa diuina/
non obstante ꝙ fuit facta ꝑ moduꝫ satisfactionis
quia cũ homo satisfacere non poterat pro pecca-
to totius nature humane modo quo postea dice-
tur/ deus satisfactorem dedit filium suum. et hoc
fuit abundantioris mĩe: q̃ si peccata absq; satis-
factione dimisisset.

¶ Questio secunda.

SEcundo queritur/ vtrum ali-
qua pura creatura satisfacere
potuerit pro natura humana.

Primum.

¶ Et arguit̃ ꝙ sic: quia gra-
uius est peccatum mortale a-
ctuale q̃ originale: sed quili-
bet potest ꝓ peccato suo actua
li mortali satisfacere: adã etiã
pro peccato suo actuali satisfe
cit. ergo videtur ꝙ quilibet potest satisfacere pro
pecato suo originali. ¶ Item sicut se habet gra-

Secundũ

tiarũ actio ad beneficia ita satisfactio ad delicta:
sed pro beneficijs sufficit gratiarum actio q̃tum
homo potest: licet non sit equiualens beneficijs.
vnde. 8. ethicorum. dicitur ꝙ scðm potentiam famu
lans homo dijs ⁊ parentibus est iustus q̃uis eq̃-
lia reddere non possit. ergo pro delictis sufficit sa
tisfactio quam creatura exhibere potest.

In oppõꝫ

¶ In cõtrarium est: quia qui dat pro se quicquid
habet/ non potest pro alio satisfacere: sed homo
se totum debuit: quia totum a deo accepit. ergo
nulla creatura potest ꝓ alia satisfacere. ¶ Respõ

1. articul⁹. Durãdus q. 2. huius distictiõis

sio. Primo ponetur circa hoc opinio quedã. dein
de inquiretur de ipsa. Dicunt ergo quidam ꝙ ali
qua satisfactio potest dici sufficiens dupliciter.
Uno modo ꝑfecte ꝙ est condigna per quandam
adequationem ⁊ recompensationem culpe com-
misse. Alio modo imperfecte scꝫ per acceptatio-
nem eius qui est contentus. Loquendo de satisfa
ctione que est condigna/ dicendum ꝙ nulla crea-
tura potuit satisfacere pro peccato proprie perso
ne. Cui⁹ rõ est duplex. Una de qualibet creatura
Alia de descẽdẽtib⁹ ab adam spãliter. Prima ta-
lis est. non minus obligatus est deo ratione deli-
cti commissi q̃ ratione beneficij accepti: sed null⁹
potest reddere aliquod condignuꝫ pro beneficijs
acceptis. ergo nullus potest exhibere deo satisfa
ctionem condignam pro peccatis commissis. Et
hec ratio non solum videtur concludere ꝙ pura
creatura non potuit satisfacere pro suo peccato/
vel alterius condigne: sed etiam christus inq̃tuꝫ
homo non potuit condigne satisfacere pro pecca
to totius nature humane: quia christus scðm ꝙ
homo non potuit deo reddere equiualens pro be
neficijs acceptis. ¶ Specialiter autem probatur
conclusio eadem de Adam/ ⁊ de quolibet ab ipso
per viam nature descendente/ ꝙ nullus eorũ po-
tuit pro se vel pro tota natura humana satisface-
re de condigno: qr scðm omnes ante gratiaꝫ non
erat meritum/ nec satisfactio de condigno sed tã-
tum de congruo. sed nec Adam nec aliquis ꝑ viã
nature ab eo descendens potuit habere gratiam
ante reparationem suam. ergo nullus eorũ de cõ
digno potuit satisfacere ꝓ se vel pro peccato na-
ture. ¶ Si autem loquamur de satisfactione se-
cundo mõ accepta: que est scðm acceptationẽ ei⁹
cui sit. et vocatur satisfactio de cõgruo. aut loqui
mur supposita dei ordinatione: aut absolute. Si
primo modo/ sic adhuc est dicẽdum ꝙ nulla pura
creatura potuit satisfacere pro natura humana/
nec aliqua ꝑsona ꝓ seipsa: nisi virtute satisfactio
nis per christum exhibite: quia deus ipsum soluꝫ
ordinauit esse redemptorem ⁊ propiciatorem ꝓ
peccatis nostris: vt dicitur Rom. 3. Iustificati ꝑ
gratiam ⁊ per redemptionem: que est in christo ie
su quem deus posuit propiciatorem per fidem in
sanguine ipsius: propter quod supposita diuina
ordinatione per nullum q̃ per christum potuit sa
tisfieri pro humana natura. ¶ Si autem loqua-
mur absolute quid potuerit fieri. sic videtur pro-
babiliter ꝙ pura creatura potuit satisfacere pro
natura humana hoc modo: q̃uis non ita sufficiẽ-
ter et congrue sicut christus. Primũ patet sic: qñ
aliq̃ duo act⁹ ita se habẽt ꝙ bonitas vni⁹ equatur
malicie alteri⁹: bon⁹ pt ẽẽ satisfactori⁹ ꝓ malo sal
tẽ de ꝯgruo: sed possibile ẽ ꝙ act⁹ puri hoïs a deo

creati equaretur in bonitate malicie peccati ade
vel eam excederet quantum ad habitum: quia bo
nus act⁹ procederet ex maiori charitate q̃ fuerit
malicia ex qua processit peccatum ade: et quan-
tum ad obiectum quia esse respectu eiusdem sub-
iecti ex qua vnus actus sortiretur tñ finitatem et
infinitatem in bonitate quãtam alius iñ malicia
ergo videtur ꝙ actus talis puri hominis possit
tantum esse satisfactorius de congruo quantum
peccatum ade fuit demeritorius pro se ⁊ natura.
¶ Secundo patet idem sic. Peccatum ade redũ
dauit in totam naturam q̃tum ad cõdẽnationem
ergo eius penitentia potuit redundare. saltem de
congruo in totã naturam q̃tum ad satisfactionẽ
et reparationem: ⁊ ꝓbatur ꝯsequentia: qr pecca-
tum ade non redundauit in totam naturã: nisi qr
dum peccauit erat in ipso tota natura origĩaliter
ꝓpter quod mun⁹ originalis iusticie collatũ sibi
pro se et pro tota posteritate peccando amisit pro
se et pro alijs sed eodem modo quãdo penituit to
ta natura erat virtualiter in eo quare quando sa-
tisfecit pro se potuit satisfacere pro tota posterita
te nisi deus aliter ordinasset. ⁊ ponitur exempluꝫ
de milite cui datur castrum pro se et pro posterita
te qui si per peccatum suum meruit priuari castro
et successores eius. nichilomin⁹ si mereatur recu
perare castrum pro se meretur etiã illud recupera
re pro posteritate sua. Sic igitur patet ꝙ aliqua
pura creatura pro natura humana satisfacere po-
tuit de congruo nisi quia deus aliquid melius de
nobis ordinauit scꝫ vt satisfaceret pro nobis fili⁹
dei factus homo. ¶ Qꝫ etiã fuit magis cõgruuꝫ
qr aliquid dignitatis habet opus ratione agẽtis:
q̃uis principium actionis sit eiusdẽ speciei ĩ alijs
sicut idem verbum dictum a prudẽte est maio-
ris dignitatis q̃ dictum ab ignorante: et sic ĩ mul
tis alijs. Cum igitur humane nature actio in xp̃o
non fuit solũ hominis sed dei tanq̃ suppositi a gẽ
tis cuiusdam amplioris dignitatis fuit ad satisfa
ciendum pro natura humana q̃ actio et passio cu-
iuscunq; puri hominis. ¶ Argumẽta procedunt
vijs suis: qr prima duo probant ꝙ pura creatura
potuit de congruo satisfacere loquendo absolu-
te et non habendo respectum ad ordinationẽ diui
nam de cõtrario. ¶ Argumentũ autem in opposi

ij. articul⁹ Inquirit; doctor de dictis du.

tuꝫ probat ꝙ nulla creatura potuit de cõdigno sa
tisfacere pro peccato suo vel alterius et illud põt
concedi. ¶ Quantum ad secunduꝫ inquirẽdo de
predictis ꝙ primo dicunt nullũ pro delicto suo cõ
digne possit satisfacere. verum est gratia non sup
posita qð bene ꝓbat ratio secunda: sed supposita
gratia qñ homo possit ex toto satisfacere pro pec-
cato veniali vel pro reatu mortalis non videt̃ ve-
rum: qr ad condignitatẽ satisfactionis sufficit iu-
sticia vĩdicatiua que est hmõi reordiatiua vt in sa-
tisfaciendo sit tanta humilitas et bonitas: quãta
in offendendo fuit superbia et malicia et cum hoc
ꝙ sit equalitas pene debite ad solutionẽ. Hoc aũt
est possibile: qr habens charitatẽ potest eque intẽ
se vel intensius ferri in deum detestando peccatũ
mortale vel veniale ꝙ erit maior bonitas hec q̃
fuit malicia in peccando: ita ꝙ erit equalitas act⁹
ad actũ: et si pri⁹ ex obiecto offenso hẽbat infinita
tẽ secundus ex eodẽ obiecto penitentie qui est de⁹
et ex grã informante et deo cooperãte habebit in
finitatem. ¶ Iteꝫ cũ pena debita sit temporalis

illa totaliter solui potest. ¶ Ad primam rõnem

Ad rões durandi. a

dicendum ꝙ lꝫ filius non possit recõpensare patri
beneficium: potest tamen condigne emendare de
bita. quod patet: qr tantum potest penitere et fa-
cere ꝙ pater peccabit nisi totuꝫ sibi remittat. hoc
autem est meritum condigni facere sibi debitum
et debitorem: sed hoc est: quia cũ omne operãs sit
melius omnibus suis operibus: quia causa equi-
uoca principalis excedit suũ effectum quicq̃d fi-
lius patrꝫ facit min⁹ bonũ est seipso faciẽte seipm
autem patri debet et vlterius si bonuꝫ est ꝙ patri
exhibet a patre habet potentiam operatiuaꝫ ⁊ sic
de hocipso debitor est patris et sic semper ꝙ patri
exhibet quo ad opus operans in quo essentialiter
consistit bonitas minus est beneficio ꝙ a patre ac
cepit et multiplicatur beneficium quãto patri plu
ra bona facit et ob hoc non potest condignuꝫ red
dere patri pro beneficio accepto: sed non sic ei ra-
tione delicti obligatur vt semper sit peius maluꝫ
ꝙ ei facit bono ꝙ sibi facit sed potest esse min⁹ nec
quando sibi emendat primam offensam: incurrit
nouam offensam. sic ergo homo minus obligatur
deo ratione delicti q̃ beneficij. Tum quia maius
est beneficium a deo receptum q̃ quodcũq; reddi
tuꝫ seruitiũ ⁊ qð de manu dei accepit deo tribuit
non solum opus operans: sed omnia quomodo fi
lius aliquid potest dare patri ꝙ tamen a patre nõ
accepit: ⁊ sic minus deo q̃ parẽtibus equiualẽs
beneficio reddere possumus maxime quia deo ni-
chil confert iusticia nostra sicut parentibus con
fert iusticia filij: sed penitentia dñi placans suppo
sita gratia plus potest habere de bono in se substã
tiue ⁊ obiectiue q̃ habuit de malo culpa offendẽs
nec placatio est noua offensio ideo condigne po-
test homo satisfacere. ¶ Sed in hoc ꝙ dicũt gra-
tia non supposita non posse condigne satisfieri be
ne concludit secunda ratio et hoc ideo quia grati
am ⁊ amicitiam hominis potest homo mereri de
condigno: quia vnus homo alium tenetur dilige
re: et si ad amicitiam se reddat dignum tenetur
eum recipere sm̃ illam inclinationem naturaleꝫ
qua homo est animal politicuꝫ. ¶ Qꝫ si aliquis
dicat ꝙ nullus tenetur alterum ad amicitiam re-
cipere nisi velit: saltem ad amandum alium tene-
tur: deus autem non. si igitur gratiam dei non ha
bet nisi deus velit sibi gratias concedere et aliter
non potest eam habere nec deum potest sibi face-
re debitorem gratie dande: nec ante gratiẽ potest
esse dignus illorum q̃ amicis solent fieri sicut ami
cis suis debita condonantur et voluntates implẽ
tur. ergo sine gratia non potest condigne satisfa-
cere. ¶ Qð dicunt tertio ꝙ christus sm̃ ꝙ homo
non potuit satisfacere de condigno quia se totum
debuit si intelligunt ꝙ sola humanitate exclusa
deitate non potest. verum est: ⁊ tamen ratio nõ co
git: quia si dedisti michi decem libras de istis pos
sum facere tibi emendam pro meo et magis pro
alieno delicto: sed totas decem libras tibi debeã
debito morali non legali: quia quantum est bene
ficium tantum tenetur beneficiatus: ita ꝙ de vita
humana a deo sibi data / potuit satisfacere deo ꝓ
alio ⁊ alius pro seipso licet hoc ipso faciẽdo plus
obligaretur deo ex beneficio non delicto. Si
autem intelligant ꝙ nec cum deitate falsum est:
quia ex ea habuit valorem maximum ⁊ infinitum
Q̃uis enim passio hominis iesu christi fuit finita

nec aliquã infinitatẽ traxit a deitate inq̃tum nec
per se nec per accidẽs cadebat passio in deitate. ta
men omnis actio christi inq̃tum fuit suppositi in
finiti quãdã infinitatem habuit ⁊ hmõi fuit electio
eius in qua principaliter et essentialiter consiste-
bat meritum eiꝰ ⁊ satisfactio. ¶ Qñ dicũt quar-
to. Supposita dei ordinatione nullaz aliã creatu
ram potuisse satisfacere certum est: qꝛ nõ est satis-
facere deo nisi solo modo sibi placito ¶ Qñ di-
cunt quinto ꝙ absolute pura creatura cõgrue po-
test satisfacere si sic intelligant ꝙ de potentia ab-
soluta deus sine iniusticia potuit actuz pure crea
ture acceptare in satisfactionẽ. verũ dicunt: sed si
intelligunt sic ꝙ ita sufficiẽter potuit pura creatu
ra pro omnibus satisfacere sicut adam potuit om
nes inficere ꝙ rõnes concludunt non est verum. ⁊
hmõi ratio est: quia cum vnus homo pro alio sa-
tisfaciat ẽm istos ad deliberationez. nichilominꝰ
requiritur ꝙ iste maiorẽ penitẽtiam faciat ꝑ alio
q̃ ille faceret pro seipso: tamen ẽm alios oportet
ꝙ eque magnam. Secũdũ alios autem si sufficit
minor per maiorẽ charitatem tamẽ proportiona
biliter ad charitatẽ. nunc autem pena debita pec-
cato ade erat mors duplex omnium hominũ mun
di ⁊ omnis penalitas. ergo cũ vnius pueri homi-
nis vel creature actus vel passio cũ charitate qua
cũq3. dũtamen finita non possit oĩbus istis equi-
pollere. ergo non potest sufficienter satisfacere.
¶ Ad primã rationẽ dicendũ ꝙ si intendunt con
cludere de alio ab adam non valet: quia peccatuz
ade non redundauit in totam posteritatem ꝓpter
magnitudinẽ sue malicie: sed propter hoc ꝙ ipse
erat principium totiꝰ nature ꝙ nulli a primis pa-
rẽtibꝰ cõpetit. Si aũt itelligat̃ rõ de ipso adã non
valet qꝛ ad debitã satisfactionẽ ꝓ pctõ suo vel ali
eno nõ sufficit i actu petẽdi eẽ tm̃ de bonitate for-
mali in actu peccãdi fuit de malicia formali: quia
hoc reqrit̃ ad remissionẽ soliꝰ clpe et pene eterne:
et non sufficit ad remissionẽ pene temporalis. ⁊ qꝛ
remissio peccati quo ad culpam ẽm eos est ꝑ ordi
nationem voluntatis que nisi tantũ reordinet̃ q̃tũ
fuit deordinata non est equalitas facta preter au-
tem hoc requiritur pene temporalis solutio pena
autem debita illi peccato est omne malum totius
nature humane inde secutum cui non adequatur
quodcũq3 finitũ bonum suppositi finiti. ¶ Ad se
cundam dicẽdum ꝙ adam suo peccato potuit na
turam grauare priuando eã dono sibi collato sub
conditione non peccandi: ⁊ si postea fuisset sibi re
promissum illud donuz pro sua posteritate sub cõ
ditione penitendi ita remeruisset sibi et suis peni
tendo sicut perdiderat sibi et suis peccando: nũc
autem l3 penitendo haberet in se totam naturam
sicut habebat peccando: qꝛ penituit anteq̃ genuit
et actus penitẽdi plus habuit de bono formali q̃
actus peccandi de malo formali: qꝛ tamen habuit
plꝰ de malo virtuali quia ex illo peccato fuit rea
tus pene in tota natura: ideo quicũq3 vult illum
amouere satisfaciendo oportet ꝙ hoc faciat per
actum toti illi malo equipollẽtem in bono qꝺ nõ
habuit adam: sed post hoc habuit ex deitate cõiũ
cta: et ex ordinatione dei facta ꝙ homo nõ habẽs
peccatum pro peccatoribus moriendo sufficeret
Ad rõnes añ oppõm ad satisfaciendum. ¶ Ad primũ dicendum ꝙ im
mo facilius est satisfacere pro actuali cuius pena
est solius peccantis. de qua potest ad plenum sa-
tisfacere q̃ de originali cuius pena obligat totuz
mundum. Et per hoc patet ad exemplum qꝺ dãt
de milite qui peccando sibi ⁊ suis perdidit castrũ
postea bene seruiendo sibi et suis meretur ipsum.
Est enim vnum castrum numero vna merces nõ
sequitur si potest mereri condigne vno actu vꝰ plu
ribus vnum castrum numero sibi et suis successo-
ribus ꝙ propter tale castruz hoc vnũ imperpetuũ
mereatur singulis cuilibet per se sicut debet esse
in proposito quia quot sunt homines tot perdide
runt originalem iusticiam et tot incurrerunt mor
tes: quia singuli singulas erant habituri: et singu
li singulas mortes incurrerunt. et hec est cã qua-
re angelus non potuit hominem redimere: quia
tantum est natus glorificari homo quantũ ange-
lus: nec minor est quantum ad bona gratie et glo
rie minimus homo maximo angelo creato vel crea
bili. Quis tota natura humana sit minor minimo
angelo quo ad esse nature: ideo vnus angelus nõ
potuit satisfacere de condigno pro hominibꝰ om-
nibus plusq̃ vnus purus homo: quia satisfactio
magis fienda erat pro bonis gratie et glorie recu
perãdis q̃ pro bõis nature. Ad alia patet solutio
ex dictis. ¶ Distinctio. xxi. Qõ. i.

CIrca vigesimamprimam di- Disti. xxi. Qõ. i.
stictionẽ querũtur quattuor.
¶ Primo vtrum i morte xp̄i
deitas fuit separata a carne
vel ab anima. ¶ Secundo si
humanitas integra fuisset de
relicta sibi vtrum fluxisset ab ea
esse actualis existentie vel sub
sistentie an ab extrinseco.
¶ Tertio vtrum corpus christi fuit putrefactũ.
¶ Quarto vtrum corpus xp̄i fuit idem numero Primum
viuum et mortuum. ¶ Quantum ad primũ vide
tur ꝙ in morte xp̄i deitas fuit separata a carne et
anima sicut caro et anima fuerunt ab inuicem se-
parata: quia vnio alicuius ad duo vbi duo sunt est
duplex et non vna: sed caro ⁊ anima adinuicem se
parata sunt duo vt duo. ergo si i morte christi dei
tas fuisset vtriq3 vnita fuissẽt due vniones et non
vna quod est inconueniens: quia cum ante mortẽ
non esset nisi vnio in morte esset facta noua vnio
quod non ponitur. ¶ Item vnio creature cũ per Secundũ
sona diuina non est vnio ꝑ naturam sed ꝑ gratiaz
Sed corpus non aĩatum non est capax gratie. er
go videtur ꝙ deitas non fuit vnita corpori a quo Tertium
erat anima separata. ¶ Item propter vnionẽ est
cõmunicatio ydiomatum sed nunq̃ fuit veruz di
cere ꝙ filius dei esset corpꝰ vel anima. ergo i mor-
te xp̄i deitas non fuit corpori vel anime vnita.
¶ In cõtrarium est quod dicit Damas. li. tertio In oppõz
cap. ij. Et si xp̄s mortuus vt homo et sancta eius
anima ab incontaminato corpore diuisa: tamẽ dei
tas inseparabilis ab vtrisq3 permansit. ¶ Et ar-
guitur ratione: quia que sunt nature humane non
dicuntur de filio dei nisi ratione vnionis: sed de fi
lio dei nisi ratione vnionis: sed de filio dei dicit̃
illud quod conuenit corpori post mortẽ scz esse se
pultum. quod patet ex symbolo apostolorũ vbi dꝛ
passus ⁊ sepultꝰ est: ⁊ mortuꝰ. & filiꝰ dei fuit vnitꝰ
corpori mortuo. ⁊ eadem ratio est de anima a cor
pore separata: qꝛ sicut filius dei dꝛ esse sepultꝰ rõe
corporis: ita dꝛ descẽdisse ad inferos rõne anime Rñsio
¶ Rñdeo. tria sunt vidẽda. ¶ Primo de sepatiõe
dinitatꝭ ab hũanitate quo ad totũ. ¶ Scdo q̃tũ
ad ptẽ q̃ ẽ aĩa. ¶ Tertio q̃tũ ad ptẽ q̃ est corpus.
i. articulꝰ. Durã. di. p̄sti. q. i. ¶ Quantũ ad primũ dicunt sic aliq ꝙ differt ces
satio vnionis et separatio vnitorũ. Cessat enĩ vnio
aliquorũ ꝑ desitionẽ alteriꝰ extremi: sed nõ sepa-
rantur ꝓprie nisi q̃ manẽt post separationem post
quaz soluta est eorum vnio. Vñ forme naturales
alie ab aĩa qñ fit corruptio suppositi vel cõpositi
nõ dicunt̃ separate a materia: qꝛ nõ manẽt. cessat
tñ eorũ vnio cũ materia: sed sola aĩa rõnalis dicit̃
separari: qꝛ remanet soluta eius vnione cũ mate-
ria. hoc supposito dicẽdũ ad q̃stionem ꝙ in morte
xp̄i humanitas nõ fuit ꝓprie separata a deitate.
cessauit tñ vnio eiꝰ cũ illa qꝺ patet ex dictꝭ: quia
vnio cessat cessante altero extremo: sed nõ fit pro-
prie separatio nisi ꝑmanẽtiũ post sepationẽ. Hu-
manitas aũt cũ noĩet cõpositũ ex aĩa et corpore
simul iunctis in rõne materie et forme desiit esse i
morte xp̄i. alioquin xp̄s non fuisset vere mortuus
cũ vita stet stante vnione aĩe cũ corpore. & in mor
te xp̄i cessauit vnio hũanitatis cũ deitate: sed nõ
fuit cessatio illa separatio ꝓprie dicta. ¶ Sed cõ
obijcit doctor cõtra istud dcm̃ durã. ⁊ soluit. tra hoc potest argui: qꝛ l3 corpꝰ nõ dicat̃ separari
ab aĩa rõnali: qꝛ ipm̃ nõ manet sed corrũpit̃: tamẽ
ecõuerso ipa aĩa q̃ nõ corrũpitur dicitur separari
a corpore sicut ꝑpetuũ a corruptibili. Et simĩr l3 hu
manitas que corrupta est ꝑ mortẽ nõ possit dici se
parari a diuinitate. qꝛ qꝺ nõ est nõ separat̃: cum se
paratio sit passio entis: tñ ecõuerso deitas q̃ non
corrũpit̃ põt dici separari ab humãitate corrupta
eo ipso ꝙ desiit esse vnita. ¶ Et dicẽdũ ꝙ nõ est
simile propter duo. Primo qꝛ aĩa separata nõ re-
manet coniũcta partibꝰ corporis nec materie nec
forme. Secũdo qꝛ corpꝰ remanet l3 dictũ equiuo
ce. separatio aũt est entis ab ente ⁊ nõ entis a non
ente. dicitur ergo aĩa separari a corpore: qꝛ nec re
manet coniuncta corpori nec parti corporis ⁊ illꝺ
est corpus vere et ꝓprie dictum l3 alteriꝰ rõnis si
est alia forma: sed secꝰ est ex parte ista: qꝛ nulla re-
manet hũanitas ꝓprie dicta nec illa nec alia nec
ab ea aliud possit dici separari et manet cõiunctio
ad oẽs partes eius sicut prius l3 nõ integrant to
ij. articulꝰ du. vbi. s. tum. ¶ Quantũ ad secũdũ de aĩa dicunt idem ꝙ
nõ fuit separata a deitate nec eorũ vnio aliquomõ
fuit soluta quod patet tripliciter. ¶ Primo sic.
illud quod per gratiã concedit̃ nunq̃ amittitur
sine culpa. Unde Ro. xi. dicitur ꝙ sine penitentia
sũt dona dei id est sine retractatiõe q̃tũ est ex par
te dei dantis. sed vnio creature cũ ꝑsona diuia est
maxime gratuita. ergo non amittitur nisi ꝑ culpã.
cũ ergo in xp̄o nullum fuit peccatum nullo modo
vnio diuinitatis cum humanitate soluta fuit ma
nentibus extremis vnionis. Anima autez mansit
post mortẽ xp̄i cum sit immortalis. ergo vnio di-
uinitatis cum ipsa nunq̃ fuit soluta. ¶ Secũdo
sic. perfectior et maior est vnio ꝑ assũptionẽ ⁊ frui
tionẽ simul q̃ ꝑ fruitionẽ solã: l3 vnio que est per
fruitionem est inseparabilis. aliter fruentes non
essent perfecte beati: quia non essent certi de ꝑmã
sione sue beatitudinis. ergo fortiori ratione vnio
aĩe xp̄i cũ deitate q̃ erat ꝑ assumptionẽ ⁊ fruitio-
nem similiter fuit iseparabilis. ¶ Tertio sic. xp̄s
assumpsit naturam nostrã: non solum vt nos redi-
meret patiendo in ea: sed vt eam repararet et glo
rificaret resurgendo. Et ideo non fuit conueniẽs
ꝙ filius dei in morte scz animã desereret que post
triduum erat corpori reunienda in eius gloriosa
resurrectione. ergo vnio deitatis cum anima nul
lo modo soluta fuit neq3 ꝑ separationem vtriusq3
partis remanentis neq3 per cessationez alterrius.
¶ Cõclusio autẽ in se vera est scz ꝙ ab aĩa nõ sit
facta separatio nec cessauit vnio: qꝛ in xp̄o nõ de- Arguit doctor cõtra istud dcm̃ durã.
bet poni aliqua imperfectio non necessaria ad sa-
lutem. si ergo propter hoc caruit gratia corporis
ante resurrectionem quia mors erat nobis neces-
saria ad salutẽ et ꝑ hoc a principio non caruit glo
ria anime que non impediebant salutẽ. Cuz enim
gloria anime in triduo non impediuerit salutẽ: qꝛ
non minus potuit descendere ad inferos gloriosa
q̃ non gloriosa: quia non descendebat ad patiẽdũ
sed ad liberandũ et illuminandum. ideo ⁊c.
¶ Prima autem ratio aliorũ est solubilis: quia
quod concedit̃ ꝑ gratiam gratis datam sepe am-
mittit̃ sine culpa. sicut spiritus prophetie et gene
ra linguarum que dãt̃ aliqñ ad tẽpus ⁊ de gratia
miraculorũ. Similiter de gratia gratum faciẽte
ꝑ quã paulus et moyses fuerunt admissi ad visio
nem: qua durante non peccauerunt: et tamen eam
perdiderũt et consolationes spũales actuales nõ
semp durant actu vsq3 ad culpam: immo sine cul-
pa et inuitis subtrahuntur que tamen gratis con
ceduntur. ¶ Per idem potest impugnari minor
secunde rationis: quia vnio fruitionis in moyse ⁊
paulo fuerunt separate. Maior etiam non conclu
dit recte: quia vtraq3 est perfectior altera: non ta-
men propter hoc sequitur ꝙ sit minus separabilis
quia cum humanitate fuit vtraq3 a qua saltem est
separata quo ad cessationem vnionis quod nõ est
in simplicibus beatis. ¶ Ad tertium posset dici
ꝙ remansisset vnio fruitionis que potest esse i ani
ma separata et non remansisset vnio assumptiõis
ex quo vna fuit assumptio qua assumpsisset medi
ante toto. Unde partes cessante assumptione toti
us cessauit assumptio partium sicut alij dicũt.
¶ Quantũ ad tertiuz de corpore dicunt quidam
ꝙ non potest sic dici omnino. immo oportet aliter 3. articulꝰ du. vbi. s.
dicere ẽm ponentes diuersitatẽ formarum substã
tialium et aliter ẽm ponẽtes vnitatẽ earum. si enĩ
in homine sit talis pluralitas formarũ: ita ꝙ cor-
pus sit corpus per aliquam aliam formam ab ani
ma que maneat in eodem corpore viuo ⁊ mortuo:
vt dicũt. ¶ Dicendũ est ꝙ a tali corpore nunq̃ ẽ
deitas separata nec earuz vnio soluta propter eas
dem rationes q̃ dicte sunt de anima: maxime pro
pter secundam et tertiam. ¶ Si autem in homie
non sit aliqua forma substantialis preter animaz
tunc est dicendum ꝙ deitas non fuit proprie sepa-
rata a corpore. Cessauit tamẽ eius vnio cum cor-
pore. quod patet arguẽdo vt prius arguebatur de
humanitate: quia vnio cessat cessante altero extre
morum: sed non est separatio nisi ꝑmanentium.
¶ Secundum autem hanc opinionem corpus de
siit esse per mortem illud quod erat essentialiter:
quia cum corpus non nominet solam materiam
sed compositum ex materia et forma dante esse
corporeum de intrinseca et essentiali ratione cor
poris est forma per quam habet esse corporeum.
Si autem in homine non sit alia forma ab anima
sed per eam habet esse corporeum ⁊ animatum: et
sic de ceteris perfectionibꝰ cum illa separata fuit
i morte sequitur ꝙ corpus desierat esse quod erat
essentialiter et sic soluta est eiꝰ vnio cũ deitate ꝑꝑ

desitionẽ eius q̃uis nõ sit facta separatio ꝓprie:
q2 cũ cursus nature habeat hoc ꝙ ad separationẽ
aie a corpore introducit̃ in eadẽ materia determi
nata forma substantialis cũ silibus dispositionib9
q̃ fuerunt in corpore viuo: ideo corpus mortuũ di=
citur fuisse corpus sc3 viuẽtis hoĩs. ¶ Et iterũ i
xp̃o dicunt̃ hec esse speciali rõne: q2 corpus viuũ ꝛ
mortuũ fuit eidẽ supposito vnitũ rõe cui9 vnionis
dicitur fili9 dei fuisse in sepulchro sicut si fuisset oĩ
no idẽ corp9 quod pri9. Neq3 debet dici noua vnio
simpliciter ꝓpter vnionẽ suppositi diuini cu3 isto
corpore: q2 ista non est facta principaliter ꝛ ꝑ se: s3
ex naturali ꝯcomitãtia vel cõueniẽtia ad primu3
vbi ante vnũ ꝓpter alterũ vtrobiq3 tñ vnum siue
ante corpus mortuũ et viuũ fuerit idẽ ꝑ essentia3
siue nõ. decuit tñ ꝙ incineraret post mortem: tum
ꝓpter dignitatẽ diuinitatis cui vniebat̃: tum quia
xp̃s non assumpsit defectus humane nature: nisi
q̃tum expediebat ad finem redemptionis nostre
et ideo cũ opus redẽptionis nostre fuit in morte
cõpletũ fm qð dicit xp̃s Jo. xx. Consummatum
est. ꝓpter hoc putrefactio ꝛ incineratio que sunt
defectus mortẽ consequentes nõ debuerũt esse in
Nõ.j. corpore xp̃i. ¶ Utrũ autẽ xp̃s possit dici aial vel
aĩatus in triduo qñ non erat homo? Dicẽdum ꝙ
xp̃s habẽs aĩam sibi vnitã in triduo nõ poterit di
ci ꝑ eam aĩatus aĩa ꝓprie vel aĩal: q2 esse aĩatũ vel
aĩal est habere aĩam: non quocũq3 modo sibi vni=
tam s3 se informantẽ: sed xp̃s poterat dici anima
non ꝓut dicit partẽ: sed ꝓut dicit habẽs naturam
aĩe sicut aĩa separata dicitur aĩa: q2 subsistit in na
tura aĩe. Sicut eñ ab humanitate sic denoĩat̃: sic
denominatur humanitas subsistens. homo ita cũ
anima subsistens dicatur anima vnita per se ver=
bo denominat ip̃m anima et silr ex corpore vnito
sibi poterat dici non corporeus nec carneus pro=
prie: sed sicut illa corporeitas sibi relicta faceret
suppositum quod diceretur corpus vel caro prout
dicitur de mortua: sic suppositũ diuinũ in ea subsi
stens potuit dici caro vel caro ꝓut nominat subsi
stens in natura corporis perfecta non prout dicit
partẽ. Si autẽ assumpsisset ꝑ se illa q̃ non sunt na
ta ꝑ se esse nisi sola diuina virtute vt sunt acciden=
tia et forme substantiales et corporales: tunc de=
nominaretur ab illis. non illo modo quo denomi
nantur fm legem cõem qð sonat in informationẽ
sed ꝓut denominãt fm legem priuatã miraculose
subsistẽdum. Uerbi gratia. Albedo assumpta nõ
faceret album: q2 esse album est informari albedi
ne et habere eam sicut formã: sed sicut albedo sub
sistens esset albedo et nõ alba: sic diceretur xp̃s al
bedo nõ in isto sensu ꝙ deitas esset eẽntia albedis
fm ꝙ esset subsistens in natura albedinis. Siliter
si assumpsisset formã bouis nõ esset bos: sicut nec
erat in triduo: q2 esse bouẽ est subsistere in ꝑfecta
natura bouis sed diceretur anima bouis concreti
ue non abstractiue sicut illa diceretur sic nec deno
minarentur forme inseparabiles si separarentur
sicut nominat̃ forma q̃ naturaliter separatur que
retinet idem nomen: sed tamen fm aliũ sensum q2
nõ separata supponit ꝓ forma separata ꝓ suppo=
nendo. si ꝓo sola q̃titas separata assumeret̃ face
ret deum esse q̃tum ꝛ q̃titatem / si verũ est ꝙ aliq̃
Ad rõnes ãñ oppõm dicunt ꝙ ipsa denoĩat seipsam. ¶ Ad argumenta
principalia dicendũ ad primũ ꝙ vnio prima diui=
nitatis cũ humanitate fuit actu vna. Potẽtia ꝓo
plures: q2 in toto continentur plures partes: et iõ
potentia reducta est actum quando humanitas ꝑ
mortẽ resoluta est in suas partes nec est aliqð in=
conueniens: q2 talis nouitas sit in vnione partiũ
humanitatis ad diuinitatem. ¶ Ad secundũ di= Ad scðm
cendum ꝙ vnio creature ad personam diuinã non
fit ꝑ gratiam habitualẽ gratũ facientẽ cuius sola
creatura rationalis est capax sed ꝑ solã gratuitã
dei voluntatem ꝑ quã indifferẽter põt vniri crea
tura rationalis ꝛ irrationalis. ¶ Ad tertiũ dicẽ= Ad tertiũ
dum ꝙ vnio facit cõicationẽ ydiomatũ solu3 quo
ad terminos concretos importantes suppositum
quia solum ratione talis suppositi fit talis cõica=
tio. aĩa autẽ ꝛ corpus que sunt partes dicunt natu
ram et nõ suppositũ. propter quod non potest dici
ꝙ filius dei sit anima vel corpus quod est pars.

¶ Questio secunda.

[S]Ecundo queritur vtrum si hu Nõ.ij.
manitas christi derelinqueret̃ Primum
sibi flueret ab ea esse actualis
existentie vel subsistẽtie: aut ab
extrinseco solum induceret̃ in
eam? Et videt̃ ꝙ non: q2 nihil
plus haberet illa essentia per=
fectiõis q̃ nũc habeat immo
esset minus perfecta: s3 nũc nõ
fluit ab ea subsistere nec existere substantiale fm
multos ergo nec tunc. ¶ Contra humanitas sibi In oppõ3
derelicta se haberet sicut cetere essentie create: s3
in ceteris esse fluit ab essentia vt multi dicunt. er=
go ꝛc. ¶ Responsio. Questio ista supponit ꝙ esse Rñsio
differt ab essentia nec aliud esset in illa essentia q̃
in ceteris. de quibus sunt due opiniones probabi
les. ¶ Prima dicentiũ ꝙ esse nõ fluit ab essentia j. opinio
sed in eam reducitur totaliter ab extra: ꝛ ipsa se
habet ad ip̃m sicut receptibile sicut aer ad lumẽ.
¶ Confirmatur autẽ ista opinio q̃nq3 rationib9.
¶ Prima talis est. Si esse flueret ab essentia ipa j. ratio
se haberet ad ipsum effectiue et non tantũ mate=
rialiter: quia forma non fluit a materia l3 educat̃
de ea sicut lux fluit a sole a quo est effectiue: s3 es=
sentia non potest se habere ad esse suum actiue: q2
nulla res dat sibi esse simpliciter: quia fm Augu.
Nulla res generat seipsam vt sic. ergo esse nõ fluit
ab essentia. ¶ Secunda ratio talis est. Nullum ij. ratio
creatum fluit ab aliqua creatura: q2 tunc creatu=
ra crearet vel concrearet: sed omne esse est creatũ
quia prima rerum creatarum est esse: et esse est ef=
fectus primus et communissimus: ꝛ ꝑ consequẽs
proprius esse prime sicut ignire est primus ꝛ pro=
prius effectus ignis. ergo ꝛc. Et confirmatur q2
quod est tale per essentiam est causa essendi omni
bus aliis. Unde cum deus sit suum esse: ipsum est
causa essendi omnibus que ipsum esse participant
¶ Tertio sic. Illud qð p̃supponit̃ in re ante oẽm iij. ratio
creationẽ nõ potest esse causatũ a re ipsa: q2 causa
p̃cedit causatũ / ꝛ non ecõuerso: q2 causa est illud
ad cui9 esse sequit̃ aliud. ꝛ sic ante oẽm creatione3
supponit̃ esse causa. ergo ipossibile ẽ ꝙ res sit cau
sa sui esse. ¶ Quarto sic. Illud habet res a se qð iiij. ratio
habet ꝑ se ꝛ sicut creante a seipso: sicut diceret̃ aq̃
ex se vel a se frigida: q2 frigiditas fuit a pricipiis
eius. vnde ꝑ se inest scðo modo dicẽdi ꝑ se: s3 res
nõ habet esse ab alio. ergo. ꝛc. ¶ Quinto sic. Il=
lud nõ fluit a re in cui9 oppositũ tẽdit res sibi de= Quita rõ
relicta: sicut calor nõ fluit ab aqua: q2 aq̃ sibi dere

licta tendit in frigiditatẽ ꝛ oppositũ caloris: sed
oĩs creatura sibi derelicta tendit in nõ esse: q2 oĩa
ad nichilũ tenderẽt: nisi man9 oĩpotẽtis ea cõser=
uaret scðm Greg. ꝛ Augu. ¶ Secũda opinio est
Scða opinio. totaliter huic cõtraria: sc3 ꝙ supposito ꝙ esse dif=
ferat ab essentia / ipsum ꝓfluit ab ea naturaliter ꝛ
intrinsece: qð cõfirmat̃ quinq3 rationib9: quaru3
Priã rõ. prima talis est. Oĩs effect9 formalis fluit a sua
causa: s3 esse est effect9 formalis essentie. ergo ꝛc.
Maior patet: q2 oẽ qð est ab alio fluit ab eo: vñ
cũ oĩs effect9 sit a sua causa / ꝑ ꝯsequẽs fluit ab ea.
Minor patet: q2 sicut se habet hec essentia ad hoc
esse: sic absolute essentia ad eẽ: sed hec essentia pu=
ta albedo / est causa formalis hui9 esse puta essen=
di albũ. ergo. ꝛc. ¶ Scðo sic. Naturale ꝓcedit ꝛ
Scða rõ. fluit a natura: sed esse est naturale essendi natura.
ergo. ꝛc. Maior pat3: q2 natura ẽ materia vel for
ma: s3 naturale illud qð cõsequit̃ materiã vel for
mã: vt sursum ferri ignẽ vel hmõi. 2. phisicorum.
Minor patet q̃tũ ad p̃mã partẽ: q2 nichil ẽ tã na
turale rei q̃tũ esse. ¶ Itẽ q̃tum ad aliam partẽ:
Tertia q2 natura rei est ei9 essentia. ¶ Tertio pat3 idẽ sic
q2 illud est magis naturale rei qð inest ei a princi
pio intrinseco actiuo ꝛ passiuo: q̃ qð inest ei tñ a
p̃ncipio passiuo: sicut mot9 grauiũ ꝛ leuiũ est ma=
gis naturalis cuius p̃ncipiũ tã actiuũ q̃ passiuũ
est intra / q̃ motus celi cui9 tñ p̃ncipiũ passiuũ est
intra: sed esse est naturalissimũ oĩ essentie. ergo oẽ
esse ꝓcedit actiue ab oĩ essentia / ꝛ nõ solũ passiue
est in ea. ¶ Quarto sic. q̃to aliquid est magis iti
Quarta mũ tãto est magis ab intra: sed esse est itimissimũ
magis q̃ potentia vel ꝓpria passio. ergo cum illa
fluat ab intra / multomagis esse. Maior patet: q2
qð est intimi9 est magis intraneũ ꝛ min9 extraneũ
ꝛ minus ab extra. Uñ et aĩa rationalis q2 ab ex=
tra inducit̃: distinguit̃ cõtra formas naturales q̃
ab intra inducunt̃. Minor supponit̃ sc3 ꝙ potẽtie
aĩe fluãt ab essentia ꝛ ꝓpria accidẽtia a suo subie=
cto. ¶ Quito sic. Illud in qð ꝑfectibile actu ens
Quinta tẽdit naturaliter sicut in suã ꝑfectionẽ fluit ab ip
so: sed oĩs essentia actualis tẽdit ad esse actualis
existẽtie sicut in suã ꝑfectionẽ formalẽ. ergo illud
fluit ab ea. Maior pat3 in aqua q̃ tẽdit in frigidi
tatẽ: q2 ita naturaliter fluit ab ei9 pricipiis. nec est
simile de materia q̃ appetit formã / sicut turpe / bo
num. 1. phisicor. nec fluit ab ea q2 nõ est actu ens.
Minor pat3: q2 oĩs essentia tẽdit in esse: ꝛ oĩa ap=
petunt participare diuinũ esse. 2. de aĩa. ergo. ꝛc.
Rñdet doctor ad rõnes isti9. 2 opinionis ¶ Qui vult sustinere p̃mã opinionẽ põt respõde
re ad argumẽta opinionis secũde. ¶ Ad primu3
dicendũ ꝙ maior est vera / minor falsa: q2 esse non
est effect9 formalis essentie: q2 causa est ad cui9 es=
se sequit̃ aliud. vnde oportet causam pri9 esse q̃ sit
causa. vnde nõ põt esse causa respectu sui eẽ: ꝛ qñ
dicit̃ ꝙ albedo est causa formalis existẽdi albũ: ne
ganda est ista: sed albedo cũ suo existere est causa
Ad scðm formalis subiecto existẽdi albũ. ¶ Ad secundum
dicẽdũ ꝙ naturale supponẽs nature essentialiũ ꝛ
existentiũ fluit ab eo sicut est ꝓprietas accidenta
lis: sed naturale qð nõ supponit rei existẽtium nõ
fluit a re: q2 oport3 pri9 existere rem q̃ aliqd fluat
Ad tertiũ ab ea: ꝛ tale naturale est ipsum esse actualis existẽ
tie. ¶ Ad tertiũ dicendũ ꝙ aliqd põt dici natura
lius alio tripliciter. Uno mõ q2 a natura magis
causatũ: ꝛ sic est naturali9 qð est ab ei9 natura acti
ue ꝛ passiue: q̃ qð passiue tñ vt arguit̃. Alio mo=
do qð est a natura magis desideratũ: ꝛ sic finis ẽ
magis naturalis: q̃ tñ min9 est a natura causat9 /
sed solũ passiue se habet ad ei9 receptionẽ. Tertio
modo q2 magis nature saluatiuũ: ꝛ hoc tertio et
scðo mõ esse est naturalissimũ: q2 sine ip̃o essentia
nõ saluat̃ naturaliter ꝛ ipsum maxime desiderat̃ /
nõ aũt p̃mo mõ. ¶ Ad quartũ dicendũ ꝙ quãto Ad q̃rtu3
aliq̃d est intimi9 tãto est magis intra: sed nõ opor
tet ꝙ sit magis ab intra: q2 de9 nõ est ab intra qui
est maxime intra. ꝛ forma substãtialis magis ab
extra est q̃ accidẽs ꝓpriũ: ꝛ tñ magis est itra. for
ma eñ substãtialis nõ fluit a materia licet educa
tur ab ea: sed ꝓpria passio fluit a p̃ncipiis speciei:
q̃ tñ min9 est itranea q̃ forma substãtialis. ¶ Ad Ad q̃ntu3
quintũ dicendũ ꝙ ꝑfectibile actu ens quo ad esse
essentie ꝛ existẽtie qñ tẽdit in aliq̃d sicut i suã for
malẽ ꝑfectionẽ illud fluit ab eo sicut naturale ꝛ ꝓ
priũ accidẽs a subiecto: sed qñ nõ est ꝑfectũ q̃tũ
ad esse actualis existẽtie nichil ꝓfluit ab eo cau=
saliter: q2 omne causatũ p̃supponit existere sue eẽ.
¶ Si quis autẽ vult sustinere secundã opinionẽ Rñdet doctor ad rõnes. j. opi.
potest respõdere ad argumenta opinionis prime.
¶ Ad p̃mũ dicendũ dupliciter. Primo ꝙ maior ẽ Ad p̃mu3
falsa: q2 oĩs effect9 formalis fluit a sua causa: nec
tñ cã formalis se habet actiue ad suũ effectum: q2
agẽs ꝛ forma nõ incidũt in idẽ numero: .ij. phisi=
cor. Scðo ꝑ iterẽptionẽ minoris sc3 ꝙ põt se hr̃e
essentia ad esse actiue: q2 aut hoc ipedit idẽtitas
aut intimitas: aut defect9 existẽtie. Non primum
q2 supponit̃ ꝙ esse differat ab essentia. Nec scðm
q2 licet idẽ nõ agat seip̃m: tñ idẽ agit in seipso: si=
cut aĩal mouet seipsum: ꝛ sic causat motũ in seip=
so. Si autẽ essentia ꝓducat esse nõ ꝓducet se: sed
aliud in se. Nec tertiũ: q2 humanitas xp̃i nõ h3 exi
stere: ꝛ tñ ab ea ꝓpria accidẽtia ꝓfluunt sicut ab
aliis humanitatib9 / als non eq̃ naturaliter ei ines
sent. ¶ Ad scðm dicendũ ꝙ esse nõ causat̃ aliť q̃ Ad scðm.
essentia nec alia creatiõe: nec esse ẽ effect9 cõior q̃
essentia: nec ꝓpri9 aut p̃m9 effect9 dei magis q̃ es=
sentia: q2 sicut ipse est suum esse / ꝛ sic sua essentia.
Unde sicut esse est in creatura sic ꝛ essentia. ꝛ si eẽ
differt ab essẽtia põt fluere ab ea formaliť: q2 etiã
materia est a solo deo effectiue: ꝛ tñ h3 causa3 for
malẽ quo ad existere / sic ꝛ esse dato ꝙ esset a solo
deo effectiue nihil tamen ꝓhibet potentiã ab essẽ=
tia effluere quasi effectum formalem a sua causa
formali. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ ꝙ illa diffinitio itel= Ad tertiũ
ligit̃ de sola cã efficiente nõ de fine q̃ est vltim9 in
executione: nec de materia que prior est forma: ꝛ
per cõsequẽs suo esse: nec de forma que est causa
essendi ipsi materie et ꝑ ꝯsequẽs prius est causa q̃
habeat esse cum cõpositum habeat pri9 esse q̃ ali=
qua pars ei9: sed nõ habet esse nisi a suis partib9
essentialib9 causalr. ergo ille pri9 causant q̃ habe=
ant esse. ¶ Prima. Ista opinio concedit ꝙ poten
tie aĩe absolute fluũt ab essentia eius fm essentiã
aĩe q̃diu est cõiuncta nõ h3 existere nec subsistere
nisi aptitudine. ergo ante existere est hmõi causa=
litas. ¶ Uel dicendum ꝙ pri9 habet aliq̃d existe
re q̃ ipsum agat actione vel trãsmutatione natu
re prius habet potentiã actiuã: q2 agere est ꝑfecti
sed nichil ꝓhibet ex aliquo imꝑfecto aliquid na=
turaliter resultare ꝑ naturalẽ ꝯcomitãtiã / cuius
vtriusq3 sit tñ vna causa agẽs extrinseca sicut po
tẽtie fluũt ab aĩa anteq̃ ipsa sit ꝑfecta ꝑ potentiã
actiuã. nõ sicut aliq̃d ꝑ realẽ actionẽ ꝓductu3: q2

creatura nō agit p essentiā: sȝ sicut naturalr̄ resul
tās concreatū. ꝛ silr̄ nō pducit̄ ab essentia: sed na
turaliter eā cōsequit̄/ ꝛ ab ea resultat ab eodē agē
Ad qrtuz te cōcreatū. ¶ Ad quartū dicendū ꝙ sicut res nō
habet a se esse sed a deo effectiue/sic nec essentiam
sed sicut a se formaliter habet esse essentie: sic ꝛ eē
actualis existentie. cū oīs actio termineť ad esse:
nec sic res habet esse ab alio: sicut aer lucē: qꝛ tūc
posset naturalr̄ eē essentia sine eē/sicut aer sine lu
ce. ꝛ cū materia sit īdeterminata: determiatio ꝑo
sit a forma cuȝ omnis essentia sit determinata ad
certū esse videť se habere ad esse nō solū sicut ma
Ad qntuz teria receptiua: sȝ sicut agēs vel mag' sicut forma
¶ Ad qntū dicēdū ꝙ essentia nō tēdit in nō esse:
īmo naturaliter appetit eē: sed dicit̄ tēdere ad nō
esse qꝛ nō pōt se effectiue cōseruare in esse nisi de⁹
cōseruet. ¶ Cōfirmať etiā opio: qꝛ esse ē a forma
magis q̄ a materia: hoc aūt nō esset verū si habe
ret se tm̄ passiue nec formalit̄ nec effectiue. Si di
cať ꝙ magis a forma qꝛ magis determinať ad eē
certū q̄ materia. ḡ sequit̄ ꝙ nō solū se habet rece
ptiue: qꝛ esse receptiuū est indeterminatū inq̄tuȝ
hmōi. ¶ Itē oīs effect⁹ dei efficiētis: aut est for=
ma sicut angel⁹ vel aīa: aut est habēs causam for=
malē: sicut materia vel cōpositū. sed esse ꝰm p̄mā
opinionem est effect⁹ dei efficientis: nec est forma
sicut ipsa essentia: qꝛ differt ab ea. ergo habet cau
sam formalē nō aūt aliā nisi essentiā. ḡ esse est ab
ea formaliter ꝛ nō cōsequēs solum ab extra: sicut
Ad rōnes p̄ncipales causam sine qua nō. ¶ Ad p̄mū p̄ncipale dicēdū
ꝰm secūdā opinionem ꝙ nūc nō fluit ab ea eē/ nō
ppter im pfectionē: sȝ qꝛ sibi nō derelīquit̄. si aūt
deponereť tūc ab ea flueret nō qꝛ esset magis pfe
cta: sed qꝛ sue nature relicta. ¶ Ad secundū dicē
dum scdm primam opinionem p interemptionē.

¶ Questio tertia.

Tertio querit̄ vtrum corp⁹ xp̄i
fuerit putrefactum. ¶ Et ar=
Primum guitur ꝙ sic: qꝛ xp̄s assumpsit
naturā viuentē: ꝛ p cōsequens
oēs defectus consequētes ad
naturā viuentē. ergo eadē ra=
tione cū assumpsit naturā mor
talē ꝛ illā mortuā habuit in il=
lo triduo debuit defect⁹ ptinē
tes siue ꝯsequētes naturā mortuā: sȝ putrefactio
est hmōi defect⁹ q̄ ꝯsequit̄ ad naturā mortuā siue
Secundū ad mortē. qre ꝛc. ¶ Itē sicut in xp̄o ponit̄ fuisse
vera mors/sic ponit̄ fuisse vera resurrectio: sȝ ma
ior et verior est resurrectio q̄ est a corpe putrefa=
cto ad corp⁹ viuū q̄ illa q̄ est a corpe nō putrefa=
cto ad corp⁹ viuū. cuȝ igit̄ resurrectio xp̄i debeat
poni maxīa ꝛ verissima: qꝛ ipa ē forma exēplaris
Tertium. nostre resurrectionis. ergo ꝛc. ¶ Itē qn̄ aliquis
assumit aliquā naturā specificā assumit oēm pro=
prietatē cōsequētē illā naturā. cū igit̄ putrefactio
sit passio corpis mixti corpalis ꝛ xp̄us assumpsit
Quartuz. corp⁹ mixtū corruptibile. ergo ꝛc. ¶ Iteȝ natura
nichil incipit qđ nō possit pficere 3. metheororū.
ꝛ in de ce. ꝛ mū. ꝛ ratio ē: qꝛ tūc faceret aliqđ fru=
stra cui⁹ oppositū patȝ p̄mo ce. ꝛ mū. cū igit̄ natu
ra in xp̄o incepit q̄si viā ad putrefactionē p mor=
Questiū= cula scda. tem/ videť ꝙ illā terminauerit. ¶ Iuxta hoc q̄ri
tur vtrū cā nō putrefactionis fuit acceleratio re=
surrectionis. Et videť ꝙ nō: qꝛ illa icorruptio so
li xp̄o ꝛ ex speciali p̄uilegio videť cōuenire: sȝ in=
corruptio q̄ est p̄seruatio ab incineratione ꝛ putre
factione p acceleratā resurrectionē anteq̄ facta
sit huiusmodi corruptio/nō fuit p̄uilegiū xp̄i nec
soli xp̄o cōuenit: qꝛ etiā videť btē virgini cōuenis
se/vt patet p Augu. in quodā ꝰmone de assūptio
ne btē virginis. ergo oportet ponere aliquā aliaȝ
icorruptionē a p̄dictis/ꝛ aliā causam cōseruatio
nis a putrefactione ꝛ icineratione q̄ acceleratio
nis resurrectionis: hoc aūt nō videť esse nisi reser
uatio alicui⁹ forme p̄existētis in corpe que manet
miraculose ꝛ q̄ manente nō pōt corp⁹ xp̄i putrefie
ri vel incinerari etiam si resuscitatum non fuisset.
¶ Ad oppositū primi specialiter est: qꝛ pie credi In opposi tū primi.
tur de corpe beate v̄ginis/ꝛ sctī Iohānis euāge=
liste ꝙ nō fuerīt putrefacta: imo ꝙ btā v̄go fuit as
sumpta cū corpe ꝛ aīa in celū/ꝛ etiā beat⁹ Iohan
nes. vel ad min⁹ si nō credit̄/cōtrariū tm̄ non asse=
rit̄. si ergo hoc credit̄ de corpe v̄ginis: multo for=
tius hoc credit̄ de corpe xp̄i. ¶ Ad oppositum In oppōȝ
vtriusq̄ sil' est qđ dicit̄ Act. 2. Dauid dicit. Ca= vtriusq̄ q̄stionis.
ro mea req̄escet in spe: qm̄ nō derelinques aīam
meā in inferno: nec dabis sanctū tuū videre corru
ptionē: sȝ ista ꝯña quā facit petr⁹ ex dict̄ Dauid
nō valet si alia fuit cā dicte incorruptiōis q̄ resur
rectio p̄ueniens huiusmodi icorruptionē. q̄re ꝛc.
¶ Hic primo videndū q̄d sit putrefactio. Scdo Respōsio
ꝙ corp⁹ xp̄i nō fuit putrefactū sed tm̄ putrefacti= 1. articul⁹.
bile. Tertio ostendēda est causa quare nō fuit pu=
trefactū. ¶ De primo sciendū ꝙ putrefactio est
corruptio pportionis elemētorꝝ in mixto p exala
tionē humidi cōtinuātis partes in mixto factā a
calido corpis circūstātis seu continētis: vt sic sit
iste ordo/ꝙ calidū corpis adiacentis primo edu=
cit humidū ad supficiē/ꝛ humido educto/postmo
dum educit calidū. ꝛ deinde educto calido sequit̄
ipsa incineratio corpis putrefactibilis: ꝛ hoc pa
tet totū p experimentū. Nam corpa mortua pri=
mo sunt siue fuerūt humida in supficie ꝛ postmo=
dum sicca: ꝛ deinde post desiccationē sequit̄ inci=
neratio. ¶ Secundū declarať sic. postq̄ putrefa=
ctio est passio corpis putrefactibilis mixti: ꝛ xp̄s
assumpsit corpus mixtuȝ corruptibile sicut patet
ex p̄cedētib⁹ imediate pȝ esse ꝯclusum ꝙ corp⁹ xp̄i
fuit putrefactibile non tm̄ fuit putrefactū/qꝛ pu=
trefactio est ex hoc qꝛ in corpe non est aliqua vir
tus ꝯtinēs elemēta ipsa in mixto: in xp̄o aūt fuit
vel saltem potuit esse talis virtus continens ele=
mēta in mixto puta diuinitas. q̄re ꝛc. ¶ Itē xp̄s
non assumpsit aliquē defectū qui nō expediret ad
redēptionē humani generis ꝛ mysteriū redēptio=
nis fuit in morte pfectissimū ꝛ ꝯsummatū/putre
factio ipsa nichil faciebat ad redēptioneȝ. q̄re ꝛc.
¶ Et hoc cōfirmať p Augu. in sermōe de assum
ptione beate v̄gis dicentē ꝙ corp⁹ xp̄i assumptum
de virgine/non habuit nec vidit corruptionem.
¶ Assignando autē causam icorruptionis q̄ fuit 1. opinio.
tertiuȝ p̄ncipale/est diuersitas opinātiū. Quidā
eñ dicūt ꝙ fuit p naturā. quidā ꝙ fuit p miracu=
lum/Et dicētes hoc fuisse p naturaȝ sic muniunt
opinionē suā. qn̄ cunq̄ aliqđ pōt saluari ad hoc ꝙ
talis effect⁹ sit nō oportet recurrere ad miraculū
sed talis iputrefactio pōt saluari p naturaȝ nullo
miraculo posito. quare. ꝛc. Minor pbať: qꝛ ipsa
corpa separata aīa habēt determinatū temp⁹ per=
manētie anteq̄ putrefiāt. cū igit̄ tēp⁹ putrefactio
nis fuerit p̄uentū in xp̄o p resurrectionem tertia

die factā/ipsum corpus nō fuit naturaliter putre
factū quare ꝛc. ¶ Itē ꝰm Augustinū. 12. de trini
tate. c. 15. ad hoc ꝙ aliqua corpa non ita cito pu=
trefiāt iuuat locus ꝛ temp⁹: sed modo ita est ꝙ lo
cus vbi corp⁹ xp̄i fuit sepultū fuit frigidus qꝛ la=
pis. temp⁹ etiā fuit frigidū qꝛ sic dicit̄ in Iohāne
frigus erat. cū igit̄ locus frigidus ꝛ temp⁹ frigi=
dum iuuēt siue cōferant ad cōseruationē vt dicit
Augu. vbi pri⁹. ergo. ꝛc. ¶ Itē xp̄s fuit vnct⁹ vn
guētis siccātib⁹ sicut patȝ ex serie euāgelij: vnguē
ta autē desiccatiua sunt naturaliter phibitiua pu
trefactionis: qꝛ calidū est pater putrefactionis/ꝛ
humidū quasi mater. ¶ Itē hoc idē patet ex pte
corpis xp̄i. corpa eñ q̄to magis sicca tanto tar=
dius putrefiūt ex causa q̄ dicta est: sed corp⁹ xp̄i p
pter emissionē spirituū ꝛ fluxum sanguinis copio
sum de suo corpe fuit maxīe desiccatū. quare ꝛc.
Ad hoc adducit̄ auctoritas actuū. 2. et. 13. ꝙ caro
xp̄i nō vidit corruptionem/ꝛ causa dať qꝛ resurre
xit. vbi glosa. ppter q̄d eñ nō vidit corruptionē:
qꝛ neq̄ derelict⁹ est ī inferno. glosa ꝰm aīam. nec
caro ei⁹ vidit corruptionē. glosa. putrefactiōis et
v̄miū. ¶ Itē dicit glo. alia ibi/caro ei⁹ nō est cor
rupta: sed resurrectione veloci glificata. Ex q̄ sic
arguit̄. si nō vidit corruptionē qꝛ resurrexit: tūc
si nō resurrexisset vidisset corruptionē: ꝛ p conse=
quens sequit̄ ꝙ illa iputrefactio fuit p naturam/
cū corp⁹ habeat certū tēp⁹ pmanētie ante putre=
factionē: ꝛ tēpus putrefactionis qđ quidē xp̄s p̄=
uenit resurgendo sicut ante dictum est. quare ꝛc.
2. opinio. ¶ Alij dicunt ꝙ talis iputrefactio fuit p miracu
lum: ꝛ ad hoc ponunt̄ due ratiōes fundate super
duas auctoritates: q̄rū p̄ma ē glose sup illđ psal.
Nō dabis sanctū tuū videre corruptionē/ dicētis
corp⁹ a te sanctificatū nō dabis videre corruptio=
nem. cū igit̄ talis sctificatio in illo corpe fuit per
miraculū qꝛ p illā vnionē sacratissimā: ꝛ illa ipu=
trefactio fuit p talē sctificationē ꝰm qđ videť di=
cere glosa. sequit̄ ꝙ talis icorruptio seu iputrefa
ctio fuit p miraculū. ¶ Itē si corp⁹ xp̄i nō fuit p
naturā putrefactū ppter determinatū tēp⁹ pma=
nētie ante temp⁹ putrefactionis qđ xp̄s p̄uenit re
surgendo sequit̄ ꝙ si xp̄s tūc non resurrexisset/ꝙ
post modū p naturā corp⁹ ei⁹ fuisset putrefactū/ꝛ
p ꝯñs ꝙ xp̄s aliqđ dimisisset de eo qđ assūpsit: qđ
est ꝯtra Dam. li. 2. ca. 3. si eñ corp⁹ xp̄i desijsset eē
corp⁹ desijsset eē vnitū diuitati ꝛ v̄bū aliqđ dimi
sisset eē qđ pri⁹ habuit sibi vnitū. Et hoc q̄tū mihi
videť ē magnorꝝ opinio / q̄ in hoīe posuerūt duas
formas: quarū vna scȝ naturalis ad separationē
aīe itellectiue sil' naturaliter corrūpit̄ ꝛ alia intro
ducit̄. nec pōt ista forma naturalis remanere aīa
separata etiā ad horā nisi miraculose ꝛ virtute su
pernaturali. q̄ sil' cū hoc ponūt ꝙ corpus xp̄i mor
tuum fuit vnū ꝛ idē numero cū corpe ei⁹ vnito nō
solū vnitate diuini suppositi/sed vnitate eiusdem
forme supnaturaliter pmanētis naturalis tm̄. nō
sic autē in alijs hoib⁹ cōtingit: qꝛ corp⁹ btē virgi=
nis mortuū in hora sepationis aīe fuit oīno aliđ
numero p aliā formā substātialē de nouo itrodu=
ctā. ꝛ ꝰm istos oportet ponere ꝙ in corpore xp̄i re
mansit supnaturaliter et miraculose hmōi forma
vel virtute p̄mi miraculi quo a verbo sumpta fuit
hec forma sil' cū materia: qꝛ nichil debuit depone
re qđ assumpsit etiam eodē miraculo ab vlteriori
corruptiōe p̄seruabať: ꝛ tūc esset soluta q̄stio p̄di=
cta: qꝛ diceret̄ ꝙ causa vlterioris incorruptionis
nō fuit acceleratio resurrectiōis hmōi corruptio
nē preuenientis sed miraculosa retētio talis forme
sic supnaturaliter retēte ꝛ reseruate ratione cui⁹
nō magis ppinquū fuisset tale corpus corruptio=
ni vsq̄ ad mille annos q̄ in ipsa prima hora sepa
ratiōis aīe. ¶ Hoc autē declarať p quosdā alios De gāda. q̄li. 12. q. 11
magnos: sic ꝛ approbať quo ad primū saltē scȝ ꝙ
illa iputrefactio esset miraculosa: qꝛ aliq̄ sunt fu
tura ꝰm causas naturales: ita ꝙ quātū est ex pte
illarū causarū p̄uenirēt si nō ipedirent̄: et alia di=
cunt̄ esse futura scdm causas supnaturales q̄ pos=
sunt ipedire causas naturales ne pducāt effectus
suos. et si aliqđ cōpareť ad has causas ꝛ ad illas
simplr̄ diceret̄ esse futurū qđ est futurum ꝰm cau
sas supnaturales: ꝛ nō qđ est futurū scdm causas
iferiores sicut si sint due cāe nāles/ ꝛ vna supior
alia ꝰm virtutē. q̄ pōt ipedire actionē alteri⁹: tūc
qđ est futurum respectu cāe supioris dr̄ eē futurū
simplr̄: ꝛ nō id qđ ē futurꝝ ꝰm cās iferiores ipediē
das vel possibiles ipediri. Exempluȝ ponit̄ ꝙ sit
vnus planeta q̄ ꝰm causalitatē suā pducit pluuiā
attingēdo ꝛ eleuādo vapores humidos: ꝛ sit ali⁹
planeta in alio signo habens ꝯtrariā v̄tutē ꝛ ma=
iorem: ppter quā impediať v̄tus alteri⁹ planete.
sed tunc querit̄ vtrū pluuia futura sit vel nō cōpa
rando ad maiorē v̄tutē fortioris planete: magis
est dicēdū ꝙ nō sit futura q̄ ꝙ sit. ¶ Et p hoc sol
uit̄ illa q̄stio qua q̄ri solet an dicať illud futurum
ꝛ potētia esse qđ est possibile ꝰm causas iferiores
an illđ qđ ꝰm supiores. Et dicēdū ꝙ illud qđ ꝰm
supiores. exēpluȝ ponūt isti q̄ sunt hmōi opīonis
de Ezechia cui dixit ysayas ꝙ moreret̄: q̄ tm̄ post
q̄ plorauerat/ꝛ deū orauerat/ dictū est sibi a dño
p ysayā ꝙ vltra viueret p q̄ndecim annos. Vnde
p̄monuit eū de morte ꝰm causas inferiores vt ta=
lis cōminatio esset sibi causa orādi: vt sic post me
rita sua diuinitus viueret. p̄dixit ergo mortē suā
p causas iferiores: tm̄ fuit ipedita p causam supe
riorē: ꝛ ideo simplr̄ nō fuit mors sua p tūc futura
Sic in pposito corp⁹ xp̄i post mortē habuit causā
itrinsecā ꝛ extrīsecā putrefactiōis: si tm̄ xp̄s fuis=
set mortu⁹ senio/ verisimile est ꝙ corp⁹ suum non
fuisset putrefactū vel corruptū ppter causam su=
periorē impedientē actionē istā naturalē causarū
qꝛ corpus illud fuit sctificatū ex tali vniōe: dicē=
te etiā ppheta/nō dabis sanctū tuū videre corru=
ptionē: et ideo simplr̄ illđ corp⁹ nūq̄ fuit putrefiē
dum. ¶ Hec positio quantū ad p̄mum displicet God. de
quibusdā magnis: q̄tū vero ad secundū nō q̄bus fontib⁹ in
dā quo ad primuȝ placet: ꝛ quo ad secundū non. quoli.
¶ Primi quib⁹ displicet p̄mū arguūt ꝯtra dictā
positionē, tanq̄ incōuenientē: qꝛ excludit vniuo=
cationē ꝛ vnitatem speciei in corpe xp̄i mortuo ꝛ
aliorꝝ hoīm mortuorꝝ: et ponit diuersitatē nimiaȝ
inter vnitatem corpis xp̄i viui ꝛ mortui ꝛ aliorꝝ
hoīm: q̄ nec auctoritate nec ratiōe videť haberi
imo videť potius auctoritati ꝛ rationi aduersari
qꝛ rationabiliter videť ꝙ xp̄s veritatē mortis et
que ipsam naturaliter consequunt̄ sustinuit sicut
et alij. et putant ꝙ quantū ad accidētia exteriora
que p sensum cōprehendunt̄: ꝛ que magnā parteꝝ
conferunt ad cognoscendū ꝙ q̄d est nō fuisset in=
uenta notabilis diuersitas inter corpus ei⁹ ꝛ cor
pus aliorꝝ mortuorū cōsimilis dispositionis ꝛ cō
plexionis cū ipso qui in eadē hora secum mortui

fuissent: et eodẽ mõ sicut ipse dicit etiam Dam. ꝙ
oĩa p̄dicta q̃ ad nãles defectus ptinẽt/ xp̄s volũ
tarie assumpsit vel suscepit. ¶ Talis etiaꝫ mod⁹
incorruptionis non videt̃ cõcordare scripture: qꝛ
ex scriptura tm̃ colligitur duplex corruptio. Una
est post mortẽ ꝛ p alias penalitates: de qua loquit
tur Dam. Alia est p resolutionẽ in elemẽta: vel p
corruptionẽ putrefactiuaꝫ. A prima null⁹ posuit
xp̄m exẽptũ: sed a secũda/ sicut nec inter istas me
dia icorruptio est ponẽda in scriptura. Uñ Dam.
3. libro. ca. 20. dicit/ significat etiã corruptio pfe=
ctam corpis in ea ex quib⁹ cõpositũ dissolutioneꝫ
ꝛ destitutionẽ. hmõi autẽ corruptionis corp⁹ xp̄i
experimentũ nõ habuit vt ppheta dicit. Non da=
bis sctm̃. ꝛc. ꝛ ideo videtur ꝙ in corpe xp̄i in hora
mortis vel separationis fuit forma eiusdẽ ratio=
nis cũ formis q̃ in corpib⁹ alioꝝ hoim reperiunt
Et ꝙ illa forma fuisset corrupta/ ꝛ in elemẽta re=
soluta si nature pprie fuisset derelicta ꝛ accelera
tione resurrectionis non fuisset hmõi corruptio
puenta. ¶ Si querat̃ vtrũ in corpe xp̄i in illo tri
duo fuerit aliqua modica alteratio disponens ad
putrefactionẽ licet ibi nõ fuerit putrefactio. Di=
cendũ ꝙ incertũ est/ nec circa hoc est aliq̃d teme=
re asserendũ. Sed certũ est ꝙ xp̄s potuit q̃tum si
bi placuisset p̄seruare corp⁹ suũ ab oĩ putrefactio

Scot⁹ dis. pñti. q. j.

ne vel alteratione. ¶ Aliis vero placet primuꝫ ꝛ
displicet secunduꝫ scꝫ ꝙ nõ nouo miraculo fuisset
hoc factuꝫ ꝙ corp⁹ suũ p̄seruatum fuisset a putre=
factione: qꝛ verbũ vniuit sibi corp⁹ illud indisso=
lubiliter. ꝛ arguũt ꝙ imo nouo miraculo. nã passi
uum naturaliter approximatum actiuo naturali
ter patit̃: ita ꝙ si ipedit̃ p causam supnaturalem:
hoc erit p miraculũ: sicut patet de pueris in cami
no ignis ambulãtib⁹: sed corp⁹ xp̄i post separatio
nem aĩe fuit passiuũ naturalr̃ qꝛ nõ fuit glorifica=
tũ glĩa aĩe q̃ tunc nõ vniebat̃ sibi. si enĩ corp⁹ illud
fuisset glorificatũ qñ vixit nõ fuisset nouum mira
culum: imo miraculũ fuit: qꝛ gloria aĩe nõ redun=
dabat in corp⁹ ei⁹: sꝫ aĩa sepata a glĩa aĩe nõ redũ
dabat in corp⁹ ei⁹: nec corp⁹ ei⁹ tũc in triduo fuit
glĩficatũ ꝛ habuit calorẽ itrinsecũ ꝛ extrinsecũ cor
ruptiuũ: ꝛ p cõsequẽs fuerũt ibi agẽtia ꝛ patiẽtia
approximata naturaliter. si ergo tunc nõ egerũt
ad putrefactionẽ hoc fuit p nouum miraculuꝫ ex
hoc ꝙ actio eoꝝ fuit ipedita p causam supnatura
lem. vnde licꝫ illic fuerit multũ de myrra ꝛ aloes
et talib⁹ q̃ diu potuerũt p̄seruare corpus suum a
corruptione non tamen semper. ¶ Et si ad hanc
rationẽ diceret̃ cõcedẽdo eã vsq꜄ in finẽ ꝙ p mira
culũ fuit qꝛ illa actio naturalis fuit ipedita p cau
sam supnaturalẽ: ꝛ hoc cõcludit ratio: sed ex hoc
nõ habet̃ ꝙ nouo miraculo: sed eodeꝫ miraculo q̃
vniuit sibi corp⁹. ¶ Cõtra. pbũ qd assũpsit corp⁹
nõ ipeditũ qñ violẽta agẽtia agerẽt i illud corp⁹
viuũ videt̃ habuisse corpus mortuũ eadẽ ratione
nõ ipeditũ qñ talia agẽtia possint in ipsum agere
cũ nõ videant̃ esse melioris conditionis mortuũ
q̃ viuũ: sed nõ obstãte tali assumptione quasi mi
raculose impedita fuissent talia agẽtia violẽta si
agere nõ poterãt in corp⁹ viuũ. & ꝙ in corp⁹ mor
tuum nõ poterant. verius tñ videt̃ ꝙ nullũ nouũ
miraculum illic fuerit: sed ꝙ noua forma sicut in
aliis successerit: ꝛ ꝙ alteratio aliqualis ad putre=
factionẽ illic facta fuerit q̃tũ breuitas tpis ꝛ aro
mata pmiserunt: ꝛ ꝙ icineratio non fuit propter
aromata ꝛ breuitatẽ tẽporis. ¶ Ad argumenta

Ad rõnes pncipales

pncipalia respõdendũ est. ¶ Ad pmũ dicendũ ꝙ
xp̄s nõ assumpsit oẽs defectus naturã cõsequen=
tes: puta culpã ꝛ ignorãtiã: sed solũ ad redẽptio=
nem cõferẽtes: sed putrefactio nichil ptulisset: qꝛ
sm naturam irrationalẽ nõ est meritum. ergo ꝛc.

Ad scdm.

¶ Ad secundũ dicendũ ꝙ resurrectio est a mor=
te cui accidit incineratio: et si esset verior resur=
rectio a cinerib⁹ nõ tñ xp̄i debet̃ verior sed cõue=
nientior ꝛ dignior nõ solũ ex pte termini ad queꝫ
sed ꝛ termini a quo: qd nõ esset si a putrefactione

Ad tertiũ

incepisset. ¶ Ad tertiũ dicendũ ꝙ vera est maior
de assumẽte naturã ꝛ cõsequẽtia necessario: sicut
assumẽs cibũ nõ potest non assumere qualitates
consequentes: secus est de xp̄o assumente naturã
qui ꝛ antecedens ꝛ cõsequẽs assumpsit volũtarie
Uñ nõ assumpsit de defectib⁹ nisi q̃s voluit: nec
voluit coassumere putrefactionẽ quia nõ decuit.

Ad q̃rtuꝫ

¶ Ad quartũ dicendũ ꝙ verũ est ꝙ natura nichil
incipit qd nõ possit pficere nõ subito sed tpe debi
to si nõ ipediat̃: ꝛ sic natura corp⁹ xp̄i putrefecis=
set finaliter nisi impedita fuisset. ꝙ autem non pu
trefecit: acceleratio resurrectionis impediuit: et
species aromatice/ vel miraculum vt dictum est.

Ad quitũ

¶ Ad quintum i contrariũ dicendũ ꝙ sm aliam
opinionẽ potest dici ꝙ etiam corp⁹ beate virginis
fuisset putrefactũ nisi fuisset resuscitatũ vl' qꝛ hoc
non est verisimile cũ deus minorum sanctorũ cor
pora sepe reseruauerit icorrupta. potest dici etiã
ꝙ deus miracula non facit frustra: qꝛ ergo infra
triduũ corpus maxime balsamatum nõ est natum
putrefieri nec etiam multum ad putrefactionem
alterari ꝛ disponi ideo añ resurrectionem nõ fuit
opus miraculo sicut forte in corpore beate v̄gis
si vsq꜄ ad. xl. dies ei⁹ resurrectio fuisset dilata vt

Ad. 6. ꝛ 7

dr in visione sancte elizabeth. ¶ Sextũ cõceden
dũ est similiter septimum/ ꝙ vero aliqui dicũt no=
uã formam nõ successiue i corpore xp̄i. qꝛ christ⁹
nichil assumpsit quod postea deposuit. quicquid
sit de cõclusione de qua videbitur in sequenti q̄=
stione ꝛ sequenti distinctione. Responsio tamen
habet instantiam: qꝛ in xp̄o erat depditio humi=
di et fluxus partium materialiuꝫ et restauratio
deperditi vel nutrimentum q̃ et fuit de veritate
humane nature sicut in aliis: qꝛ quicquid habet
esse per formam humanam est de veritate huma
ne nature. sed totum quod fuit in christo de veri=
tate humane nature fuit assumptum ab eo in esse
ypostatico etiam scdm istos: & fuit aliq̃d assũptũ
ꝙ postea fuit depositum p depditionem vñ ridicu
lum est dicere ꝙ soluꝫ carnem quã habuit in pue
ricia assumpsit ꝛ non illam q̃ p nutrimentũ cõuer
sa est. Similiter in passione sanguinis/ vel aliq̃d
huiusmodi vt lacrime ab eo deposita sunt que p⁹
suo corpori erant continua/ non solum contigua
secũdum quosdam. ¶ Principaliter. ergo nichil
assumpsit quod deposuerit sicut humanã naturã
sed ex consequenti assumpsit multa que deposuit
sicut consequentia ad ipsam/ non solũ accidentia
sed ꝛ partes materiales humane nature vt dictũ
est. et isto mõ in christo moriẽte fuit noua forma
corpis mortui assumpta: qꝛ p se assumptio mãsit
vnita solum materie prime que solũ remanet aĩa
separata. et sic fuit assumpta ex necessaria conse=
quẽtia: qꝛ sicut in sacramẽto altaris directe ꝛ p se
etiam fit conuersio in corpus christi: in animam

aũt ex naturali cõcomitantia sic natura humana
a v̄bo directe fuit assũpta ꝛ p se sꝫ ex naturali cõco
mitãtia vel cõueniẽtia illa forma q̃ naturalr̃ ꝛ ne
cessario cõseq̃tur materiã aĩa sepata ꝛ nõ directe
fuit assumpta ppter redemptionẽ nostram propt̃
quam fuit tota assumptio.

¶ Questio quarta.

Primum

Quarto querit̃ vtrũ corp⁹ xp̄i
fuit idẽ numero mortuũ ꝛ vi
uum. et arguit̃ ꝙ nõ / qꝛ Jo.
xj. dicit̃. Soluite tẽplũ hoc/
et in triduo reedificabo illd.
et hoc sm illũ euãgelistã di=
citur de tẽplo corpis sui/ sꝫ si
corp⁹ xp̄i mãsisset idẽ nume=

Secundũ

ro mortuũ et viuũ solutũ nõ
fuisset. q̃re. ꝛc. ¶ Itẽ corruptio vni⁹ est gñatio
alteri⁹ ex primo ꝛ scdo de gñatiõe: igr̃ cũ in xp̄o
fuit corruptio p mortẽ necessario fuit gñatio alte
rius forme alicui⁹. sꝫ nõ põt dici ꝙ alicui⁹ alteri⁹
forme q̃ forme corporee/ qꝛ in corpore mortuo nõ
apparet altera forma q̃ forma corporea: ergo ne=
cessario fuit itroducta alia forma corpea/ ꝛ si alia
forma corpea/ ergo aliud corp⁹ sm nũerũ. q̃re. ꝛc.

Tertium.

¶ Itẽ forma corpea in hoie est dispositio necessi=
tans ad aĩam/ sed modo est ita ꝙ stãte dispositiõe
necessitãte ad aliquã formã de necessitate stat ipa
forma: igr̃ si corp⁹ maneret idẽ nũero maneret ea=
dẽ forma corpea nũero disponẽs ad aĩaꝫ in corpe
tali/ ꝛ sic seq̃ret̃ ꝙ xp̄s nõ fuisset mortu⁹: ꝛ etiaꝫ se
queretur ꝙ nullũ corp⁹ aĩatũ moreret̃/ imo semp
esset viuũ/ sed consequens est falsum. ergo. ꝛc.

Quartuꝫ

¶ Itẽ aĩatũ ꝛ inaĩatuꝫ gener differũt/ ꝛ silr̃ mor
tuũ ꝛ viuũ/ si igr̃ idẽ corp⁹ numero esset aĩatuꝫ et
inaĩatũ et mortuũ et viuũ. seq̃ret̃ ꝙ idẽ nũero eẽt

Cõfirmatio.

diuersum gñe qd est ipossibile. ¶ Hoc cõfirmat̃
p Aristotelẽ scdo metaphisice dicẽtẽ ꝙ sicut ideꝫ
nũero est idẽ specie ꝛ gñe: ꝛ si nõ ẽ idẽ gñe nec spe=

Quitum.

cie idem nec nũero. quare. ꝛc. ¶ Itẽ q̃ñcũq꜄ aliq̃
vniũtur sic i aliquo ꝙ vtrũq꜄ eoꝝ põt esse p se illa
vniũtur p accidẽs hoc põt haberi ab Aristotele
scdo phisicoꝝ q̃ dicit ꝙ iste hõ ꝛ medic⁹ vniũtur
p accidẽs: qꝛ iste hõ põt esse sine medicina et medi
cina põt esse sine isto hoĩe: qꝛ in alio hoĩe. sꝫ si cor
pus manet idẽ nũero post sepationẽ ab aĩa: tũc po
test manere p se sine aĩa: ꝛ de aĩa intellectiua cer=
tũ est ꝙ põt manere p se sepata a corpe. quare aĩa
et corpus faciũt vnũ solũ p accñs/ sed cõsequẽs ẽ
falsum/ quare ꝛ illud ex quo seq̃tur scꝫ ꝙ maneat
idem corpus numero separatum ab anima.

In oppõꝫ

¶ Oppositũ sup illd Psal. Nõ dabis sanctũ tu=
um videre corruptionẽ. dicit glosa corp⁹ a te san
ctificatũ nõ patieris corrũpi ꝛ caro nõ putrefiet
sed requiescet. ergo. ꝛc. ¶ Itẽ in euangelio Jo. ꝙ
Joseph postq̃ mortuus fuit iesus petiuit corpus
eius a Pilato: sed si non fuit corpus idẽ numero

Respõsio.

non fuisset corpus iesu sed aliud corpus. q̃re. ꝛc.
¶ Responsio. tria sunt vidẽda principalit̃. pmo
vtrũ corp⁹ xp̄i fuerit idẽ viuũ ꝛ mortuũ numero.
Secundo vtrũ corp⁹ xp̄i mortuum ꝛ corpus alte=
rius hois fuerunt corpora mortua vniuoce. Ter=
tio. vtrum in xp̄o hoĩe sit pluralitas formarum.

1. articul⁹

¶ Quãtũ ad primũ dr ꝙ in isto oẽs cõueniũt ꝙ
corpus xp̄i fuit vnuꝫ ppter vnitatẽ seu ppter idẽ=
titatẽ diuini suppositi: qꝛ corp⁹ xp̄i mortuum ita
fuit substantificatũ in supposito verbi sicut ꝛ cor=
pus viuũ. Nunq̃ enĩ deposuit qd semel assumpsit
et fuit vnum scdm materiã. sicut enĩ in cõuersiua
generatiõe elemẽtoꝝ manet eadẽ materia nume=
ro: sic in corpore viuo ꝛ mortuo manet eadem ma
teria numero. ¶ Aliud etiã est in quo omnes cõ
ueniunt scꝫ ꝙ corp⁹ xp̄i viuũ ꝛ mortuũ respicien=
do ad rationẽ vitalẽ siue ad vitã/ non fuit idẽ spe=

Opĩo q̃ est s. tho. q̃li. 2 arti. 1. 3. di. 22. q. 1. ar. 13. pte q. 50. ar. 5.

cie mortuũ ꝛ viuũ. ¶ Sed descendẽdo in specia=
li est diuersitas opinionũ ꝛ cõtrouersia. Quidaꝫ
enĩ dicũt ꝙ corp⁹ xp̄i solũ fuit vnũ ppter idẽptita
tem suppositi/ ꝛ ppter vnitatẽ materie/ ꝛ nõ pro=
pter vnitatẽ alicui⁹ forme substãtialis eiusdẽ nu=
mero pficiẽtis talẽ materiã corporeã. Q autem
possit dici vnũ siue idẽ corp⁹ ppter vnitatẽ suppo
siti pbant ex hoc ꝙ nos videm⁹ ꝙ licet supficies
pri⁹ existẽs nigra/ postmodũ facta alba/ nõ possit
dici ꝙ maneat semp alba vel nigra: tñ bñ põt dici
ꝙ maneat semp colorata/ ꝛ ꝙ manet idẽ coloratũ
qꝛ semp manet supficies eadẽ. eadẽ rõne ex parte
ista erit cũ corp⁹ habeat rationẽ forme generalis
manẽte semp eodem supposito q̃tũcunq꜄ fiat alia
forma corporea in illa materia corpis mortui po
terit dici ꝙ manebit idẽ corp⁹. Q aũt possit ideꝫ
corp⁹ dici ppter vnitatẽ materie pbat̃ p Aristote
lẽ. 2. metaphisice dicentẽ ꝙ q̃ sunt vnum sm mate

Impugnat̃ opinio ab aliq̃b⁹. Primo.

riã: sunt vnũ sm numerũ. ergo. ꝛc. ¶ Hec opinio
ab aliis non credit̃ esse vera. ꝛ ideo ptra ipsam ar
guit̃ sic. Q̃ñcunq꜄ aliq̃d dicit̃ idem aliquale esse/
oportet ꝙ illud p qd dicit̃ aliq̃le esse sit idẽ. Exẽ=
plum. si aliq̃d dicit̃ albũ p albedinẽ/ ad hoc ꝙ di=
cat̃ idẽ albũ p totã diẽ/ oportꝫ ꝙ maneat eadẽ al=
bedo p totã diẽ. ꝛ ideo ab Aristo. hẽt̃. 5. phisicoꝝ
ꝙ albedo corrupta in nona/ ꝛ generata in vespere
non est eadẽ albedo numero saltẽ. igit̃ cũ aliquid
dicat̃ esse corp⁹ p formã corporeã/ ad hoc ꝙ dicat̃
idẽ corp⁹ oportet ꝙ maneat eadeꝫ forma: et scdm
istos nõ manet eadẽ forma substãtialis q̃ pri⁹. er

Secundo

go ꝛc. ¶ Itẽ nichil dicit̃ esse idẽ specie cũ aliquo
nisi cõueniat in eadẽ forma specifica cũ illo. ergo
eadẽ rõne nichil dicet̃ esse ideꝫ numero cũ aliquo
nisi habeat eadẽ formã numero cũ illo: sed corp⁹
mortuũ sm eos nõ habet eandẽ formã cũ corpo=

Tertio.

re viuo. ergo ꝛc. ¶ Itẽ si ppter vnitatẽ suppositi
posset dici idẽ corp⁹ numero/ cũ verbũ ipsum pos=
sit assumere plures naturas: imo oẽs creatas na
turas: tũc oẽs creature essent eadẽ natura nume=
ro: sed hoc est incõueniẽs. ergo. ꝛc. ¶ Immo hoc
est specialiter cõtra eos: qꝛ dicũt si v̄bũ assumeret

Quarto.

plures naturas humanas ꝙ nõ esset xp̄s vn⁹ ho=
mo sed plures hoies. ¶ Itẽ omne illud qd est es
sentialiter idẽ numero est idẽ specie. cũ igit̃ corp⁹
mortuũ nõ sit idẽ specie eo ꝙ oĩs trãsmutatio sp
est ad nõ idẽ sm speciẽ sed ad aliud sm speciẽ. nõ
enĩ corrumpit̃ aer vt inde generet̃ aer/ sed vt ge=
neret̃ ignis. quare tale corp⁹ mortuũ non põt dici

Soluunt̃ rões pme opiniõis.

idẽ numero. ¶ Rationes p alia opinione nõ cõ=
cludunt. Nã licꝫ vnitas suppositi posset dare ali
quã denoĩationẽ: nõ tñ põt dare oẽm sicut in exẽ=
plo adducto. licet enĩ de supficie pri⁹ nigra/ post=
modũ facta alba/ possit dici ꝙ maneat coloratuꝫ:
nõ tñ põt dici ꝙ maneat idẽ color. igit̃ silr̃ erit ex
parte ista/ ꝙ licet possit dici ꝙ maneret idẽ corpo
ratũ: nõ tñ põt dici ꝙ maneat idẽ corpus. ¶ Ad
aliud cũ dicit̃ ꝙ q̃ habẽt vnã materiã sunt vnum
sm numerũ. dicendũ ꝙ verũ est de illis q̃ habent
eãdẽ materiã in eodẽ tpe et nõ in diuersis tpib⁹.

als seq̃ret ꝙ aer ex quo fit ignis/⁊ ipse ignis post
modũ generat⁹ essent idẽ numero/cum in eis ma
2.opinio. neat eadẽ materia numero. ¶ Alij dicunt ꝙ cor-
pus mortuum dicit idẽ corpus numero/nõ ꝓpter
vnitatẽ alicui⁹ forme: sed ꝓpter eandẽ materiam
et eãdẽ q̃titatẽ. ponũt eñ ꝙ sicut ipsa q̃titas ex-
tensa habens partẽ extra partẽ dicit corp⁹: sic po
nunt ꝙ ipsa materia extẽsa ꝑ quãtitatẽ/ habẽs tñ
in se aliã extẽsionẽ q̃titatis/licet nõ ex se sed ex
q̃titate dicit corp⁹: ⁊ q2 in corpe xp̃i mortuo fuit
eadẽ materia extẽsa sub eadem q̃titate: ideo po-
tuit dici corp⁹ ⁊ etiã idẽ corpus numero: ⁊ q2 non
solũ dr ꝙ fuit idẽ corpus numero: sed etiã ꝙ caro
xp̃i mortua fuit eadẽ caro numero. ¶ Addunt vl
tra ⁊ dicunt ꝙ caro nichil aliud est q̃ materia af-
fecta ꝑ ipsas qualitates/ita ꝙ talis affectio nihil
reale absolutũ dicit vltra essentiã materie: sicut
nec ipsa extẽsio dicit aliq̃d positiuũ absolutũ sup
ipsã nudã essentiã materie. Et tũc sicut pri⁹ q̃si in
corpe xp̃i mortuo mãserit eadẽ materia affecta ꝑ
qualitates. potuit ꝑ ꝯsequẽs caro xp̃i mortua di-
ci eadem scd̃m numerum. ¶ Sed cõtra hoc pri-
mo videt esse vna auctoritas Augustini de vera
reli. ca. 18. vbi dicit ꝙ non põt dici aliqd̃ corp⁹ nisi
ꝑ speciẽ sue forme. quare ẽm Augu. nõ potest di-
ci materia extẽsa ꝑ q̃titatẽ corp⁹ sine forma cor-
porea substãtiali. ¶ Itẽ ẽm phm̃. 4. metheoro-
rũ. Caro est illud qd̃ resultat ex cõmixtiõe elemẽ
toꝝ. igit si resultat ex mixtione magis tenebit se
caro ex parte forme q̃ materie: ⁊ ita nõ erit ma-
teria. ¶ Itẽ ẽm aplm̃ ad Corin. Nõ oĩs caro ea
dẽ caro: sed alia caro hoĩs: ⁊ alia caro piscis. sed
si caro nõ esset nisi materia affecta: tunc cũ mate
ria in oĩbus istis inferiorib⁹ sit eiusdẽ rõnis/ oĩs
caro esset eadẽ ⁊ eiusdẽ rõnis: qd̃ est contra aplm̃.
nec potest dici ꝙ sit alia caro ꝓpter aliã affectio-
nẽ: q2 talis affectio nichil absolutũ positiuũ dicit
ẽm eos sup ipsam materiã. ¶ Item ẽm Dam̃. li-
bro. 3. ca. 21. duplex est corruptio. Una q̃ est sepa-
ratio forme a materia/puta aĩe a corpe: ⁊ hoc ẽm
eũ bene fuit in xp̃o. Alia est corruptio q̃ ẽ destru-
ctio corpis mixti siue resolutio in elemẽta. et ẽm
eũ nõ fuit in xp̃o: imo corpus ei⁹ huius corruptio
nis experimentũ nõ habuit: sed si nõ fuisset corp⁹
xp̃i mortuũ idẽ numero ꝓpter vnitatẽ forme: sed
solũ ꝓpter materiã/tunc in xp̃o fuisset corruptio
que est destructio corpis in elemẽta: qd̃ est contra
3.opinio. Dam̃. quare ⁊c. ¶ Alia est opinio ꝙ corpus xp̃i
mortuũ ⁊ viuũ fuit nõ idẽ nũero: q2 nec vnũ ꝓpt
vnitatẽ suppositi cũ suppositũ sit extra essentiã
ipsius corpis. nec ꝓpter vnitatẽ materie/ cũ ma-
teria ẽm se nõ habeat rõnẽ corporeitatis. nec pro
pter aliquã formã vnã numero existentẽ in corpe
mortuo: q2 in quolibet cõposito ẽm istos non est
nisi vna forma ẽm numerũ. talis autẽ forma scd̃m
istos ⁊ veritatẽ est aĩa intellectiua q̃ fuit in triduo
a corpe xp̃i separata: et alia forma scd̃m speciẽ in
eadẽ materia introducta. nec tñ debet dici ꝓpter
talẽ formã introductã de nouo in materia corpo
ris xp̃i/ꝙ xp̃s de nouo vniuit sibi aliquã naturã/
⁊ ꝙ aliquã naturã deposuit. nã certũ ẽ ꝙ xp̃s ali
quãdo fuit calefact⁹ et acq̃siuit de nouo ꝑ altera-
tionẽ aliquã formã accidẽtalem. silr̃ xp̃s habuit
aliquã deꝑditionẽ: ex quo ꝑmutatiõnẽ faciebat
deꝑditi restaurationẽ: ⁊ tñ nõ dicim⁹ ꝙ xp̃s de no
uo vniuit sibi aliquã formã accidẽtalẽ/ vel ꝙ ꝑ ta
lem deꝑditionẽ deposuit aliquã naturam: ⁊ certe
hoc nõ ꝓpter aliud nisi q2 antecedẽter ⁊ quasi vir
tualiter assumendo hũanã naturã ad quã oĩa ista
cõseq̃bant assumpsit in tali ꝓma assumptione oĩa
que postmodũ ad ipsam cõseq̃bant. Eodem ergo
mõ erit in ꝓposito ꝙ cũ ad naturam sequit ꝙ ipsa
corrupta alia forma introducat in ei⁹ materiam
nõ ꝓpter hoc ꝙ alia forma introducta est i ei⁹ ma
teriã ⁊ vnita ipsi supposito dicit verbũ assumere
secundã formã de nouo: sed solũ erat sibi vnitum
verbũ ꝑ accidẽs inq̃tũ fuit vnitum illi materie
quam ꝑficiebat talis forma de nouo introducta.
¶ Ista opinio videt alijs esse erronea: q2 est con Impugnatio huius opinionis
tra sacramẽta ecclesiastica ⁊ ipa destruit. est scd̃o
cõtra euãgelia/cõtra scõꝝ testimoniũ/ et ꝯtra iu
ra canonica. Q sic cõtrauenit siue destruit sacra
mẽta ista ꝓbat sic. Nã et si ita sit ꝙ in veteri lege
sacramẽta ꝑ aliud habuerũt significãtiã: ⁊ ꝑ aliõ
efficiẽtiã seu efficaciã/nõ tñ in noua lege: q2 sacra
menta ecclesiastica ꝑ idẽ habẽt significãtiã ⁊ effi
caciã: sed sic est ꝙ sacramẽta noue legis habẽt ef-
ficaciam ꝑ sanguinẽ ⁊ passionẽ xp̃i quare ⁊ ꝑ san-
guinẽ xp̃i habent significãtiã. igit cũ ille sanguis
ꝑ quẽ habẽt efficaciã sit sanguis xp̃i: oportet etiã
ꝙ ille sanguis ꝑ quẽ hñt significantiã sit sanguis
xp̃i: sed sanguis ꝑ quẽ habẽt significãtiã fuit san-
guis emissus de corpe xp̃i post mortẽ. oportꝫ igit
ꝙ sanguis ille fuit ipsi⁹ xp̃i: sed nõ potuit esse san
guis xp̃i nisi effluxisset de corpe xp̃i vero: q̃re cor
pus xp̃i viuũ ⁊ mortuũ fuit idẽ numero. ¶ Pri-
mũ istoꝝ ꝙ ꝑ sanguinẽ xp̃i habuerũt efficaciã ip-
sa sacramẽta dicit Augu. de ciuitate dei libro. 10.
ca. 18. ¶ Secundũ ꝙ ꝑ sanguinẽ post mortẽ emis
sum habeãt significãtiã/dicit in de ciuitate. c. 26.
et idẽ Augu. sup illud psal. Nũ q̃d q̃ dormit. ⁊c. ⁊
patet ꝑ illud Augu. ꝙ sicut de latere ade dormiẽ
tis formata ẽ eua: sic de latere xp̃i mortui forma-
ta ⁊ seorsum fluxerũt sacramẽta. aqua in remediũ
sanguis in preciũ: et ꝓpter hoc seorsum cõsecrat
sanguis a corpe/⁊ multa hmõi. ¶ Itẽ sacramen-
ta habẽt istitutionẽ certã ⁊ materiã certã ⁊ silr̃ ef
fectũ determinatũ: q̃ oĩa sunt in sacramẽto eucha
ristie. ¶ Ex hoc sic arguit. Certa istitutio sacra
mẽti istius fuit vt ꝑ v̓ba ista qñ ꝓnũciant (hoc est
corpus meũ) cõsecraret verũ corpus xp̃i: sed mo
do est ita ẽm oẽs ꝙ si fuisset in triduo facta ꝓnun
ciatio istoꝝ verboꝝ sup debitã materiã cũ debita
intẽtione fuisset ibi ꝯsecratio. quare fuisset ibi cõ
secratũ verũ corpus xp̃i: ⁊ ꝑ ꝯsequẽs fuisset idem
corpus numero ꝯsecratũ qd̃ xp̃s habuit viuens.
Christus eñ dũ vixit sacramentũ eucharistie isti
tuit: sed dũ vixit instituit ꝙ fieret ꝑ illa verba pro
nunciata cõsecratio vera corpis xp̃i: quare in tri
duo fuit idẽ corpus numero. ¶ Scd̃o ostendit ꝙ
est cõtra euãgelia: q2 Johãnis. 20. habet ꝙ chri-
stus Thome dubitãti ꝓbauit resurrectionẽ ꝑ vul
nus laterale. habet etiã ibi ꝙ dixit Thomas nisi
misero digitũ meũ in latus suũ/ nõ credã. ex hoc
sic arguit. Aut illud vuln⁹ laterale inflictũ cor-
pori xp̃i post mortẽ sicut habet ex eodẽ euãgelio
fuit ante resurrectionẽ in eodẽ corpe xp̃i qd̃ post
mortẽ resurrexit: aut nõ fuit in eodẽ corpe xp̃i qd̃
prius fuit viuũ ⁊ post mortẽ resurrexit. Si dicat
ꝙ fuit i eodẽ corpe xp̃i/habet ꝓpositũ: scꝫ ꝙ fuit
idẽ corpus numero viuũ ⁊ mortuũ. Si autẽ dicat
ꝙ nõ fuit in eodẽ corpe xp̃i ante resurrectionem/
sed in aliquo alio corpe: tunc sequunt duo incõue
niẽtia. vnũ ꝙ xp̃s ꝑ illud vuln⁹ laterale non ꝓba
uit intentũ scꝫ ꝙ resurrexit idẽ corp⁹ qd̃ pri⁹ fuit
Nã ꝑ vulnus existẽs inflictũ in alio corpe a cor-
pore xp̃i nõ põt ꝓbari ꝙ resurrexit idẽ corp⁹ xp̃i
q2 prius fuit viuũ: ⁊ ꝑ cõsequẽs sequit ꝙ xp̃s non
ꝓbauit resurrectionẽ suã discipulis suis: qd̃ ẽ cõ
tra euãgeliũ. Aliud incõueniẽs sequit ꝙ xp̃s ex
quo nõ ꝓbauit ꝙ resurrexit idẽ corpus qd̃ pri⁹ ha
buit ꝑ vulnus tale qd̃ ante resurrectionem fuit in
alio corpe ꝑ positũ qd̃ ꝓbauit ex ostensione talis
vulneris lateralis oppositũ/hoc scꝫ ꝙ nõ fuit idẽ
corpus numero qd̃ resurrexit. ex quo eñ tale vul
nus fuit i alio corpe sicut supponit: nec ex hoc ꝓ
batur fuisse idẽ corp⁹ nũero qd̃ resurrexit: ⁊ ꝓba-
tur ꝑ ostẽsionẽ talis vulneris aliõ seq̃t necessario
qd̃ ꝓbet ꝑ tale vuln⁹ ostẽsum aliud corp⁹ a corpe
xp̃i ⁊ nõ idẽ corp⁹: qd̃ silr̃ est contra euangelium.
re: quia ex hoc ipso ꝙ aliquid respicit diuersa re: sequitur ꝙ in ipso sit aliqua differentia rationis: sicut etiã ex hoc ipso qđ aliqđ est hõ seqꝛ de necessitate ꝙ sit risibile. et iõ ad nõ risibile siue ad remotionẽ risibil' seqꝛ remotio hoĩs ↄsecutiẽ nõ cãliꝛ. Si aũt loqmur de distictiõe reali obõꝝ vtꝝ scꝫ remota distictione reali obiectoꝝ remaneat necessitas habendi tales potẽtias distinctas: tunc si accipiamus obiectum voluntatis ꝓ bono non icludendo cognitionẽ / tunc videꝛ michi ꝙ dato ꝙ hoc sequeretur gratia materie: qꝛ scꝫ de ratione intellectus est habere obiectũ cõmuni⁹ ꝗ̃ sit obiectuꝫ voluntatis: et ꝑ ↄsequens hoc ablato tolleꝛ natura potentie / et ꝑ ↄsequens eius distinctio a quolibet tamen non videꝛ michi ꝙ teneat illa cõsequẽtia gratia forme. Dico autẽ tenere gr̃a forme: ita scꝫ ꝙ ipsa ablatio siue remotio distinctionis realis talis obiectoꝝ sit ratio precisa inferẽdi remotionem distinctionis potẽtiarũ siue accipianꝛ obiecta vt motiua potentiarũ siue vt termini: qꝛ illud qđ manet cũ vnitate formali alicui⁹ obiecti nõ tolliꝛ ablata distictione formali obi: qꝛ qđ tolliꝛ ablata distinctione nõ manet cũ sola vnitate: sed necessitas distinctionis istarũ potẽtiarũ stat cũ vno eodẽ formali obiecto amota ab eo oĩ distinctione reali. ergo ⁊c. Maior patet. Minor ꝓbaꝛ: qꝛ eadẽ bonitas est ⁊ ẽm ꝙ bonitas realiter est quã intellectus intelligit ⁊ volũtas vult ita ꝙ eadẽ bonitas ⁊ ẽm eãdẽ rõnẽ formalẽ mouet ad intelligendũ ⁊ ad amandũ: alioqn aliqđ icognitũ possit esse amatũ: sed manẽtib⁹ distictis actib⁹ amandi ⁊ volẽdi manet necessitas distinctionis ꝑdictarũ potẽtiaꝝ: qꝛ vt dictũ ẽ isti actus reqrũt diuersa receptiua. ꝗ exñte eodẽ fořali obõ vt motio remanet necessitas distictionis ꝑdictarũ potẽtiarũ. et hoc etiã pꝫ ꝙ necessitas distictionis istarũ potẽtiarũ manet respectu vnius obiecti formalis vt termini: qꝛ manẽte eadeꝫ bonitate vt termino: nati sunt esse diuersi act⁹ scꝫ intelligere ⁊ amare mediantibus qb⁹ dicte potẽtie diuersimode tendãt in eũdẽ terminũ cognitũ ⁊ amatũ. ¶ Ad hoc autẽ videꝛ respõderi sic: qꝛ licet idẽ sit cognitũ ⁊ amatũ: non tñ est idẽ formale obiectũ volũtatis ⁊ intellectus imo vt videꝛ illud qđ est cognitũ ab intellectu vt obiectũ est formale est materiale obiectũ amatuꝫ a voluntate vt ei⁹ et ecõuerso. verbi gratia. in ipso bono est ↄsiderare duo. s. esse ipsi⁹ bonitatis ⁊ bonitatẽ ipam: mõ obm̃ formale itellect⁹ ẽ eẽ ipi⁹ bonitatis: sed m̃ale obm̃ est ipa bonitas / ⁊ ecõuerso de volũtate. ¶ Ista rñsio nõ valet ꝑpꝛ tria. Prio qꝛ vt suppono ad nũc bonitas ⁊ esse bonitatis nõ differũt nisi ẽm rõnẽ sed distinctio ẽm rõnẽ nihil ad distinctionẽ realẽ. ꝗ ⁊c. Scđo qꝛ ipsa bonitas ẽm rõnẽ qua est bonitas cadit sub obiecto intellect⁹ ⁊ ꝑ ↄñs bonitas ẽm ꝙ bonitas põt esse formale ⁊ per se obiectũ act⁹ intelligendi. ¶ Tertio qꝛ qñ est / est tertiũ adiacẽs dicit ens qđ est in alio. s. in predicato. ꝗ qñ intellect⁹ iudicat aliqđ esse bonũ eẽ ꝙ est ibi tẽrio adiacẽs nihil dicit nisi bonitatẽ. ⁊ iõ illius actus quo iudicaꝛ aliquid eẽ bonũ obiectũ formale est bonitas. si autem accipiatur obiectũ volũtatis ⁊ intellect⁹ cũ esse cognito ⁊ q̃ratur vtrũ remota distinctiõe inter obiectũ volũtatis ⁊ intellect⁹ q̃ est ꝑ additionẽ esse cogniti ꝙ addit obiectũ volũtatis sup obiectũ itellect⁹ remoueaꝛ distictio potẽtiaꝝ. dico ꝙ remota tali distinctione remoueꝛ distinctio potẽtiarũ ita ꝙ ad remotionẽ talẽ seqretur remotio distinctionis ꝑdicte saltẽ gratia materie qꝛ in natura istarũ potentiaꝝ includiꝛ habere talia obiecta. ⁊ iõ ablata distinctione ꝑdicta ꝑdictoꝝ obiectoꝝ ⁊ ꝑ ↄñs auferuꝛ potẽtie que determinãt sibi talia obiecta ablatis aũt potẽtijs auferꝛ distinctio eaꝝ ita ꝙ in istis potẽtijs dũ sequitur ꝙ ablata distictione ꝑdicta obiectoꝝ mouẽtiũ auferꝛ distictio potẽtiarũ mobiliũ sed nõ videꝛ mihi vniuersaliter necessariũ ꝙ remota distinctione reali formali ꝑncipiꝫ motiui necessariũ sit remouere diuersitatẽ ꝑncipiorũ receptiuorũ mobiliũ: qꝛ videꝛ michi ꝙ vnum agẽs per vnũ principiũ formale excedens possit causare diuersos act⁹ reqrẽtes diuersa ꝑncipia receptiua: ⁊ hec sufficiant de qõne.

Ad rõnẽ in oppositũ.

¶ Per hoc ipi rñdent ad rõnẽ in oppositũ dicẽtes ꝙ phs ibi nõ ponit ꝙ actus vel potentie distinguantur per obiecta sed ꝙ prius est de obiectis determinandum ꝗ̃ de actibus et de his ꝗ̃ de potentijs: quia ob causã sunt prius nota quo ad nos et ex his inuestigantur. ⁊ si phs diceret ꝙ per ea potentie distinguũtur dicendũ ꝙ hoc debet intelligi sicut per ꝑncipia extrinseca ⁊ gratia materie mõ quo expositum est.

Inquirit doctor de dictis i isto 4. articlo

Inquirẽdo aũt de his patet ꝙ prima cõclusio est ꝓbabilis: scꝫ ꝙ potentie distiguũtur seipsis formaliter: quia sunt actus primi et forme quedã absolute non relationes. ¶ Scđa aũt conclusio ꝙ distinctio earum tolleretur sublata distinctione rationis obiectoꝝ non causatiue sed cõsecutiue: vera est dũ tamen intelligatur ꝙ non oĩs distinctio rationis sufficit. imo nec omnis realis quia mĩma potentia hꝫ plura materialia obiecta q̃ et re ⁊ rõne differunt sed conueniũt in aliqua ratione gñali vniuoca vel analogica magis qđ sufficit ad vnitatẽ potentie. ¶ Tertia aũt cõclusio est sufficienter per eos examinata / ⁊ probabiliter declarata: vnde dimittaꝛ sic.

Mouent dubia circa istam q̃stionem. Heruens vbi supra.

¶ Sed contra istam questionẽ illi mouent multa dubia ⁊ soluũt. Primuꝫ est: qꝛ dictũ est ꝙ potẽtie nõ distinguũtur formaliter per obiecta qꝛ cõmuniter dicꝛ ꝙ formalis distictio potẽtiarũ ẽ ꝑ obiecta ⁊ ab eis accipiꝛ ¶ Scđo dubitaꝛ circa ꝑmã differẽtiã obõꝝ q̃ dꝫ differt sicut supi⁹ ⁊ iferi⁹. ¶ Cõtra qđ arguiꝛ sic. qꝛ ois creatura itellectualis debꝫ amare oẽ bonũ quod est ad honorem dei: sed omne bonum quod est ad honorem dei includit simpliciter omne bonum: ergo voluntas cuiuslibet volentis habet ꝑ se et formali obiecto vniuersaliter omne bonum: sed tale bonum conuertitur cũ ente. ergo obiectũ voluntatis cõuertitur cũ ente / quod est obiectum intellectus: et sic non est inferius eo.

Secundũ

¶ Scđo arguitur contra secũdam distinctionem qua dicitur ꝙ obiectũ voluntatis differt ab obiecto itellect⁹: qꝛ addit sup ipsum cognitionẽ siue esse cognitum ¶ Cõtra: qꝛ illđ qđ ẽ qđdã bonũ nõ dicit aliquã rationẽ obiecti volibilis distictã ↄtra rõnẽ cõiter dictam: sed cognitio vel esse cognitũ est quoddaꝫ bonum. ergo ⁊c. ¶ Itẽ ad idẽ. cognitio est qñqꝫ obiectum intellect⁹: sed illud qđ se habet ꝑ additionẽ ad obiectũ intellect⁹ non est obiectũ intellectus: imo est extra obiectuꝫ ei⁹. ergo cognitio nõ se hꝫ ꝑ additionẽ ad obiectũ itellect⁹.

Tertium.

¶ Tertio ad idẽ: qꝛ si ꝑpꝛ hoc ꝙ nichil est volitũ nisi cognitum / dꝫ ꝙ obiectũ volũtatis icludit esse cognitũ eodẽ modo cũ nihil cognoscaꝛ a nobis nisi aliq̃ modo cadat sub sensu esse sensatũ icluderetꝛ ꝑ se ĩ obõ itellect⁹: sꝫ hoc nõ poniꝛ. ꝗ nec ꝑmũ oꝫ poni.

Tertium

¶ Tertio cõtra cõclusionẽ ꝑncipalẽ arguiꝛ q̃drupliciter. primo qꝛ vnaqueqꝫ potentia dꝫ hr̃e ꝓ formali obiecto aliqđ obiectum adequatum: sꝫ si idẽ obiectũ posset esse obiectum plurium potentiaruꝫ formale illius potentie esset obiectum inadequatum. ergo ⁊c. ¶ Scđo qꝛ sicut se habet effect⁹ ad causam ita videtur se habere modo potẽtia ad obiectũ: sed vnusquisqꝫ effect⁹ habet propriam causam: ita ꝙ ipossibile esset ponere plures effect⁹ q̃ꝝ vnũquodqꝫ excedaꝛ a sua ꝓpria causa. ergo ⁊c. ¶ Si dicatur contra ꝙ aliqua causa agens: per vnũ primũ effectũ dicitur excedere effectum: puta si dicatur sol agere ꝑ vnã virtutẽ duos effectus q̃ sunt a et b. tunc q̃ro vtrũ virtus solis ꝑ quam agit a ⁊ b excedit causam ipsius a aut nõ. si nõ ergo virtus solis nõ fuit excedẽs cã si sic aut excedit scđm rationẽ aut scđm rem. si ẽm rõnẽ nihil facit ad propositum qꝛ esse scđm rõnem nihil facit ad esse reale: sed scđm rem cum nihil excedat seipsum secundũ rẽ tunc seqtur ꝙ scđm principia diuersa in sole sint causa ipsius a ⁊ b. ⁊ sic adhuc habetur propositum. scilicet ꝙ diuersi effect⁹ reqrũt diuersas causas realiter. saltem quantũ ad principia actiua. ¶ Tertio qꝛ obiectũ se habet ad potentiã sicut ꝑfectio ad ꝑfectibile: sꝫ vni⁹ ꝑfectibilis est vna sola ꝑfectio: ita ꝙ ipossibile est vnã ꝑfectionẽ esse plurium ꝑfectibiliũ. ꝗ a simili impossibile est vnum formale obiectum esse pluriũ potentiarũ.

Respõsio ad ista dubia.

¶ Ad hec autẽ ipi ꝓbabiliter respondent ꝑ ordinẽ ad ꝑmuꝫ ꝑncipale istoꝝ dicunt ꝙ qñ dicitur ꝙ distictio formalis potentiaꝝ accipitur penes obiecta nõ sic intelligendũ est ꝙ obiecta sint ꝑncipia intrinseca potentiaruꝫ q̃bus formaliter et intrinsece potẽtie distinguũtur. sed hoc ꝓ tanto dicitur ꝙ illius distinctionis formalis gratia potentie seipsis distinguũtur. obiecta dicuntur causa extrinseca modo quo supra ostensum est: ita ꝙ non oportet ꝙ diuersitas sit causa intrĩseca illius distinctiõis. sed vel diuersitas obiectoꝝ vel idem obiectũ in causando excedens est causans diuersos actus requirẽtes diuersa principia receptiua. ¶ Ad illud quod arguitur de secundo ꝑncipali. s. de distinctõne obiectorum penes superius ⁊ inferius. Dicendũ ꝙ licet omnia bona sint ad honorem dei: tamen nõ omia bona que sunt ad honorẽ dei cadunt ꝑ se sub obiecto voluntatis ⁊ rõne volentis. licet honor dei q̃ est de eis cadat ꝑ se sub tali obiecto. vnde sicut potio amara nõ est per se volibilis sed potio amara vt valet ad sanandũ sic est ꝑ se appetibilis sic ẽ de obiecto voluntatis. sed oia per se ⁊ directe cadũt sub obiecto intellectus formali. et ideo non obstãte ꝑdicta obiectione adhuc stat ꝙ obiecta formalia ꝑdictarum potentiaꝝ se habent sicut superi⁹ ⁊ inferius.

Ad scđm.

¶ Ad illa que arguũtur de tertio principali. s. de distinctione obiecti voluntatis. s. per additionẽ esse cogniti dicendũ ad primũ ꝙ illud qđ ẽ quoddã bonũ ꝓut accipiꝛ vt qđdã bonũ nõ se hꝫ ꝑ additionẽ ad bonũ cõiꝛ dictũ. tñ illđ qđ ẽ bonũ ꝑ se acceptũ vt quedã circunstantia alterius boni se habet ꝑ additionẽ ad illud bonuꝫ. ⁊ sic cognitio prout accipitur vt quoddam bonũ in se ꝓpositũ vt quoddam eligibile / licet vt sic nõ se habeat per additionem ad obiectũ intellectus imo ꝓportionatur vt sic ipi intellectui vt obiectũ volibile / tñ quando aliud a cognitione proponitur ipi intellectui vt obiectũ volibile cognitio qua hoc cognoscitur se habet vt circunstantia illius boni cogniti: ⁊ se habet per additionẽ ad illud bonũ vt ẽ obiectum intellectus non aũt vt est obiectũ volũtatis imo includitur in ipo obiecto voluntatis mõ quo dictum est. ¶ Ad secundũ dicendũ ꝙ quãdo cognitio ꝓponitur intellectui vt quoddam bonuꝫ preter cognitionẽ que poniꝛ obm̃ cognitum oportet ponere cognitionẽ elicitã qua cognoscitur et illa non includitur in per se obiecto intellectus. qꝛ actus elicitus potẽtie vt elicitus non includiꝛ in per se obiecto eius. ⁊ talis se habet ꝑ additiõeꝫ ad obiectũ intellectus. nõ habet aũt se per additionẽ ad obm̃ voluntatis sed includiꝛ in per se obiecto eius quo mõ dictũ est. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ non est ita per se ordo inter sensũ ⁊ intellectũ ex natura ipsaꝝ potẽtiaꝝ ꝑcise acceptaꝝ: sicut inter intellectũ ⁊ voluntatem. alioqn sicut impossibile aliquid velle nisi cognitum i quocũqꝫ statu sic aĩa separata non posset intelligere qđ falsum est. Vñ ordo iste non conuenit istis potentijs ex ipsis suis naturis ꝑcise acceptis: sed ex coniũctione intellectus ad corpus: sed ordo intellectus ⁊ voluntatis est ꝑ se ex ipis naturis potẽtiaꝝ. vñ ⁊ licꝫ intellectus cõiũctus nõ possit cognoscere nisi sensibilia vel ea q̃ concluduntur ex sensibus tamẽ bene potest cognoscere aliquid qđ directe non cadit sub sensu: sed voluntas non potest velle ꝙ directe nõ cadat sub cognitione intellectus.

Ad tertiũ

¶ Ad ista q̃ arguũtur de q̃rto ꝑncipali. s. cõtra ꝑncipalẽ cõclusionẽ dicendũ ad ꝑmũ ꝙ obiectũ formale potentie non opꝫ ꝙ sit adequatum ei nisi possit respicere aliam potentiam ꝑ eandẽ rationem formalem realeqꝫ q̃uis q̃tũ ad hoc aliquã adeq̃tionẽ habeãt ad potentiam quo ad esse ꝙ ↄtentũ sub eo aliquo modo se extendit potentia. ¶ Ad scđm dicendũ ꝙ etiaꝫ maior et minor sunt false: nã obiectum non est causa effectiua potentie: licet sit cã effectiua ipsi⁹ act⁹ potentie sicut motor non est causa effectiua mobilis sed ipsius motus obiectũ aũt cõparatur ad potentiam sicut motiuum ad mobile. Minor etiam est falsa quia vna causa excedens ⁊ immediata potest habere plures effectus. ¶ Ad probationem autẽ eius dicẽdum ꝙ si ponatur ꝙ sol sit cã immediata plurium. s. a et b. non dicitur ꝙ sol sit cã excedens qꝛ causa ipsorum a et b excedat causam ipsius a secundum rem qꝛ sunt idem scđm rem sed dicitur causa excedens qꝛ põt in effectũ excedenteꝫ ẽm rem a quia potest in a et b. a autẽ et b excedunt a sicut totum partem. ¶ Ad tertium dicenduꝫ ꝙ maior est falsa: quia obiectũ non se habet ad potẽtiaꝫ sicut ꝑfectio formalis ad perfectibile per causam et sicut perfectiuum effectiuum et motiuum ad mobile ad perfectionem ad effectuꝫ ⁊ licet idẽ non possit esse plurium vt forma formaliter perficiens: idem tamen potest esse plurium vt motiuuꝫ perfectiuum effectiue.

¶ Distinctio. 27.

¶ Questio prima.

Circa vicesimamseptimam distictionem querũtur tria. Primo vtrum amor sit pricipalis passio Secundo vtrum amor dei habeat modum. Tertio vtrum mod⁹ diligendi deum possit impleri in via. ¶ Quantum ad primuꝫ vi

Primũ.

detur ꝙ amor prout est passio appetitus nõ sit prĩ
cipalis passio. qr ſm augustinum. lxxxiii. questio
nũ. nemo est qui non magis dolorem fugiat q̃ ap
petat voluptatem. ex quo sic arguitur. principaliꝰ
fugitur malum q̃ appetatur bonum. ꝛ per odium
est fuga mali ꝛ appetitus boni ꝑ amorem. ergo o-
Secundũ dium est principalior passio q̃ amor. ¶ Item de-
nominatio fit a principaliori. sed appetitus tã ira
scibilis q̃ concupiscibilis denominatur ab ira et
concupiscentia. ergo sunt principaliores passiões
Tertium. q̃ amor. ¶ Item qđ vincitur ab alio est minꝰ po
tens et minus principale. sed amor vincitur ab ira
qr ira odiuʒ generat. ergo ira est principalior pas-
In oppõʒ sio q̃ amor. ¶ In contrarium est. amor compara
tur igni et morti. Cant. 8 sed nulla passio est vehe
Rñsio. mentior q̃ ab istis. ergo. ꝛc. ¶ Item augustinus
dicit ꝙ omnis affectio ex amore est. ¶ Respõsio
tria vidẽda sunt. Primo de amore prout dicit actũ
vtrum ꝛ quando ꝛ qualis passio sit. Scđo đ amo
re prout dicit habitum amicicie vtrum. s. amicicia
sit virtus. Tertio de amore qui est caritas vtrum
deus possit simul infundere caritatem ꝛ intẽdere.
1. articulꝰ ¶ Circa primũ recitabo primo dicta aliorum. se-
Durandꝰ cundo inquiretur aliqualiter de ipsis. Dicunt er-
q. i. d. prĩi go sic aliqui ꝙ q̃uis amor prout est passio proprie
pertineat ad appetitum sensitiuum: cũ nomẽ amo
ris absolute inuenitur pertinere ad appetitum in
tellectiuum. ꝛ sic amor est quedã affectio magis
q̃ passio. ꝛ qr omnis passio est affectio ꝛ non econ
uerso. ideo loquendo de amore cõmuniter prout
dicit affectionem tam ptinentem ad appetitiuum
sensitiuũ q̃ intellectiuũ. Dicendum est ad q̃onem
ꝙ aliqua passio vel affectio potest dici principali
or dupl'r. aut qr prior/aut qr cõpletior. Si primo mõ
sic amor potest cõparari ad passiões vel affectões
que sunt respectu mali vt odium/ira/timor/ ꝛ hu-
iusmodi. vel ad passiones que sunt respectu boni.
vt desiderium ꝛ delectatio Si cõparetur ad passio
nes que sunt respectu mali: sic amor est principali
or affectio: qr prior ꝛ efficatior. ¶ Qʒ autem sit
prior patet. qr sicut se habent habitus ꝛ priuatio/
affirmatio ꝛ negatio ad cognitionem. sic se habẽt
bonum ꝛ malum ad appetitum. sed affectio ꝛ ha-
bitus prius naturaliter cognoscuntur q̃ priuatio
ꝛ negatio. priuatio enĩ non cognoscitur nisi per hĩ
tum nec negatio nisi per affirmatiõeʒ. ergo simili
ter actus appetitiuus prius cadit super bonuʒ q̃
super malum qđ est priuatio boni. ¶ Scđo qr in
illud prius mouetur appetitꝰ cuius formalis ra
tio includitur per se in ratiõe finis illud cuius ra-
tio nullo includitur in ratione finis. ratio autem
mali nequaq̃. ergo prius mouetur naturaliter ap
petitus in bonum q̃ in maluʒ. Minor de se patet.
sed maior ꝓbatur. qr finis est prior in intẽtione q̃
est actus appetitus. ꝛ ideo illud quod per se inclu
ditur in ratione finis ꝑ prius se habet ad appetitũ
sic igitur patet ꝙ comparãdo amorem ad affecti
ones que sunt respectu mali amor est principalior
affectio qr prior. ꝛ non solum sic sed qr efficacior.
cum enĩ malum non agat nisi virtute boni secun-
dũ Dionysiũ bonum autem non agat ſm se / ideo
mouet efficatius bonum appetitum q̃ malum si-
bi oppositum. qr enĩ q̃ritur bonũ id refutatur vel
fugitur oppositum malum. Si autem amor cõpa-
reṫ ad alias affectões q̃ sunt respectu boni: vt sũt
desideriũ ꝛ delectatio: sic de ordine amoris ad de

siderium ꝛ delectationem est duplex modus dicẽ- 1. opinio.
di. Unus est ꝙ amor nõ precedit desiderium ꝛ de
lectationem ſm rẽ: sed solum ſm rationem: qr de-
siderium ꝛ delectatio non distinguuntur ab amo-
re nisi sicut inferiora a suo superiore. qr om̃e deside-
rium vel delectatio est quidam amor et nullus est
amor in re qui non est desiderium vel delectatio. ꝛ
hoc probatur dupliciter. Primo sic: sicut se habʒ
appetitus seq̃ns cognitionẽ sic se habet ad actũ
sibi proportionatum ꝛ conuenientem. sed appeti-
tus naturalis: puta grauitas solum habet dupli-
cem actum. s. moueri ad locum non habitum: ꝛ q̃e
scere in loco habito. ergo similiter appetitꝰ seq̃ns
cognitionem nõ habet nisi duplicem actum. s. mo
ueri in bonum non habitũ / ꝛ quiescere in bono ha
bito. sed primũ pertinet ad desiderium: ſm ad dele
ctationem. ergo preter hoc appetitus sequens co
gnitionem nõ habet alium actum. Secundo sic.
omnis amor vel est boni habiti vel non habiti. si
sit habiti: sic ẽ delectatio. si sit nõ habiti ẽ deside-
riũ. q̃ amor nõ ẽ aliq̃s actꝰ pter desideriũ vel delecta
tiõeʒ. ¶ Pro hac opinione vr̃ esse Augu. 14. de
ci. dei. vbi dicit ꝙ amor inhiãs habere qđ amatur
cupiditas est. si aũt habens eoq̃ fruens letitia est
¶ Alius modus dicendi est ꝙ amor est actus di- 2. opinio
stinctus a delectatione et desiderio prior vtroq̃.
Qđ ꝓbatur sic. Uoluntas fertur per amorem in
bonum cognitum: sed bonuʒ põt cognosci dato ꝙ
nõ cognoscatur vt habitum vel non habituʒ: sicut
superius et commmune potest cognosci sine quoli
bet inferiori. ergo bonũ sic cognitũ potest a volũ
tate amari: sed talis amor non potest dici desideri
um qđ est de bono vt non habito. nec delectatio q̃
est de bono non habito vt habito. ergo amor ẽ actꝰ
distinctus a desiderio ꝛ delectatione ¶ Est etiam
prior: prius enĩ afficitur voluntas ad bonum et ei
complacet in eo deinde tendit ĩ ipsum ꝑ desideriũ
si non sit habitum. Ultimo ṽo quiescit ĩ bono ha
bito ꝑ delectationem. Et secunduʒ hanc viã amor
est principalior affectio inter affectões q̃ sunt re
spectu boni qr prior. ¶ Alio modo dicitur aliqua
passio vel affectio principalior: qr cõpletior: et sic
amor non est principalis passio: sʒ iste quatuor gau-
dium/et tristitia/spes/et timor. Cuius rõ est quia
complementum et principalitas passionis cõsistit
in duobus: vnum est ex parte obiecti: vt scʒ sit mo
tus appetitus tendentis in obiectum scđm rõneʒ
et aptitudinẽ obiecti: vt scʒ bonum prosequatur ꝛ
fugiat malum. Secũdum est ex parte ipsius passi
onis vt scʒ motus ille sit perfectus quantũ est pos
sibile scđm genus suum: ꝛ scđm hoc iueniunṫ due
generales passiones ꝛ principales in appetitu con-
cupiscibili scilicet gaudium/ vel delectatio/ ꝛ tri-
stitia. In istis enim duabus completur finaliter/
et terminatur omnis motus concupiscibilis: quia
in gaudio vel delectatione respectu boni et scđm
conuenientiam ad obiectum. In tristitia vero q̃ ẽ
de malo habito qđ repelli non põt terminatur om
nis motus concupiscibilis respectu mali: et scđm
conuenientiam obiecti: qr sicut conuenit bono vt
appetatur et in eo quiescatur sic malo conuenit vt
fugiatur: ꝛ si non possit ꝙ displiceat: ꝛ hoc fit per
tristitiam sicut primũ per delectationem: et sic de
lectatio vel gaudium et tristitia sunt principa-
les et completiue passiones appetitus concupi-
scibilis: sed spes et timor sunt pricipales passiões

appetitus irascibilis. qr in his perficitur motꝰ ira
scibilis nõ simpliciter: sed q̃tum possibile est ĩ il-
lo genere. qr motus irascibilis inq̃tum hmõi nõ
terminatur in obiectum presens. qr obiectum ira
scibilis est bonum arduũ quod habet difficultatẽ
ad assequendum. bonum autem pñs ꝛ habitum ta
lem difficultatem nõ habet propter quod ad obie
ctum pñs non terminatur motus irascibilis tan-
q̃ ad terminum proprium sui generis. sed pficiṫ ĩ
certitudine inclinationis ad obiectum suũ. Hãc
autem certitudinem respectu boni habet spes/ et
ſm conuenientiam obiecti: qr de natura boni est
si non sit habituʒ qđ expectetur: similiter talẽ cer
titudinem habet timor respectu mali ꝛ ſm conue
nientiam eius. qr de natura mali est vt fugiatur.
Et ideo consueuit naturalis istarum passionũ prĩ
cipaliũ sumi ſm differentiam boni ꝛ mali presen-
tis ꝛ futuri. qr delectatio est de bono pñti/ in quo
finaliṫ q̃esciṫ. tristicia ṽo de malo pñ̃ti cui renũ
ciatur. spes vero de bono futuro in quod tendiṫ
timor vero de malo futuro a quo fugitur. et quia
amor de se non dicit motum appetitus vel quietẽ
eius ſm complementũ et terminum modis pdi-
ctis. ideo non ponitur principalis passio vel affe-
Ad rões ĩ ctio. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primaʒ
oppositũ. dicendum ꝙ magis appetitur bonum q̃ fugiatur
Ad pmuʒ malum sibi oppositum. ꝛ plus appetit vnusq̃sq̃ vo
luptatem q̃ fugiat tristiciam illi voluptati oppo-
sitam. Nullus enĩ fugit malum vel tristiciam nisi
qui appetit bonũ vel delectationem oppositam. ꝛ
ita fuga mali et tristicie oritur ex amore boni seu
delectatiõis. nihil tamen ꝓhibet ꝙ aliquis dolor
plus fugiatur q̃ aliqua delectatio appetatur. inq̃
tum ille dolor priuat magis bonũ q̃ sit delectatio/
sicut dolor qui cõsistit in diuisione corporis priuat
vitam/vel tendit in priuationem vite q̃ est maius
bonũ q̃ sit delectatio venerea/ vel quecunq̃ alia
delectatio corporalis nature supaddita. ꝛ sic loq-
tur augustinus: ꝙ nemo est qui non magis fugiat
dolorem corruptiuum q̃ appetat voluptatem sup
additam nature. ipa tamen vita plus diligitur et
appetitur q̃ dolor eius corruptiuꝰ fugiatur. ꝛ hoc
verum est vĩr in delectatione ꝛ dolore sibi directe
Ad scđm. oppositis. ¶ Ad secundũ dicẽdum ꝙ concupiscẽ
tia et ira non sunt principales passiones: qr concu
piscentia vel desyderium cum ptineat ad appeti-
tum concupiscibilem et sit de futuro nõ ẽ comple-
ta passio: quia motus concupiscibilis naturalis
terminaṫ in bono presenti: ira ṽo non habet motũ
in malum scđm cõuenientiã mali: sʒ ĩ ipʒ aggredi
endũ. Nec obstat ꝙ appetitus irascibilis et cõcupi
scibilis denoiatur a cõcupiscentia ꝛ ira. quia de-
nominationes nõ sp fiunt a principaliori sed quan
doq̃ ab euidentiori: ꝛ quia concupiscẽtia iter om-
nes passiones appetitꝰ concupiscibilis euidẽtior
est ꝛ magis sensibilis: qr est de futuro ꝛ nõ habito
Scđʒ aũt Augustinum. x. de tri. Amor magis sen
titur cum prodit indigentia: ideo ab ipa tanq̃ cui
dentiori ꝛ magis sensibili denoiatur potentia cõcu
piscibilis ꝑ eandem rationem denominatur irasci
bilis ab ira: qr ira est vltimũ in passionibus eius ꝛ
Ad tertiũ ideo est euidentior maxime: qr crebrius pcedit in
exteriorem actum. ¶ Ad tertium dicẽdũ ꝙ amor
nõ vinciṫ ab ira in virtute propria: sed ĩ virtute al
terius boni qđ plus amatur sicut corrumpiṫ amor
quẽ aliq̃s hʒ ad aliũ ex hoc ꝙ in alio ppendiṫ ali-
T

quid qđ est contrarium bono proprio ꝛ amori quẽ
aliq̃s habet ad seipsum: et qr maior est hoĩs amor
ad seipsum q̃ ad alium: qr amicabilia q̃ sunt ad al
terum venerunt ex his q̃ sunt hoĩs ad seipsuʒ: ideo
ꝑ iram corrumpitur amor ad alterum qr est cõtra-
rius amori hoĩs ad seipsum. ¶ Inq̃rendo aũt de Inq̃rit doctor de di-
predictis sunt tres q̃stiones. Prima ꝙ amor ẽ prĩ- ctis durã.
cipalis passio ꝛ affectio respectu illaꝝ q̃ sunt respe
ctu mali qr prior ꝛ efficatior. Scđa ꝙ similiter re
spectu illarum que sunt respectu boni. Tertia ꝙ
quattuor ille sunt principaliores amore quãtũ ad
hoc ꝙ sunt cõpletiores. ¶ Prima cõclusio pʒ per
ea q̃ dicta sunt ab aliĩs nisi ꝙ videṫ differentia quo
ad hoc ĩter intellectũ ꝛ appetitũ: qr intellectꝰ non
hʒ aliquẽ actũ respectu priuationis vel negatiõis
aut nõ entitatis nisi illum eundeʒ qui est respectu
habitus affirmationis et entitatis: ꝛ ideo sp actu
explicito intelligitur ens quando intelligitur nõ
ens sicut intellectio cecitatis non est realiṫ alia ab
intellectione visus cum enim diciṫ quis videre te
nebram vel audire silentium nulla est visio nulla
est auditio quia non est visio nisi coloris aut lucis
nec auditus nisi soni: sed est sensus interior qui ali
quid sentiendo dũ nõ percipit se ĩmutari a visu iu-
dicat tenebram sentiens oculum aptũ ꝛ silentium
sentiendo aurẽ non immutãtem: Q̃uis sit difficile
videre quomodo sensus exterior sentiatur ab inte
teriori quẽ nõ immutat cum fantasia sit motus fa
ctus a sensu scđm actum: sed ex pte appetitus non
sic est qr habet actum positiuum respectu mali si-
cut respectu boni vnũ ab alio distinctũ. Concupi-
sco enĩ delectationẽ vno actu ꝛ q̃nq̃ alio fugio tri-
stitiam. Unde sicut dicitur oĩa appetere propṫ be-
atitudinẽ virtualiter ꝛ implicite non sic aũt ꝙ ex-
plicite actualiter beatitudo appetaṫ in cĩ̃i quod
appetitur: qr multa appetuntur in quibꝰ nichil de
beatitudine cogitatur: ita et timor et tristitia non
sunt de malo nisi in virtute amoris boni oppositi
sed non oportet actu ꝛ explicite bonum oppositũ
amari ad hoc ꝙ malum oppositum timeatur/ vel
contristet: sicut homo experitur in se qui sentiens
lenociniũ statim tristatur sine hoc ꝙ cogitet de de
lectatione opposita. Non ergo sic per omnia refu
giatur malum ꝑ amorem boni sicut intelligiṫ non
ens per ens: sed sicut ꝑ primum principium intel-
ligiṫ omne quod intelligitur. ¶ Secunda cõclu
sio patet quo ad prioritatẽ rei et diuersimode sũt
due opiniones recitate ques in diuersis locis te
net doctor vñ possunt sic concordari videtur vt. s.
dicatur ꝙ bonuʒ aliquãdo accipitur sub absoluta
ratione boni non considerando vtrũ sit habitum/
vel habendum. ꝛ sic vera est secunda opinio ꝙ secꝫ
tur bonuʒ simplex q̃ nec est desyderiũ nec delecta
tio. ꝛ idem videtur si apprehẽdatur vt bonum nõ
habitum sed vt impossibile tunc aũt non est deside
rium ꝓprie sed amor qui est velleitas. sed aliq̃ di-
cerent talẽ esse desiderium qualem amorem. s. cõ-
ditionalem si esset possibile. Quando aũt intelle
ctus practicus dicit bonum habitũ vel vt habẽdũ
tunc amor est idem re cũ altero vt dicit prĩma opi-
nio: qr nõ est desideriũ actu nisi sit amor actu. si et
odio vel non amo quod prius amaui non plus de
sidero. ꝛ similiter si habeo quod non amo sed ama
ui: non gaudeo. quando autem desidero illud qđ
amo/vel q̃ñ delector ĩ eo qđ amo. nõ pñt dici duo
actꝰ volũtatꝭ respectu eiusđ obi. qr eẽnt eiusđẽ rõ-

nis. ⁊ sic sunt vnus actus numero. sicut sillogizan
do primo intelligo maiorez vno actu. secũdo actu
simul intelligo maiorem et minorem . tertio actu
intelligo vtrãqȝ et conclusionem priore actu imp
fecto cedente et alio perfecto succedente. et simi-
liter primo amo aliquid tm̃. secũdo amo ⁊ deside
ro. tertio amo ⁊ delector. ⁊ similiter primo volo fi
nem, postea eodem actu nouo intendo finem. ⁊ e-
ligo quod ē ad finē licet difficile sit videre in pa
tria ꝙ sint vnus actus dilectio dei amicicie ⁊ frui
tio que est cõcupiscentie. nõ propter hoc. sed quia
dilectio est debita/ fruitio aũt est merces soluta. il
lud etiam quod dictum est secundo actu intelligi
maiorem ⁊ minorem ⁊ non conclusionem videtur
esse contra philosophum qui dicit ꝙ cognita vtra
qȝ premissarum non ignoratur conclusio. Unde
dicit ꝙ simul inducens cognouit quod potest dici
ꝙ in secundo actu cognoscatur conclusio implici-
te ⁊ necessario que in primo implicite non necessa
rio: qꝛ cognita quacunqȝ premissarum sola nichilo
minus potest errari in conclusione. non autem co
gnita vtraqȝ. sed in tertio actu cognoscitur expli
cite ⁊ necessario. ¶ Scdm hanc opinionem terti
am potest respõderi ad primum prime opinionis:
ꝙ non est simile de appetitu naturali: qui conseq-
tur apprehensiuam q̄ potest apprehendere bonum
non apprehendendo qd̄ est habitum vel non. et de
appetitu naturali qui fertur in rem que semper ē
habita vel non habita in re non in apprehensione
Et per idem ad secundum. qꝛ licet bonum appre-
hensum scdm id quod est sit habitum vel non ha-
bitum. tamen scdm ꝙ apprehensum est accidit ei
vtrũqȝ. sicut choruscus est de necessitate vel veni-
ens vel non veniens. qui tamen ē cognit⁹ nõ vt ve
3. cõclusio niẽs: nec vt nõ veniẽs. ¶ Tertia cõclusio patet ex
dictis aliorum. qꝛ motus irascibilis non complet
in amore sed i spe respectu boni vltra quod nichil
habet. qꝛ cum tentio venerit euacuatur/ ⁊ in timo
re respectu mali. ⁊ similiter motus concupiscibi-
lis qui inchoatur in amore/ ⁊ terminatur in gau-
dio et delectatione respectu boni habiti. in tristi-
cia ⁊ dolore respectu mali habiti. amor autem ē af
fectio concupiscibilis non irascibilis vt videtur.
ꝓpter quod concupiscibilis precedit irascibilem.
que ab eius amore excitatur.

1. opĩo q̄ē Hērici de gandauo. quol. 10. q. 12. quã etiam seqtur guido carmelita: in quolibet

¶ Quantum ad secundũ vtruz. s. amicicia sit vir
tus est duplex modus dicendi. Primus respõdet
qꝛ qd̄ philosophus dixit sub disiunctiõe. viii. ethi
coꝝ. ꝙ amicicia vel est virtus/ vel cum virtute: cũ
disiunctiua artis equipolleat copulatiue: dicit ꝙ
amicicia ⁊ est virtus ⁊ cum virtute. Qd̄ autem sit
virtus declaratur per philosophuz: qui dicit ꝙ a-
mici amant se ex electione/ non ex passione sed ex
habitu. virtus autem est habitus electiuus: ergo
amicicia est virtus. ¶ Ad maiorem manifestatio
nem huius dicit: ꝙ tria requiruntur ad generatio
nem amicicie. Primo aũt requiritur aliqua/ vł ali
que virtutes super quas fundetur. ⁊ hoc sic ꝓbat
qꝛ omnis amicicia fundatur super aliquod bonuz
vel vtile/ vel delectabile/ vel honestum. sed amici
cia fundata super vtile ⁊ delectabile ſm philoso-
phum non est vera amicicia: sed solum amicicia
fundata super honestũ/ ⁊ bonuz honestũ est bonũ
virtutis: ergo omnis vera amicicia fundatur sup
aliquam virtutem precedentem. ¶ Secundo req
ritur quedam dispositio naturalis ſm quam ille i
quo debet generari virtus amicicie sit ita natura
liter dispositus vt sit amatiuus: que dispositio po
test dici amatio. vñ illi in quibus non est talis dis-
positio: sicut sunt solitarij/ siluestres/ seui/ ⁊ disco-
li non sunt apti ad amiciciam. in alijs autem exce
dit dicta dispositio: qꝛ se extendit ad omnes amã
dos tam notos q̄ȝ ignotos Ex hoc posset formari
talis ratio ad ꝑncipale. virtus est que reducit ex-
cessum et defectum ad medium. sed vt dictum est/
contingit aliquem esse dispositum ad excessiue a-
mandum. vel etiam ad defectiue amandum. ergo
oportet dare virtutem amicicie: que hec reducat
ad medium. ¶ Tertio vt dicit requiruntur ad ge
nerationem amicicie actiones/ siue operationes
conuenientes quibus generetur. que quidē opera
tiones sunt mutua dilectio duorum adinuicem. et
cuz dilecto ad tertiũ. Et hoc probat per hoc quia
homo debet amare bonum virtutis in se ⁊ se pro-
pter virtutem. ⁊ illud bonum debet diligere in p-
ximo. sed qꝛ perfecta dilectio non est sine dilecto.
ideo ista amicicia se debet extendere ad amanduz
illud bonum in tertio. ¶ Alia operatio siue actio
que requiritur: est beniuolentia qua amicus vult
bonum virtutis amico ⁊ alia bona. cum hoc etiaz
requiritur beneficiētia qua amicus communicat
bonum quod habet siue virtutis/ siue fortũe ami
co vt coequatur in bonis: qꝛ paritas multuz facit
ad amiciciam. ¶ Tertia operatio que requiritur
est confidentia mutua reuelando sibi secreta sua:
qꝛ cum suspitione non est perfecta amicicia. ⁊ ta-
lis amicicia est pars iusticie generalis complens
illud preceptum hoc facias alij quod tibi vis fieri
et non facias alij quod tibi nõ vis fieri. ⁊ decor/ et
perfectio aliarum virtutum. qꝛ in alijs virtutibus
non est perfectio nisi quando in eis sibi communi
cant amici. ⁊ illa amicicia tenet in actionibus me
diũ que sunt amici ad amicum. s. in delectatione
beniuolentia. beneficientia. et confidentia.
¶ Alia vero est amicicia q̄ magis debet dici ami
cabilitas que tenet medium circa passiones scdm
quas aliqui sunt qui volunt esse nimis placidi/ et
delectabiles alijs: qui dicuntur adulatores. Alij
vero qui parum volunt esse tales: sicut siluestres
⁊ discoli. Alij vero tenent medium existentes pla
cidi vt oꝫ: nõ pl⁹. ¶ Si dicat ꝙ amicicia amittit
ex vicio alterius quod non conuenit virtuti. Rñ-
dent ꝙ illud qd̄ relationis est in amicicia/ scilicet
mutuitas amandi siue amicicie perit in vno ami-
corum per viciũ alterius. sed illud quod est ibi de
habitu absoluto nõ tollitur in vno per vicium alte
rius/ imo ille qui remãet in virtute adhuc exercet
circa alium actiones amicicie/ saltem aliquis: re-
ducendo eum ad amiciciam/ quousqȝ sit omnino
incorrigibilis. ¶ Secundus modus dicẽdi vtrꝫ

2. opinio Herueí

amicicia sit virtus est qꝛ dicunt ꝙ actus amicicie
qui est inter virtuosos quibus mutuo se diligunt
⁊ bene sibi faciunt ⁊ se iuuant specialiter in actib⁹
virtuosis: non est dubium esse laudabiles ⁊ virtu-
osos. nec est intentio querentis vt credo scȝ que-
rere vtrum tales actus sint laudabiles ⁊ virtuosi.
omnis eñ actus qui est scdm rectam rationem q̄ȝ
tum est ex genere actus est virtuosus/ licet defici-
at a ratione virtutis quandoqȝ. quia est cum diffi
cultate. vnde si sola voluntas sufficeret ad prom-
pte ⁊ faciliter eligendum quicquid recta ratio di
ctat faciẽdum intellectus per se sufficeret ad hoc

iudicandum prompte ⁊ faciliter non esset aliqua
alia virtus ab intellectu et voluntate ⁊ tamē om
nes actus essent virtuosi Unde de intentione que
rentis vt credo fuit querere vtrum preter habi-
tus aliarum virtutuz qui sunt in amicis virtuosis
requiratur aliquis habitus specialis quo bene ⁊
prompte in actus amicicie sibiinuicem commu-
nicent an ad hoc sufficiant alie virtutes.
¶ Ad hoc dico ꝙ probabiliter potest teneri ꝙ pre
ter alias virtutes requirit aliquis habit⁹ specia-
lis ad actus amicicie cõuenientes exercendos.
Et hoc probo tali ratione qꝛ actus ꝟtutis a vir-
tute elicitus nõ est eius primum obm̄ nũc autē ac
tus aliaruz virtutũ que sunt in amicis virtuosis
est primũ ⁊ per se obiectum amicicie. Nam amici
virtuosi precipue communicant sibi actus virtuo
sos ⁊ eos sibi mutuo optant et super bonũ virtu-
tis talis amicicia fundatur sicut super propriam
materiaz. vnde preter alias virtutes oportet esse
specialem virtutem et specialem habitum que est
amicicia. ¶ Potest hoc etiam suaderi aliter sic
quia illa virtus que ordinat hominem ad bene se
habendum ad alterum differt ab omni virtute q̄
ordinat hominem ad bene se habendum in seipo:
sed amicicia ordinat hominem ad bñ se habendũ
ad alterũ ergo differt ab omni virtute que ordiat
hoīez ad bñ se hñduz in seipo. Amicicia autē q̄ or
diat hoīez ad alterũ dr̄t a iusticia ⁊ liberalitate qꝛ
iusticia attēdit rõez debiti: sed aicicia attēdit ad
rõez ꝗtuiti. ⁊ si etiaz in amicicia sit aliquo modo
debitũ tale tamen debitũ est magis debitũ amica
bile q̄ȝ debituz legale circa qd̄ ꝑcipue est iusticia.
¶ Liberalitas etiam q̄ ordinat hoīem ad alterũ
non attēdit in eo aliquã rationem amicicie/ ⁊ est
circa pecunias nõ sic amicicia. Et sic ꝓbabiliter
potest teneri ꝙ preter alias virtutes oportet esse
aliam aliquam specialē ꝟtutē q̄ sit amicicia ſm
quã bene se habēt amici in hijs que sũt amicicie.

Obijcitur contra dicta i opinione pma.

¶ Qz aũt de hoc dicunt primi videtur istis non
valere. Nam pmo dicit scȝ ꝙ philosoph⁹ dicit ꝙ
amici diligũt se ex habitu et electione põt aduer-
sarius dicere ꝙ veruz est sed ille habitus virtuo-
sus quo se diligũt amici virtuosi nõ est alius ha-
bitus ab habitibus aliarũ virtutũ ⁊ ꝙ per habit⁹
aliarũ virtutũ sufficiēter inclinant ad diligẽdũ se
mutuo ¶ Et ꝙ dicit ꝙ disiũctiua artis eqpollet
copulatiue dicetur sibi ꝙ nõ est verũ semper imo
sepe est falsũ. ¶ Qz dicit in secũda ratione ꝙ ille
habitus q̄ reducit abundãtiam placẽdi ⁊ defectũ
placendi ad mediũ est specialis virtus potest ad
uersarius dicere ꝙ verũ est: sȝ tamen ista special'
virtus non est amicicia amicoruz virtuosorũ vel
simplr loquendo amicicia imo est virtus affabi-
litatis cuius extrema sunt aggressiblitas ⁊ adula
tio sicut ipse dicit. ⁊c. ¶ Qz dicit postea ꝙ requi
runtur inter amicos operationes ad amiciciam
põt dicere aduersarius ꝙ veruz est ꝙ requirũtur
operationes amicicie inter virtuosos nõ ad gene-
randũ nouum habitum sed ad conseruãdum iam
existentem: sicut etiam oportet ꝙ iustus exerceat
actus iusticie loco ⁊ tempore ad seruãdũ iusticiã.
¶ Qz dicit postea ꝙ est pars iusticie gñalis cre
do ꝙ male dicit qꝛ iusticia ꝓprie loqndo de iusti-
cia in q̄cunqȝ specie iusticie respicit rationē debi-
ti legalis ita ꝯrespicit rationem debiti nõ solũ sȝ
ꝙ debitum dicit quãdaz cõgruitatē scdm ꝙ debi-
tum põt dici quod est cõgruũ fieri sȝ magis scdȝ
ꝙ debitũ importat quandam obligationē illius
qui debet ita ꝙ actus eius non sit ꝗtuita impēsio
sed redditio debiti ad quod obligat. amicicia au
tem magis iportat rationez ꝗtuiti. ¶ Et ꝙ dicit
ꝙ implet illud preceptũ hoc facias alij quod tibi
vis fieri. dico ꝙ non plus implet illud preceptum
q̄ȝ alie virtutes que sunt ad alterum: quia sensus
precepti est hoc facias alteri qd̄ iudicas tibi de-
bere fieri ab alio/ hoc autem quilibet implet faci-
endo quod debet facere alteri/ quod fit secunduz
omnes virtutes ordinãtes hominem ad alterum
et non secunduz istam solam imo magis fit scdm
iusticiam q̄ȝ secundum istam. ¶ Qz autem
dicit ꝙ est decor ⁊ perfectio aliarum virtutũ si in
telligat per hoc dicere ꝙ alie virtutes cum ami-
cicia sunt perfectiores ⁊ ꝙ perfectiores actus eli
ciunt/ verum dicit quia per amiciciã vnus virtuo
sus ad alium disponitur ad perfectius agẽdũ o-
pera virtutum quia per hoc mutuo se iuuãt. Si
autē intelligat ꝙ amicicia sit perfectior alijs ꝟtu
tib⁹ falsum est qꝛ magis ē perfectio amicicie ex
alijs virtutibus q̄ȝ econuerso nec ipse probat con
trarium. nam auctoritates quas adducit ad pro
bandũ ꝙ amicicia sit perfectio aliarum virtutum
possunt exponi secundũ primũ sensũ modo positũ
¶ Ad argumentum in oppositũ quod ꝓbat ami
ciciam esse virtutem quia amittitur per viciũ al-
terius dici potest ꝙ amicicia dupliciter accipitur
vno modo pro cõuentione aliquoruz plurium in
amicicia ⁊ isto modo non dicit vnũ habitum vni-
us sed ꝯcursum plurium habituũ i pluribus ami
cis et sic amittitur amicicia per vicium alterius
amicorum quia in vicioso iam non cõcurritur cũ
amicicia virtuosi. Alio mõ accipit pro vno hītu
vniuscuiusqȝ amicorũ ⁊ isto mõ non amittitur in
vno per viciũ alterius. ¶ Aduertendũ etiam ꝙ
amicicia ex sua ratiõe vnde amicicia non ē virt⁹/
sicut iusticia et temperãtia ex sua ratione dicunt
virtutes alioquin amicicia viciouz esset virtus
quia inter viciosos est bene amicicia delectabilis
vel inutilis sed quantuz ad aliquam eius speciē
bene est virtus scȝ quantum ad amiciciam hone-
sti et virtuosorum. ¶ Quantũ ad tertiã vtrũ scȝ

3. articul⁹ 1. mod⁹ dicẽdi qui ē heruei q̄l. 2. q. 6.

deus simul possit caritatē infundere ⁊ intendere
est duplex modus dicẽdi Primus proponit duo.
primo dare intellectũ questionis. secundo solue-
re ad questionem. ¶ Quantum ad primum scien
dum ꝙ ista questio potest habere duplicē intelle-
ctum vnus est vt quereret vtrum deus posset ca-
ritatem vel quamcumqȝ formã infundere simul ⁊
augere. Alius potest esse vt querat vtrum deus
absolute possit aliquã formaz infũdere ⁊ augere
q̄ȝtũ ad formas q̄ recipiũt magis ⁊ min⁹. ¶ Pri-
mus autem intellectus subdīdit quando querit
vtrum scilicet deus possit caritatem vel formam
simul infundere et augere vno modo vt queratur
vtrum in principio quando deus infundit carita
tem possit eam infundere in gradu intenso ita ꝙ
infundere ⁊ augere nichil aliud sit q̄ȝ infundere
vel a principio eam facere in gradu intenso. Ali-
us modus vt queratur vtrum deus possit facere
in eodez instãti remissã caritatē infundẽdo ⁊ illã
eandē in eodē instãti intẽdere seu facere intensã.
¶ Accipiendo ergo primum intellectum de istis
subdiuisis simpliciter dicendũ ꝙ deus potest ca-

ritatem in eodem instanti infundere ⁊ augere se-
cundum primum intellectum subdiuisum: quia
tunc infundere et augere nichil aliud est ꝙ̃ infun-
dere charitatem in gradu intenso. sed deus potest
charitatem vel quãcunqȝ formam aliam suscipiẽ
tem magis ⁊ minus efficere vel infundere in quo
cunqȝ gradu non repugnante rei. ergo ⁊c.
¶ Sciendum tamen ꝙ istud non est proprie intẽ
dere formam: sed est a principio formã generare/
siue nõ existentem prius ꝙ̃ ad esse suum de nouo
producere. Nam hic accipitur generare prout se
extendit cõmuniter ad omne producere. Nam in
tendi proprie est aliquid de minus tali facere ma-
gis tale. non autem facere de simplr non tali tale
Si autem accipiatur sensus intellectus questio-
nis de intellectibus diuisis queratur vtrum deus
possit in eodem instanti facere caritatem remissã.
⁊ simul cum hoc facere eam intensam. dico ꝙ non
qꝛ nulla virtute possunt simul fieri opposita in eo
dem. sed caritas intensa ⁊ remissa sunt opposite.
ergo impossibile est quacũqȝ ꝟtute ꝙ aliqua qua
litas fiat remissa ⁊ ꝙ in eodem instanti in quo fit
remissa fiat intensa. Maior patet qꝛ ꝯtradictoria
non possunt quacũqȝ virtute simul verificari de eo
dem. sed cõtradictoria includũtur in omni opposi-
tione ꝫ. ⁊c. Minor etiam patet qꝛ caritas intẽsa
et remissa vel habẽt se sicut ꝓuatiue opposita vel
sicut contraria qꝛ scd̃m quosdam caritas remissa
dicit caritatẽ cum ꝓuatione vlterioris g̃dus quẽ
importat intensa. scd̃m alios autẽ qui ponunt ꝙ
impossibile est ꝙ eadeȝ numero. qualitas vel for
ma sit intẽsa ⁊ remissa caritas intẽsa ⁊ remissa se
habent sicut cõtraria vel forme contrarie: quaruȝ
vna est perfectior alia. ¶ Si aũt accipiatur sen-
sus intellectus questionis simpliciter vt queraꝛ
vt deus possit caritatem vel aliquã formaȝ simul
infundere ⁊ augere: dico ꝙ scd̃m ponentes ꝙ im-
possibile est eandem formam numero esse intẽsaȝ
⁊ remissam. qꝛ impossibile est deum vel quodcun
qȝ agens aliqd intendere aliquam formã. qꝛ si ali
quod agens formã prius remissam intẽderet: aut
remissa manet aut non. Si manet facta intensiõe
aut cedit in idem per essentiã cũ itẽsa aut nõ. Si
sic ꝫ falsa est illa ꝓpositio q̃ ponit ꝙ forma q̃ fuit
prius remissa nõ sit eadeȝ cũ prima q̃ postea est in
tensa. Si non. sequitur ꝙ due forme eiusdem spe
ciei differentes solo numero sint simul i eodẽ sub
iecto: ⁊ qd peius ẽ ꝙ duo opposita possunt simul
esse. Nam scd̃m oẽs intensum et remissum habent
aliquã oppositionẽ vel cõtrariã vel priuatiuã vt
dictũ est. Si autem ponaꝛ ꝙ remissa non maneat
tunc remissa corrumpiꝛ: sed qd corrumpiꝛ nõ intẽ
ditur ergo forma ꝓus remissa non intẽdiꝛ nec eti
am sequens. qꝛ de nouo generari ⁊ intẽdi nõ sunt
ideȝ: sed sequens forma de nouo totalr g̃natur. er
go. ⁊c. ¶ Si dicatur ad hoc ꝙ forma intendi non
põt propter vnitatẽ forme intẽse ⁊ remisse: sed pro
pter vnitatem subiecti: qꝛ scd̃m idẽ subiectũ fit de
minus tali magis tale. ¶ Cõtra. lȝ subiectũ dica
tur de minus tali fieri magis tale non tñ subiectũ
dicitur intendi et remitti: sed forma ipa scdȝ quã
subiectum dicitur fieri de minus tali magis tale
sed forma non posset dici intendi proprie nisi ea-
dẽ forma q̃ fuit remissa postea esset intensa. ꝫ. ⁊c.
Et ista est vna ratio ꝑ quaȝ ꝓbatur ꝙ eadem for-
ma numero est intensa ⁊ remissa. et sic patet ad q̃-
stionem. ¶ Isti tñ contra se obijciunt dupliciter.
Primo sic. deus non potest intendere aliquã cha
ritatẽ. ergo non potest simul infundere ⁊ intende-
re. ꝯña patet: qꝛ qd non potest in alteram partem
copulatiue non potest in totã copulatiuã. Proba
tio antecedentis: qꝛ supposito vt quidã ponunt ꝙ
impossibile est eandẽ formã numero esse intẽsã ⁊
remissam si de⁹ intẽdit charitatẽ aut intendit pre
cedentẽ aut sequentẽ. nõ precedentẽ quia illa cor
rũpitur: et ideo non intendiꝛ: similiter nec sequẽ-
tem qꝛ illa tota de nouo g̃natur siue produciꝛ. nõ
est autẽ idẽ formã nõ p̃cedẽtẽ g̃nare ⁊ intẽdere eã
ergo. ⁊c. ¶ In oppositũ etiã arguunt ꝙ deus pl⁹
potest ꝙ̃ actus moralis sed ille statim cũ ẽ põt in
tendere habitum moralẽ: ergo deus vt videꝛ põt
simul intendere ⁊ infundere charitatẽ. ¶ Ad ista
ambo respondent. Ad primã ergo dicendũ iq̃uan
tum est contra ꝓpositũ ꝙ añs est falsum. Ad ꝓba
tionẽ dicẽdum ꝙ ipe intendit p̃cedentẽ ⁊ qñ dr ꝙ
nõ. ꝙ p̃cedẽs corrũpitur dico ꝙ ꝑ interemptionẽ
ꝙ nõ corrũpitur qꝛ teneo ꝙ forma eadẽ numero q̃
prius fuit remissa postea est intẽsa. ⁊ de hoc an scȝ
eadẽ forma sit remissa ⁊ intẽsa dicit se alibi tracta
re diffuse: vbi de hoc habet questionem motam.
¶ Ad rõnẽ factã ad alterã ptẽ rñdent inquãtum
videꝛ esse cõtra ꝓpositũ suũ ꝙ licet act⁹ moralis
statim cũ est possit intendere habitũ preexñtẽ / nõ
tñ stati cũ est habitus in gradu remisso g̃naꝛ in eo
dẽ instanti in quo est g̃natus in gradu remisso po- 2. opinio q̃ est Godefri. de fontib⁹ qli. 9. q. 10.
test fieri intensus. ¶ Secund⁹ modus dicendi in
uestigat vtrũ charitas habeat esse in fieri an in fa
cto esse. Ad quod dicunt sic ꝙ quedam forme ha-
bent acquiri ꝑ motum: ita ꝙ motus siue mutatio
successiua non sunt in tali forma que ꝓut est i suo
continuo acquiri non habetur scd̃m eundẽ gradũ
in aliquibus duobus instãtibus et tale acquiri di
citur suũ fieri in termino autem vni⁹ acquiri dici
tur factũ esse talis nature. ¶ Quedã aũt sunt in
quibus non est per se motus: sed tñ sunt termini
aliquorum motuum: sicut illuminatio aeris ⁊ in-
troductio forme substantialis et talium fieri voca
tus motus eis annexus et earum introductio est
suum factum esse: ista ergo habent fieri et factum
esse sed non simul: qꝛ eorum fieri est motus vel qui
in eis est vel q̃ est eis annexus et in termino mot⁹
habent suum factũ esse. ¶ Quedã autem sunt in
quibus nec est mot⁹ nec ipsa sunt termini aliquo-
rum motuum sed habent esse ab alio sine successio
ne per simplicem cõmunicationem: sicut ea que a
deo fiunt immediate vt charitas et gratia et con
similia: q̃ successionem non important: licet enim
deus possit immediate causare motum / cuius rõ
consistit in successione tñ ea que successionem nõ
important: vt charitas/gratia/et similia habẽt eẽ
a deo per simplicem cõmunicationẽ essendi absqȝ
hoc ꝙ sint termini motus/et per eandem actionẽ
qua simplici communicatione habet esse ab alio
nũc primo quod est fieri talis rei habet etiam to-
te suo esse conseruari: ⁊ ita ꝙ sicut ꝑ simplicem cõ
municationem habet esse charitas i eo qui prius
eam non habebat: ita etiam quando augetur cha
ritas: sic per consimilem simplicem communica-
tionẽ maior caritas/hoc excepto ꝙ i augmẽto ca
ritatis oportet dare duo scilȝ maiorem et mino-
rẽ caritatem quarum vna succedit alteri: ita ꝙ cõ
parando maiorem ⁊ minorem adinuicem est ibi

successio. sed quelibet earum secundum se accepta
habet esse ꝑ simplicẽ cõicationẽ. Sic ergo accipi
endo fieri proprie ꝓ successiua ⁊ continua acq̃siti
one alicuius negatur caritas nõ habet esse. nec ẽt
incipe esse per tale fieri. Sed si accipiatur fieri ꝓ
nunc p̃mo esse ab alio: sic caritas incipit eẽ ꝑ fieri.
Accipiendo aũt fieri ꝓ dependentia in suo esse a
causa immediata: sic etiã caritas est in fieri sicut
lumen respectu corporis luĩosi. Quedã aũt dicunꝛ
quantũ ad hoc respectu causaꝝ suaꝝ imediatarũ
esse in facto esse ⁊ non fieri. ⁊ q̃tum in suo esse iaȝ
acquisito nõ dependẽt ampli⁹ ab eis. respectu aũt
dei non solum caritas hȝ sic semp esse in fieri: sȝ ẽt
ois creatura. ¶ Contra predicta tñ arguitur. qꝛ
ſm Augu. sup Geñ. ca. 19. gratia ⁊ caritas habẽt
esse in aia sicut lumen in aere. sed ſm eundẽ: lumẽ
in aere habet esse in quodam fieri. ergo. ⁊c. Dicen
dum ad hoc qd ꝓcedit de fieri quod nõ est succes
sio continua in acq̃rendo esse sed ꝓ tali dependen
tia a deo que est cã immediata caritas fit. vñ cari
tas cum det esse spũale sicut forma naturalis na-
turale: sicut illa potest habere esse in facto esse per
simplicem effluxum/sic ⁊ caritas. ¶ Ad argumẽ
ta: solutum fuit in primo articulo ſm illos de pri
ma opinione. ¶ Questio secunda.

S Ecundo q̃ritur de amore ꝑ-
ut ptinet ad caritatẽ vtruȝ di-
lectio vl' amor dei habeat mo
dum. ¶ Arguitur ꝙ sic. p̃mo
Primum ꝑ augustinũ q̃ dicit sic de hĳs
tribus q̃ sunt mod⁹ species ⁊
ordo ꝙ vbi sũt hec magnũ bo
num sũt vbi parua ꝑuum vbi
nulla nullũ sȝ ꝯstat ꝙ dilectio
est magnum bonũ. ꝫ hec tria sũt in dilectione dei
ergo ipsa habet modũ. ¶ Itẽ habit⁹ appetit⁹ mo
Secũduȝ dificanꝛ in actu suo ꝑ actum intellectus sicut vir
tutes morales modificanꝛ ꝑ prudentiã: sed fides
q̃ ꝑficit intellectum in actu suo habet modũ scd̃m
illd̃ Ro. nõ plus sapere ꝙ̃ opȝ sapere: ergo fortio
In oppositum. ri rõne charitas hȝ modũ in actu suo. ¶ In con-
trarium est qd dicit Bernar. in lib. de diligẽdo de
um cã diligendi deũ deus est modus aut sine mo-
Rñsio. do diligere. ¶ Responsio. tria videnda sunt. Pri
mo de mõ de q̃ queriꝛ. Scd̃o an modus diligendi
deũ sit imediatior: vel modus cognoscendi. Ter
tio an modus charitatis ad merendũ req̃rat spe-
1. articls. cialẽ motionẽ. ¶ Quãtũ ad primũ dicũt aliq̃ ꝙ i
Durãdus dilectione dei ⁊ actu cuiuscũqȝ virtutis põt acci-
q. 2. hui⁹ d pi triplex modus scȝ scd̃m limitationem essentie
et scd̃m determinationẽ circunstantie: ⁊ scd̃m pro
portionẽ medĳ ad superfluum ⁊ diminutũ. ¶ Si
primo mõ sic dd̃m ꝙ dilectio dei hȝ modũ cui⁹ rõ
est: qꝛ oẽ illud qd est in certo g̃ñe ⁊ in certa specie
hȝ moduȝ scd̃m limitationẽ essentie: sed dilectio
dei est in certo g̃ñe ⁊ in certa specie. ꝫ hȝ modum
scd̃m limitationem essentie. ¶ Si aũt loquamur
de modo scdȝ determinationẽ circũstãtie: sic ad-
huc dilectio dei habet modũ. ¶ Q; ptȝ qꝛ sicut
se habet malicia ad actum viciosum: sic se hȝ boni
tas ad actum ꝟtuosum: sed malicia cõsistit i actu
vicioso propter defectũ determinate ⁊ debite cir
cunstantie. ergo similr bonitas consistit in oi actu
ꝟtuoso ꝓpter iformationẽ act⁹ ſm debitas circũ
stantias. ¶ Si aũt accipiaꝛ modus scd̃m ꝓpor-
tionẽ medĳ ad supfluũ ⁊ diminutũ: sic dilectio dei

non habet modũ. Q; pȝ dupl'r. primo sic: vbicũqȝ
inueniꝛ talis modus ibi possibile est viciari actuȝ
ꝑ excessum: sȝ dilectio dei nõ potest viciari ꝑ exces
sum ꝑ se loquendo: non eñ põt deus nimiũ amari
ergo dilectio dei nõ hȝ talẽ modum. ¶ Scd̃o sic:
qꝛ actus charitatis seq̃tur actũ fidei: sȝ in actu fi-
dei quo credimus in deũ nõ est inuenire modũ ſȝ
ꝓportionẽ medĳ ad supfluũ et diminutũ: null⁹ eñ
nimiũ potest credere in deũ vel inniti nimis veri-
tati diuine. ergo similiter in actu diligendi deum Ad rõnes añ oppositum.
non est inuenire talẽ modũ. ¶ Ad primũ argumẽ
obiecti. Minor pbat̄ qꝛ virtꝰ tēperātie est impfe
cta respectu latrie: et tñ respectu euisdē obiecti et
actus inueniunt̄ he due virtutes concurrere: sicut
cū aliquis ieiunat ex voto sic ꝙ ieiunare ei placet
et qꝛ est bonū tēperātie/ ⁊ qꝛ est debitū deo ratio
ne voti: sic eñ ptinet ad latriā. ergo. ⁊c. ¶ Scđo 2
qꝛ virtꝰ p quā ferrū mouet̄ ad magnetē sursū stat
simul in ferro cuȝ grauitate/q̄uis motꝰ sursum et
deorsum nō stēt sil'. q̄ duo hītꝰ pñt stare sil': vtpote
fides ⁊ gloria: q̄uis actus eorum non possint sta
re simul. ¶ Respōdet̄ ad hoc ꝙ illa virtꝰ nō est in
ferro simpl'r sed ſm q̄d: qꝛ si esset simpl'r ferruȝ/ in
quacūq; distantia moueret̄ ad magnetē/ qđ nō est
verum/ et etiā si ferrū esset inunctū alleis: qꝛ tūc
etiam nō moueret̄. Hoc non valet: qꝛ peto si illud
qđ ex ꝟtute est in ferro/habet naturā speciei illiꝰ
aut nō. si nō/moueret̄ nūc plus q̄ȝ priꝰ. si sic: ergo
est ibi simpl'r/sic ꝙ q̄tūcunq; esset pfecta in specie
posset stare cū grauitate. cū quocūq; eñ pōt stare
albedo quantūcunq; remissa pōt et intensa: qꝛ op
positio et repugnātia in istis est rōne speī. ¶ Itē
pbo ꝙ sit ibi simpl'r: qꝛ pfecti est agere: sed ferruȝ
motū ad magnetē attrahit ferruȝ et mouet ad se:
ergo virtꝰ illa est in ferro pfecte. ¶ Nec valet qđ
dꝛ/ qꝛ si esset ibi simpl'r ferrū in quacunq; distātia
moueret̄ ad magnetē. dico ꝙ nō: qꝛ ꝟtꝰ illa de no
uo causat̄ in ferro a magnete p verā alterationeȝ
q̄ nō pōt ptingere ad quācunq; distantiā sed ad de
terminatā. sicut ignis nō pōt calefacere ad quā
cunq; distātiā/ ⁊ ideo ferrū nō ferret̄ ad magnetē
nisi ab illa distātia a qua pōt sufficienter alterari:
ita vt virtꝰ recepta pualeat inclinationi grauita
tis. et p eandē rōnē non mouet̄ si iungat̄ alleis: qꝛ
talis iunctio impedit alterationē/sicut lignū nō
calefieret ab igne si in ligno esset aliq̄d qđ impedi
ret calefactionē vel circa lignum. ¶ Tertio sic: qꝛ 3
paulꝰ in raptu vidit deū: et tñ in eo māsit habitus
fidei ſm doctores. ergo habitꝰ fidei pōt stare cum
visione. ¶ Respōdet̄ ad hoc ꝙ nescit̄ an paulus
in raptu fuit in corpe an extra corpꝰ: qꝛ ipemet ne
sciuit vt dꝛ 1. Corin.12. Si autez aīa eiꝰ fuit extra
corpus tunc nō habuit fidē sed solū visionē: sed re
stituta corpi habuit fidē sine visione: et ita nunq̄ȝ
fuerūt sil' fides ⁊ visio. ¶ Sed hoc nō valet: qꝛ si
nescit̄ an fuit in corpe vel extra corpꝰ/ q̄re magis
ponit̄ ꝙ fuit extra corpꝰ q̄ȝ i corpe: ⁊ q̄re nō respō
det̄ si fuit in corpe stetit fides cū visione: nisi ei ra
ptus esset possibilis anima existēte in corpe/pau
lus sciens se raptū nō dubitaret an esset in corpe/
vel extra corpꝰ: sed absolute dixisset ꝙ extra cor
pus. ⁊ si raptꝰ est possibilis aīa existente in corpe/
q̄re ppter raptū oportet ponere paulū mortuum
et si de facto ponat̄ mortuꝰ tñ potuit rapi viuꝰ: nā
⁊ moyses fuit raptꝰ vel saltē vidit essentiā diuinā
sicut paulꝰ vt Augu. dicit sup Geñ. ad litterā: qui
tñ nō fuit mortuꝰ/ ⁊ sic stat argumētum ꝙ potuit
fides esse cū visione. ⁊ sic patet ꝙ habitꝰ fidei pōt
manere in patria. nec hoc dicere est hereticuȝ/nec
falsum sed verū. ¶ Qȝ autem possit manere sine
actu pbo vnica rōne q̄ talis est. Que possunt vno
instāti stare sine iuicē sil' pñt sil' sine ꝯtradictione
semp sil' esse sine iuicē: sȝ nulli dubiū est q̄n habitꝰ
fidei nūq; possit esse sine actu. ergo. ⁊c. Probatio
maioris. Quecunq; possunt sil' esse p vnū instans
possunt sine contradictione semp simul esse: qꝛ si
multatē nō ipedit lōgitudo vel breuitas tpis sed
natura oppositionis. ergo q̄ possunt ad tēpus sine
inuicē esse possunt semp sine inuicē esse absq; con
Ad primū tradictiōe. ¶ Ad rōnes in oppositū. Ad pmā cū
dꝛ pfectū et ipfectū respectu eiusdē nō stāt sil'. Di
cēdum ꝙ verū est ꝙ idē p essentiā nō est sil' pfectū
⁊ ipfectū/puta ꝙ idē habitꝰ sit sil' pfectꝰ et ipfectꝰ
nō sic ꝙ idē specie q̄uis aliud nūero sit sil' pfectū
⁊ impfectū in eodem subiecto: vt ꝙ in eodē subie
cto sit simul albedo pfecta ⁊ impfecta: qꝛ q̄ sunt in
eodē subiecto differūt specie vt dꝛ.5. metaphisice
sed ꝙ diuersa genere aut specie quoꝝ vnū semp est
pfectiꝰ altero non possint simul esse in eodē subie
cto etiā respectu eiusdē obiecti/nō ē verū: ⁊ q̄uis
hoc declaratū sit in habitibus appetitiuis/adhuc
patet in habitibꝰ intellectiuis. Cōstat eñ ꝙ habi
tus scientie hic acq̄site p quē scio deū esse vnū re
manebit in patria: ⁊ tñ est impfectior q̄ȝ lumē glo
rie p qđ video deū esse vnū. sil'r fides cū sit alteriꝰ
rationis a gl'ia pōt stare cū ea q̄uis differant ſm
Ad scđm. pfectū ⁊ impfectū. ¶ Ad scđm dicenduȝ ꝙ nō est
sil'r de dispositione oculi noctue ⁊ aquile ⁊ de fide
et de habitu gl'ie: qꝛ ille dispositiones sunt differē
tes ſm pfectū et impfectū in eadē specie q̄ nō stāt
sil': q̄uis eñ noctua ⁊ aq̄la differant specie: nō oȝ
tñ ꝙ potētie sēsitiue ⁊ dispositiōes organoꝝ potē
tijs corespondētiū differāt specie: imo sicut obie
cta sensuū in diuersis aīalibꝰ sunt eiusdē rationis/
sic et potētie sensitiue sunt eiusdē rōnis in eis/ et
dispositiones organoꝝ ppter qđ nō possunt plu
res esse simul: sed sic nō est de fide et de gl'ia: qꝛ fi
Ad tertiū des et gl'ia nō solū specie sed genere prio differūt.
⁊ ideo nō sequit̄ q̄n possint esse sil'. ¶ Ad aliud cū
dicit̄ spes nō stat cū gloria: ergo nec fides. Dicen
dum ꝙ nec antecedēs pbat̄ nec ꝯsequēs. cū eñ di
cit̄ ad pbandum antecedēs ꝙ spes q̄ videt̄ non est
spes. Ro.8. sensus est ꝙ id qđ videt̄ vidēdo habet̄
non sperat̄: et ita auctoritas loquit̄ de actu spei et
nō de habitu. ꝯsequētia etiā non pbat̄ ꝙ cū fides
sit pōr spe ⁊ caritate pōt remanere sine vtroq;. vñ
fides nō solū quo ad hītū sȝ etiā q̄ ad actū manet
in desperatis. ⁊ cū dꝛ ꝙ ponit̄ in diffinitione fidei.
Dicendū ꝙ nō puto ꝙ intētio pauli fuit ibi diffi
nire fidē ppria diffinitione: sed dare q̄lēcunq; no
tificationē in qua nō ponit̄ spes in recto: qꝛ sic fi
des esset spes: nec i obliquo nisi denoīatiue. fides
est substantia sperādarū rerū. i. fundamentū p qđ
in futuro erūt i nobȝ bona q̄ spamꝰ: qꝛ p opꝰ meri
torium cuiꝰ primū fundamentū est fides adipisci
mur bona futura q̄ speramꝰ. et ex hoc bene sequit̄
ꝙ spes nō est sine fine q̄ est fundamētū: sed nō seq
tur ꝙ fides nō possit eē sine spe: qꝛ fundamētū nō
Ad q̄rtuȝ. depēdet ab edificio: sed ecōuerso. ¶ Ad aliud p
qđ pbat̄ ꝙ habitꝰ nō possit manere sine actu. Di
cendū ꝙ aliq̄d est possibile absolute qđ tñ nō pōt
poni in esse stāte aliqua suppositione. sicut sortes
sedēs pōt currere loquendo absolute de potētia q̄
est in sorte: tñ cū hac suppositione ꝙ sedeat nō po
test poni in esse ꝙ currat ⁊ si ineternū staret suppo
sitio/ineternū nō posset poni in esse ꝙ currat. ⁊ sic di
co i pposito ꝙ licet ad habitū sequat̄ possibilitas
actus absolute/tñ si in eadē potētia ponit̄ actꝰ de
nouo ineternū pmanēs q̄ sit incōpossibilis actui
primi habitꝰ nūq̄ȝ poterit poni esse q̄uis maneat
habitꝰ. et hoc modo si actꝰ visionis est incōpossibi
lis actui fidei/qđ tñ nō assero/nunq̄ȝ actꝰ fidei pos
Ad quītū set poni i eē ⁊ tñ absolute esset possibilis. ¶ Per
idē patet ad aliud: qꝛ eadeȝ est virtꝰ sed sola ver
ba multiplicata/nisi ꝙ addit̄ ꝙ habitꝰ esset frustra
in quo est duplex defectus. vnꝰ qꝛ p hoc non pbat̄
q̄n hītꝰ possit esse sine actu sȝ solū ꝙ nō couenieter
esset. posset eñ esse serra q̄ nō posset secare puta si
eēt de butyro ⁊ si frustra esset nichilominꝰ esset/in
pposito sil'r. Aliꝰ defectus est: qꝛ nec frustra esset
habitꝰ fidei dato ꝙ nō posset exire i actū qꝛ ptine
ret ad pfectionē vt pleniꝰ esset deo subditꝰ inq̄ȝtū
esset sic dispositꝰ ꝙ nō assentiret deo solū ex eui
dētia rei sed etiā ex dicto dei esto ꝙ res dicta non
videt̄. ¶ Ad aliud cū dꝛ vbi nō est possibile obie
ctū ibi nō est possibilis actꝰ nec habitꝰ. Dicenduȝ Ad sextū.
ꝙ verū est de actu nō de habitu: qꝛ actꝰ necessario
req̄rit p̄sentiā obiecti nō autē habitꝰ q̄ nō necessa
rio req̄rit actū. Minor etiā vel est falsa simpl'r vel
nō/pbat̄: qꝛ cū dꝛ obiectū fidei est non visum. Di
cendū ꝙ formalis rō obiecti fidei nō est nō visum
vt pbatū fuit priꝰ: nec ē cōditio necessario conco
mitās nisi p statu vie: ⁊ si esset excluderet actū nō
habitū. ⁊ mirū est si aliq̄s sit habituatꝰ in credēdo
alicui quē credit veracē si videat aliq̄d euenire il
loꝝ q̄ dicit ꝙ ppter hoc desinat sic esse dispositus
hoc eñ nō videt̄ imo potiꝰ deberet firmari in illa dis
positione: qꝛ experimentū sermonū veroꝝ est vt
ꝯcordet rebꝰ significatis/ppter qđ cū experimur
ꝙ aliq̄d eoꝝ q̄ dicunt̄ ab aliquo euenit ampliꝰ dis
ponimur vt dictis eiꝰ accomodemꝰ fidē. ¶ Ad illđ
qđ dꝛ de btō Jacobo ꝙ fides ostēdit̄ p opa. Dicē
dum ꝙ loquit̄ de opibꝰ exterioribꝰ sicut patet ex
serie capl'i. subdit̄ eñ statim Abrahā pater vester
nōne ex opibꝰ iustificatꝰ est offerēs ysaac filiū suū
sup altare. Rursus raab meretrix: nōne ex opibꝰ
iustificata est suscipiēs nūcios/ ⁊ p aliā viā eos eij
ciēs. sed nūq̄d intēdit beatꝰ Jacobꝰ dicere ꝙ sine
operibus istis non sit fides/certe ridiculum esset
hoc credere: qꝛ tūc in pctōribꝰ nō esset fides in qbꝰ
nō sunt ista opa sed potiꝰ ꝯtraria soluȝ. ergo inten
dit ꝙ fides sine opibus vbi adest facultas operā
di nō sufficit ad salutē. Et ppter hoc dicit̄ ociosa
et mortua qꝛ non pducit ad finē q̄ est vita eterna.
Ex eadē ratione ꝯmēdat̄ fides ex operibꝰ/ vbiq;
sit mētio de hoc ⁊ in hoc sensu ⁊ nō qꝛ nō possit eē
sine opibꝰ tā interioribꝰ q̄ȝ exterioribꝰ. ¶ Qđ di
cit̄ de auctoritatibꝰ sctōꝝ. Dicendū ꝙ oēs sunt in
telligēde de euacuatione fidei nō q̄ȝtū ad habitū
sed quantum ad actū. Qualiter autem intelligat̄
euacuatio fidei quantū ad actū videbit̄ in sequēti
questione in tertia opinione.

¶ Questio tertia.

TErtio querit̄ vtrū fides q̄ȝtū
ad actū possit remanere i pa
tria. ¶ Arguit̄ ꝙ nō: qꝛ ipos Primum.
sibile est ꝙ idem obiectū for
male sit simul euidēs ⁊ ineui
dens: sed si actus fidei posset
simul stare cuȝ actu visionis
idem obiectū simul esset eui
dēs ⁊ ieuidēs. ergo. ⁊c. Ma
ior patet p oppositionē euidētis ⁊ ineuidētiȝ. Mi
nor pbat̄: qꝛ assentire rei vise in se est assentire eui
dens vt de se patet. Assentire ꝟo p fidem est assen
tire ineuidens: qꝛ assentire p mediū ineuidens est
assētire ieuidēs: sȝ assētire ppr' auctoritatē dicētis
q̄le est assentire fidei est p mediū ieuidens: qꝛ p p
positionē nō p se notā. ergo assentire p fidē ē assen

tire ineuidens: ꝛ sic assentire rei vise in se/ ꝛ assen=
Secundū tire ꝑ fidē est assentire euidēs ꝛ ineuidēs. ¶ Itē
īpossibile est aliquē sic esse dispositū ꝙ sit sil' deter
minat⁹ ꝛ indeterminat⁹ ꝛ ad infallibilē veritatē. ꝛ
sic esset si cū fide staret visio vel sciētia q̄tum ad
actū. ergo. ꝛc. Probatio minoris: qꝛ ꝑ mediū cer
tum est aliq̄s determinat⁹ ad infallibilē veritatē.
ꝑ mediū vero incertū est indeterminat⁹. Uidere
autē est scire ꝑ mediū certū. credere aūt ꝑ mediū
Tertium. incertū saltē ipsi credēti. q̄re. ꝛc. ¶ Itē īpossibile
est sciētiā stare cū opiōne q̄tū ad actū. ergo īpossibi=
le est stare fidē cū visione vel sciētia q̄tū ad actū.
ꝯña patet: qꝛ sil'is est cōparatio ꝛ oppositio euidē
tis et ineuidētis sicut formidātis ꝛ nō formidan
tis. ꝛ ideo sicut opinari ꝛ scire nō possunt stare sil't
qꝛ nullus pōt formidare sil' ꝛ nō formidare: sic vi
dere ꝛ scire cū eo q̄d est credere nō pñt stare sil' ꝓ=
pter oppositionē euidētis ꝛ nō euidētis. Antece=
dēs de se patet: qꝛ opinās formidat: sciēs vero nō.
Quartu3. ¶ Itē actus spei nō pōt stare cū actu visionis. er
go nec actus fidei. ꝯña patet ꝑ sil'e. Antecedēs ꝑ
id quod habet Romanoꝝ. 8. q̄d eñ q̄s videt: q̄s
Quintu3. sperat. q.d. nullus. ¶ Itē si fides remaneret q̄tū
ad habitū ꝛ actū seq̄ret ꝙ nō pl⁹ euacuaret fides
q̄ caritas: qꝛ caritas euacuat q̄tū ad modū ipfe
ctū dilectiōis vie. ꝯñs est falsum vt patet ꝑ apl'm
i. Corin. 13. ergo. ꝛc. ¶ In cōtrariū arguit: qꝛ q̄ꝝ
In oppm̄. rōnes ꝑcise ꝛ formales sunt cōpossibiles ipsa sunt
cōpossibilia: sed rōnes formales ꝛ ꝑcise act⁹ credē
di ꝛ vidēdi seu sciēdi sunt compossibiles. ergo. ꝛc.
Maior patet. Minor ꝓbat: qꝛ videre est assenti=
re rei p̄senti in se. scire vero est assentire alicui ꝓpt'
causam vel ꝓpt' noticiā cause. credere aūt ē assen
tire alicui ꝓpter auctoritatē dicētis. Et in his cō
sistit ꝑcisa ꝛ formalis rō eoꝝ. Constat autē ꝙ ali=
quis pōt assentire alicui cōclusioni ꝛ qꝛ videt eā ī
se/ puta videt lunā eclypsari ꝛ qꝛ scit causam qꝛ ex
tali motu interponit terra īter solē ꝛ lunā: ꝛ qꝛ au
diuit a ꝑito astrologo cui credere ꝯsueuit. q̄re ꝛc.
¶ Respōsio. hic sunt tres opiniones. ¶ Prima
Respōsio. ꝓponit duo vidēda. Primū est an ponere ꝙ act⁹
1. opio q̄ē fidei possit manere cū actu visiōis in patria/ sit er
durā. q. 4 roneū. Secundū est an sit falsum vel verum vt sit
hui⁹ distin. sil'is ꝓcessus in hac q̄stione ꝛ in ꝑcedēti. ¶ Quā
tum ad primū dicunt breuiter ꝙ ponere possibili=
tatē actus fidei cū actu visionis in nullo est cōtra
scripturā sacrā: qꝛ in nullo loco sacre scripture ne
gat possibilitas vel ꝯpossibilitas dictoꝝ actuū: li
cet in aliq̄b⁹ locis quantū ad supficiē text⁹ videat
negari simultas eoꝝ de facto: ꝛ qui dicūt opposi=
tum sc3 ꝙ ꝑ scripturā neget cōpossibilitas/ addu=
cāt auctoritatē ad hoc sicut adducunt auctorita
tes ꝯmētatoris ꝛ phoꝝ: qꝛ cōueniēti⁹ ꝛ crebri⁹ al=
legant: qꝛ nōdū adducta est talis auctoritas/ nec
puto ꝙ possit adduci. ¶ Quantū ad scd̄m/ an po
nere ꝙ stent simul sit cōtra scripturā: adhuc dico
ꝙ nō: qꝛ sicut in ꝑcedēti q̄stione dictū est: sicut scri
ptura dicit euacuari fidē/ sic sciētiā ꝛ donū lingua
rum/ nec in his poīt differētiā aliquā nec quo ad
actum nec quo ad habitū. et eandē rationem assi=
gnat. s. ꝙ cū venerit q̄d ꝑfectū est euacuabit q̄d ex
parte ē. et iterū. Uidem⁹ nunc ꝑ speculū ꝛ in enig=
mate: tunc autē facie ad faciē. sed scd̄m oēs docto
res scientia nō euacuat quo ad actū sed solū quo
ad modū ipfectionis: donū etiā linguaru3 nescio
si euacuat quo ad actum nec quo ad modum/ si tñ

laus vocalis sit in patria: qꝛ ꝓbabile est si de⁹ lau
dat ibi vocaliter/ ꝙ beatus habens donū lingua=
rum q̄nq3 laudabit eū in vna lingua/ q̄nq3 in alia:
vt sic nichil vacet in eo a laude diuina: euacuabit
tñ quo ad necessitatem sicut glosa exponit: qꝛ non
erit necessarium loqui linguis/ vbi quilibet in deo
cognoscit quicq̄d ad eū ptinet. et hoc modo q̄tū
est ex textu scripture act⁹ fidei euacuat in patria:
aut qꝛ ipfectio actus tollit ꝛ nō act⁹ ipse: sicut
dictū est de actu scientie: aut qꝛ nō est necessarius
sicut dictū est de dono linguarū quantum ad actū
Uisio eñ bene excludit necessitatē fidei et actus
eius: sed quātum est ex dicto scripture non exclu
dit possibilitatē eius/ nec actualē simultatē. Et si
dicat ꝙ imo: qꝛ ipfectio q̄ necessario euacuatur
adueniēte ꝑfectione est de essentia act⁹ fidei et de
essentia fidei. et ideo vno euacuato euacuat alte=
rum: nō sic autē de actu scientie de cui⁹ essentia nō
est imperfectio q̄uis sit ei adiuncta pro statu vie.
¶ Dicendū ꝙ hoc non valet: qꝛ ista differētia in=
ter actū fidei ꝛ actū scientie in nullo habet a scri=
ptura q̄ de pari oīno loquit de vtroq3 sicut patet
ex serie text⁹ illi⁹ capl'i. 1. Corin. 13. ideo dicere con
trariū nō est contra scripturā. Utrum autē sit cō=
tra veritatē rei patebit in ꝓcessu. Patet ergo pri
mum ꝙ in nullo est ꝯtra scripturā dicere ꝙ actus
fidei et visionis possint stare vel actu stent simul.
¶ Quātum ad scd̄m sc3 vtrum sit verū ꝙ possint
stare simul. Dicendum ꝙ q̄uis quidā ꝓbabiliter
teneant ꝙ non: ad q̄d multū iuuat consuetudo: qꝛ
auditiones fiunt s̄m cōsuetudīes. vt habet. 2. me
taphisice. tñ eque ꝓbabiliter pōt teneri cōtrariū
sc3 ꝙ possint stare simul. et istud pōt ꝓbari dupl'r.
Primo ponēdo ꝙ actus visionis ꝛ act⁹ fidei sint
duo actus diuersi. Scd̄o ponendo ꝙ sit vn⁹ ꝛ ide3
actus. ¶ Primum ꝓbat sic: sicut opponunt eui=
dens et ineuidēs: ita magis et minus euidēs: sed
eadē cōclusio pōt eidē esse magis ꝛ min⁹ euidens
simul scd̄m diuersos actus: ergo pōt esse euidens
ꝛ ineuidēs s̄m diuersos act⁹ puta ineuidēs scd̄m
actum fidei/ ꝛ euidēs s̄m actum visionis. Maior
pat3: Probatio minoris: qꝛ beati habēt in patria
de rebus creatis euidētē cognitionē in verbo. de
hisdē autē hñt min⁹ euidētē in ꝓprio genere. ergo
ꝛc. ¶ Si dicat ꝙ nō est idē formale obiectū hic ꝛ
ibi: qꝛ in visione rerū in verbo diuina essentia est
formale obiectū: in cognitione autē rerum in pro
prio genere res creata est obiectū principale. Cō=
tra: qꝛ ꝙ in visione beata res nō sit pricipale obie=
ctum/ istud nō sic facit q̄n res s̄m illud q̄d est for=
maliter in se sit cognita acsi esset s̄m se primo co=
gnita. non eñ beat⁹ vidēs res in verbo cognoscit
solum esse q̄d habent res in verbo: qꝛ cū illud nō
sit nisi esse diuinū nō cognosceret nisi deū: sed co=
gnoscit in verbo et ꝑ verbū ꝓpriū esse rerū crea=
tarū/ ꝛ idē cognoscit ꝑ cognitionē qua3 habet de
ipsis in ꝓprio genere. ergo idē obiectu3 formale
cognitū est vtrobiq3. sed ꝑ vnā cognitionē euidē=
tius/ et ꝑ aliā min⁹ euidēter. ¶ Itē scd̄o patet po
nēdo tñ vnū actum: qꝛ tota repugnantia q̄ videt
esse circa hoc est qꝛ idē act⁹ diceret euidēs ꝛ ieui
dens. ideo ostendo ꝙ hoc non sequeretur osten=
dendo ꝙ euidentia non est de rōne actus fidei nec
etiā circunstantia inseparabiliter cōcomitans ip
sum sed accidētaliter solū ratiōe stat⁹ vie. Et hoc
ꝓbat dupl'r. Primo sic. oēm obscuritatē ꝛ ieuidē

tiā qu ā habet actus elicitus ab intellectu forma
to ꝑ fidē haberet actus elicitus ab ītellectu s̄m se
exclusa fide aliōq̄n hit⁹ fidei nō ꝑficeret ītellectu3
sed poti⁹ tolleret ꝑfectiōe3 si clarior eēt intellect⁹
sine fide q̄ cū fide: q̄d ē icōueniēs. qꝛ hit⁹ hñtē ꝑfi=
cit: ꝛ op⁹ ei⁹ bonū reddit. sed act⁹ elicit⁹ ab ītellctū
respectu articuloꝝ fidei. ab ītellectu dico s̄m se nō
ꝑfecto ꝑ fidē/ nec ꝑ aliquē aliū hitū nō h3 obscuri=
tatē vel ieuidētiā q̄ sit eēntial' ꝛ ītriseca/ vel q̄ sit in
sepabilit' cōiūcta. ergo nec act⁹ elicit⁹ ab ītellectu ꝑfe
cto ꝑ fidē. maior p3 ex dictis. minor ꝓbat. qꝛ si d rō
ne act⁹ eliciti ab ītellectu s̄m se eēt obscuritas vel
ieuidētia/ vel si eēt circūstātia insepabilit' cōiūcta
seq̄ret ꝙ act⁹ ītellect⁹ nō poss3 eē euidēs: qꝛ sp eēt ie=
uidēs/ aliōq̄n sp eēt sil' euidēs ꝛ ieuidēs. Et si di=
cat ꝙ verū est: qꝛ act⁹ elicitus ab intellectu s̄m se
excluso quocūq3 addito non pōt esse euidens sed
ꝑ se est ineuidens semp: sed adiuncto aliquo alio/
puta lumīe gl'ie est euidēs. Idē dico de fide: quia
actus elicit⁹ ab intellectu ꝑfecto ꝑ fidē solū absq3
quocūq3 alio est ieuidēs: sed actus elicit⁹ ab eodē
intellectu ꝑfecto ꝑ fidē adiūcto lumine gl'ie ē eui
dēs. ¶ Scd̄o patet idē sic p̄mittēdo q̄d sit causa
euidentie/ ꝛ sit causa ieuidētie/ ꝛ q̄d sit indifferēs
ad ieuidentiā ꝛ euidētiā. Causa euidētie visionis
est p̄sentia obiecti in sua actuali existentia/ vel il=
lud q̄d facit talē p̄sentiā. Causa vero euidētie sciē
tialis est p̄sentia obiecti in sua causa vel in cogni
tiōe sue cause/ vel illud q̄d facit talē p̄sentiā. Cau
sa ꝟo ieuidētie oppositevtriq3 ē absentia obiecti ī
se vel ī sua causa/ vl' illō q̄d facit talē absentiā seu
īpedit p̄sentiā. indifferēter ꝟo se habēt ad euidē=
tiā ꝛ ieuidētiā illud q̄d nō facit p̄sentiā obiecti p̄=
dictis modis nec absentiā. et declarat hoc in cor=
poralibus nobis notiorib⁹. quid eñ facit aerē il=
luminatū? certe p̄sentia corpis illuminātis ꝛ pre=
sentās ipm̄. tenebrosum ꝟo facit absentia corpis
luminosi ꝛ illud q̄d facit talē absentia3 vel īpedit
eius actionē. sed indifferēter se habet ad lumino=
sitatē aeris ꝛ tenebrositatē illud q̄d nō facit p̄sen
tiā corpis lucētis nec absentiā. Uerbi grā Si q̄s
posset facere aerē rarū ꝛ nō pl⁹/ talis fecerit aerē
qui esset actu illumiat⁹ vel actu tenebrosus: qꝛ nō
est dare mediū cū ista opponant ꝑuatiue circa sub
iectum aptū natū: tñ nō faceret illuminationē ae=
ris vel tenebrositatē: sed lumē aeris faceret luci=
dum p̄sens si actio ei⁹ cōcurreret cū actione cau=
santis aerē rarū. tenebrosum ꝟo faceret absentia
corpis lucidi: faciēs autē aerē rarū neutrum face
ret sed indifferēter se haberet ad vtrūq3/ ꝛ posset
eius actio cōcurrere cū vtroq3/ ita ꝙ aer fact⁹ ab
isto q̄nq3 esset illuminat⁹/ q̄nq3 tenebrosus: nō tñ
ꝑ actionē ipsi⁹. Ex quo patet ꝙ nō oē illud q̄d fa=
cit lumē vel claritatē/ facit tenebrā vel obscurita
tē: licet illud q̄d facit necessario sit lucidū vel tene
brosum. Et idē intelligendū circa intellectum de
euidente ꝛ ineuidēte. ¶ Tūc arguit sic. obscuri=
tas vel enigma nō est ꝯditio essentialis ꝛ intrinse
ca vel inseparabiliter cōiuncta illi actui q̄ elicit a
sentia ꝑfecta ꝑ talē habitū q̄ habitus nō facit p̄=
sentiā obiecti nec absentiā: sed cōpatit p̄sentiā et
absentiā/ ꝛ ista ꝓpositio est declarata ex ꝑcedēti=
bus: sed habit⁹ fidei est habit⁹ hmōi. Q̄uis eñ nō
facit p̄sentiam obiecti in se ꝛ in causa sua ꝛ ab hoc
nō faciat euidētiā visionis vel sciētie: tñ nō facit
absentiā nec p̄sentiā īpedit. habit⁹ eñ fidei nichil

aliud facit nisi ꝙ disponit formalit' intellectu3 ad
assentiendū vero dicto/ q̄d q̄dē verū q̄uis non sit
verū p̄sens in se sed qꝛ dictū est: tñ nō īpedit p̄sen
tia ei⁹ ex hoc q̄d est dictū vt de se pat3. quare. ꝛc.
¶ Nō est ergo imaginandū ꝙ potētia cū habitu
fidei cōiter cōcurrat vt duo agētia ipfecta supplē
tia vnius agētis ꝑfecti ad causandū vnū actū ob
scurum: ꝛ eadē potētia cū lumine gl'ie ꝯcurrat ad
causandū clarū: sed est imaginandū ꝙ actus elici
tus a potētia p̄sente obiecto a quocūq3 eoꝝ sit ef=
fectiue. habit⁹ aūt fidei vel lumen gl'ie nō sunt nisi
dispositiōes potētie ad assentiendū obiecto ꝓpo=
sito/ q̄d si sit ꝓpositū solū ꝑ alteri⁹ dictū/ est assen
sus nō euidēs. si ꝟo sit ꝓpositū in se vel in sua cau
sa est euidēs assensus. Si autē his oīb⁹ modis sit
ꝓpositū adhuc est assensus euidēs: sed euidētiam
nō facit hoc q̄d ꝓpositū est ꝑ dictū: s3 qꝛ ꝓpositū ē
in se vel in sua causa. ꝛ tūc iste vn⁹ assensus a duo=
bus hitib⁹ est nō q̄dē effectiue sed vt sic dicat itel=
lectualiter: qꝛ habit⁹ disponit formaliter potētiā
ad assentiendū obiecto. sic ꝛ in ꝓposito. Patet er
go ꝙ ꝓbabiliter pōt teneri ꝙ act⁹ fidei pōt rema
nere in patria/ siue ponat actus distict⁹ ab actu vi
sionis/ siue sit idē cū eo. ¶ Secūda opinio sic ꝓ= 2. opinio.
cedit. qꝛ p̄mo ponit cōtrariā opinione3 cū rōnib⁹ Herue. 2.
ꝛ defensionib⁹ suis vel aliq̄bus. Scd̄o ponūt opi q̄li. q. 15.
nionē suā cū rationib⁹ et defensioni⁹ suis. Tertio
respondēt ad rōnes alioꝝ. ¶ Quantū ad primu3
implicāt questionē ꝑcedentē de habitu cū ista de
actu dicētes ꝙ de hoc est dubitatio vtrū cū scien
tia maneat fides vt est habit⁹ inclinatiu⁹ ad credē
dum et vt formaliter inheret intellectui: et aucto
ritas vt medium cognoscēdi loquendo de aucto=
ritate de qua nō est ꝑ se notū ꝙ dicat ab illo q̄ non
pōt falsum dicere: ꝛ ipse actus credēdi vt elicitus
quo sc3 intellect⁹ formaliter sibi īherēte credat id
q̄d est scitū ab eodē. et de hoc est q̄dā opinio talis
sc3 ꝙ oīa possunt manere in oīb⁹ istis. sc3 habitus
cū habitu/ fides cū sciētia ꝑut dicūt habitū ꝛ me=
diū cū medio sc3 auctoritas de qua dictū est ꝛ me
diū demōstratiuū: ita ꝙ vtrūq3 maneat vt mediu3
cognoscendi/ ꝛ etiā actus cū actu/ sc3 credere cum
scire. Et hoc ꝓbāt septē rationibus principalib⁹
¶ Primo adducūt talē rationē principalē sic: qꝛ
illi habitus ꝛ act⁹ nō sunt incōpossibiles quoꝝ ra
tiones formales nō sunt incōpossibiles. sed habi=
tus ꝛ actus credēdi ꝛ sciendi sunt hmōi. ergo. ꝛc.
Maior patet. Minor ꝓbat: qꝛ ratio formalis cre
dendi cōsistit in hoc q̄d est assentire ꝑ auctoritatē
Ratio autē formalis sciēdi cōsistit in hoc q̄d est
assentire ꝑ mediū demōstratiuū: sed ista nō habēt
incōpossibilitatē. ergo. ꝛc. Maior isti⁹ ꝑ sil'i patet ex
ratione terminoꝝ. Minor ꝓbat quadrupl'r. Pri=
mo sic: qꝛ illud q̄d stat cū demōstratione pōt stare
cū scire: sed auctoritas stat cū demōstratione/ ꝛ ꝑ
ꝯñs etiā assentire ꝑ auctoritatē. ergo assentire ꝑ
auctoritatē nō est īpossibile stare cū scire: nec ꝑ cō
sequēs cū assentire ꝑ mediū demōstratiuū. Scd̄o
sic: qꝛ ponat ꝙ aliq̄s credat auctoritati alicui⁹ di=
cētis ꝛ postea iueniat id q̄d dictū est sibi ab illo/ ꝑ
demōstrationē esse verū non min⁹ credit auctori=
tati isti⁹ habita demōstratione q̄ ante vt videtur
imo magis credit ei q̄ ante: sed nō habita demō=
stratione credebat illud q̄d erat dictū a tali ꝑ au
ctoritatē ei⁹. ergo ꝛ habita demōstratione adhuc
assentiet ꝓpter auctoritatē talis. et sic stat assen=

ſus ꝑ auctoritatē cū aſſenſu ꝑ demōſtrationē ⁊ ſta
re pōt. Si dicat̄ ꝙ nō pl⁹ aſſentit̄ ei in iſto ⁊ bñ aſ-
ſentit̄ ei in alijs. ¶ Cōtra: qꝛ qua rōne aſſentit̄ ei
in alijs et in iſto ꝓpter ſuā auctoritatē: qꝛ oēs au-
ctoritates eiuſdē ſunt equalis efficacie. ergo ⁊ re
ſpectu ei⁹ de quo eſt demōſtratio aſſentit̄ auctori-
tati ei⁹. Tertio ſic: qꝛ ſi aſſentire ꝑ demonſtratio-
nem ⁊ auctoritatē nō ſtāt ſimul/ aut hoc eſt ꝓpter
repugnātiā medioꝝ/ aut obiectoꝝ/ aut actuū. non
primo mō vt dictū eſt: qꝛ auctoritas ⁊ demonſtra
tio ſtāt ſimul. nec ſcđo mō: qꝛ ponitur a multis ꝙ
idē obiectū formale pōt eſſe fidei ⁊ ſcie ⁊ etiā ipſi⁹
viſionis. Nec tertio mō: qꝛ ſi ita eſſet hoc eſſet ꝓ-
pter repugnātiā actus euidētis ⁊ ineuidentis: ſed
talis repugnātia nō eſt inter credere ⁊ ſcire: qꝛ li-
cet fides nō faciat euidentiā: ſicut licet albedo nō
faciat videre: non tñ facit cecū eſſe. ergo ⁊c. Quarto
qꝛ nō videnť ſibi plus repugnare ſcitū et creditū
ꝙ ꝑ ſe notū ⁊ demōſtratū: ſed idē pōt eſſe ꝑ ſe no-
tum ⁊ demōſtratum. ergo ⁊c. Probatio minoris
qꝛ principia ſunt ꝑ ſe nota in ſciētia ſubalternata/
et ſunt demonſtrata in ſcientia ſubalternante.

2 ¶ Scđo ṗncipaliter ſic: qꝛ non pl⁹ repugnat fidei
ſciētia ꝙ opinio: ſed opinio et fides poſſunt ſtare
ſimul. ergo ⁊c. Probatio minoris: qꝛ ſi opīo non
pōt ſtare cū fide hoc nō eſt niſi qꝛ de rōne opinio-
nis eſt formido: ſed hoc eſt falſum. ergo ⁊c. Pro-
batio minoris iſti⁹. Primo: qꝛ qđā nō formidant
vtrū in qualibet corruptione ſubſtātie fiat reſolu-
tio vſqꝫ ad materiā primā: ſed hoc nō habēt niſi ꝑ
opinionē: qꝛ cū hoc ſit falſum ⁊ ꝯtra ſenſum ſcđm
alios hoc nō pōt haberi ꝑ ſciētiā. ergo de ratione
opinionis nō eſt formido. Scđo ſic: qꝛ ſcđm Augu
ſtinū in principio libri de mēdacio/ iſta eſt differē-
tia īter credere et opinari: qꝛ ille ꝗ credit ꝑcipit ⁊
cognoſcit ⁊ fatet̄ ſe nō ſcire illud qđ credit. opi-
nās vero eſtimat ſe ſcire qđ opinat̄: ſed ille ꝗ eſti-
mat ſe ſcire nō formidat. ergo ⁊c. Tertio. phs. 6.
ethicoꝝ dicit ꝙ quidā opinātiū nō dubitāt ſꝫ eſti
māt ſe ſcire certitudīaliter. ⁊ ſic idē qđ pri⁹. Mul
te etiā auctoritates cōſiles adducunť: ꝗ hñt eādē
vim. Quarto ſic. a ꝓbabilib⁹ oportet deuenire ad
prima ꝓbabilia/ alr̄ eſſet ꝓceſſus in infinitū: ſed
de iſtis p̄mis ꝓbabilib⁹ nō eſt heſitatio vel formi
do cū ꝓpter ea aſſentiat̄ alijs: ſed ꝓpter illa credi
tur alijs de qb⁹ eſt opinio. ergo opinio non reqrit
formidinē. ¶ Itē ꝙ ſtet opinio cū fide arguit̄ ſic:
qꝛ ſacri doctores ad ea ꝗ ſunt fidei adducūt aliqs
ꝑſuaſiones naturales: aut ergo ꝑſuaſiones cau-
ſant noticiā aut nō. ſi non: ergo fruſtra adducunť
qđ ē incōueniēs. ſi ſic: aut cauſant ſciētiā/ aut opi-
nionē. nō ſcientiā: qꝛ illa ꝗ ſunt fidei ⁊ trāſcēdunt
cognitionē naturalē nō pñt ſciri ex naturalib⁹. er
go cauſant opinionē. ⁊ ſic de eodē de quo eſt fides
pōt haberi opinio.

3 ¶ Tertio ad principale ſic: qꝛ
nō plus repugnat fides ſcie ꝙ opinio: ſed opinio
ſtat cū ſcia. ergo ⁊c. Maior patet: qꝛ dato ꝙ opi-
nio poſſet habere formidinē/ tñ fides nō habet: et
ideo min⁹ repugnat ſcie ꝙ opinio. Probatio mi-
noris. Primo: qꝛ phs poſtꝙ ꝓbauit intentū ſuum
adduxit auctoritates ad ꝯfirmandū. tūc ergo qri
tur de illis auctoritatib⁹/ vtrū aliquā noticiā cau
ſent aut nō. ſi nō: tūc fruſtra adducunť/ qđ eſt incō
ueniēs. ſi ſic: aut cauſant ſciētiā aut opinionē. non
ſcientiā: qꝛ locus ab auctoritate hūana nō cauſat
ſcientiā. ergo opinionē. ⁊ ſic patꝫ de eodē obiecto
formali poteſt haberi ſciētia ⁊ opīo. Scđo ſic ad
idē: qꝛ ꝯtingit eūdē habere mediū demōſtratiuū ⁊
ꝓbabile/ ⁊ ꝯtingit eūdē obliuiſci ad tp̄s medium
demōſtratiuū/ ⁊ tūc vtit̄ medio ꝓbabili ad opinā
dum. Ex hoc ſic arguit̄. talis vt dictū eſt pōt vti
medio ꝓbabili ad opinandū: ſed nō eſt ꝓbabile ꝙ
talis amiſerit ſcientiā ſecūdariā/ licet nō tūc vta-
tur. ergo ſil' ſtat opīo cū ſciētia.

4 ¶ Quarto ſic ad
ṗncipale: qꝛ multi fideles habēt demōſtrationem
de aliqb⁹ de qb⁹ eſt fides: ſicut de hoc qđ eſt deum
eſſe vnū: ſed hoc nō poſſet eſſe niſi de eodē poſſet
eſſe fides et ſcia. ergo ⁊c. Si dicat̄ ꝙ poſtꝙ fuerit
demōſtratū ille ꝗ habet demōſtrationē/ nō habet
fidē de talib⁹ demōſtratis. ¶ Cōtra: qꝛ nō eſt po
nendū ꝙ in talib⁹ ꝗ laborāt ad demōſtrandū talia
tollat̄ vel minuat̄ meritū fidei: ſed ſi demōſtratio
vel ſciētia adueniēs tolleret fidē de demōſtratis
illis ꝗ laborant ad demōſtrandū talia demōſtran
do/ tollet meritū fidei. ergo ⁊c. Probatio minoris
qꝛ habētes demōſtrationē de talib⁹ quantum ad
iſta nō haberēt meritū fidei/ ſed ſolū quo ad alia.
et ſic in parte diminueret̄ meritū fidei. Maior autem
quantū ad iſta tales nō haberēt meritū/ ꝓbat̄: qꝛ
meritū virtutis nō eſt in eo in quo nō eſt virt⁹: ſꝫ
in talib⁹ nō eſt fides quantū ad talia demōſtrata.
ergo nec meritū fidei. Si dicat̄ ad hoc ꝙ īmo: qꝛ
in his manet meritū fidei ꝓpter prōptitudinē ani
mi. Cōtra: qꝛ min⁹ eſt habere ad credendū ſolam
prōptitudinē/ ꝙ credere ⁊ habere prōptitudinem
ad credendū: ſed in illis ſcđm te ꝗ habēt de talibus
demōſtrationē eſt ſola prōptitudo ad credendū
ſine credere. ergo adhuc ſtat ꝙ in iſtis minuit̄ me
ritū fidei.

5 ¶ Quinto ṗncipalit̄ arguit̄ ſic ꝙ non
plus repugnāt fides ⁊ ſciētia vt videt̄/ ꝙ clara et
obſcura cognitio: ſꝫ clara ⁊ obſcura cognitio poſ
ſunt hr̄i de eodem ſubiecto formali. ergo ⁊c. Ma
ior patet. Minor ꝓbat̄: qꝛ creature cognoſcunť a
beatis cognitione matutina in ꝟbo ꝗ eſt clara: ⁊ co
gnitione veſꝑtina ꝗ eſt ꝑ mediū/ ꝗ eſt obſcura. er-
go ⁊c.

6 ¶ Sexto ſic ad ṗncipale: qꝛ paul⁹ in raptu
habuit viſionē clarā: ſed in paulo in raptu manſit
fides. ergo fides pōt ſtare cū viſione clara/ ⁊ mul-
to magis cū ſcia.

7 ¶ Septimo ṗncipalit̄ ſic: qꝛ ca-
ritas ꝗ eſt in via remanet in patria. ergo eadē rōe
fides. Probatio ꝯñe: qꝛ manēte poſteriori manet
prius: ſed caritas ꝓſupponit fidē vt quoddā pri⁹.
ergo ⁊c. ¶ Quantū ad ſcđm ponūt opinionē ꝓ- Opio ꝓpria Heruei.
priā ꝑ hunc modū ⁊ dicūt ꝙ vtrū maneat habit⁹
fidei quantū ad illud qđ eſt vel etiā ſcia in viſione
beata nō eſt michi euidēs: qꝛ licet multe auctori-
tates ſctōꝝ ponāt fidē euacuari in patria: tñ non
habet̄ expreſſa auctoritas ad hoc ꝙ nō poſſit ſtare
cū viſione beata vel cū ſciētia quo ad habitū. nec
etiā ex hoc ꝙ habeat actū ꝯtrariū actui ſciētie: qꝛ
ſcꝫ actus vni⁹ eſt act⁹ ineuidēs/ et act⁹ alterius eſt
actus euidēs/ pōt ꝯcludi ꝙ vtriqꝫ habit⁹ nō poſ-
ſint ſimul ſtare: qꝛ nichil ꝓhibet oppoſitoꝝ ⁊ incō
poſſibilium actuum eſſe principia non oppoſita/
nec incōpoſſibilia. Verbi grā. Si adamas ponat̄
ſup ferrū imprimit ſibi quandā īclinationē ꝑ quā
ferrū ſurſum mouet̄ ad adamantē ipſum/ ⁊ cū iſta
īclinatione admouere ferrū ſurſum ſtat grauitas
ꝑ quā habet moueri deorſum: ita ꝙ due īclinatio
nes habituales ad diuerſos mot⁹ ſtāt ſil' licet illi
diuerſi motus nō ſtēt ſil'. ¶ Itē qꝛ cōiter ponit̄ ꝙ
fides māſit ī paulo in raptu pauli: ꝗ habuit clarā
viſionē dei/ michi multū dubiū eſt vtrū fides poſ-
ſit ſtare in viſione beata. Sed ꝙ fides cū ſcientia
nō īpedita habeat effectū ſuū ꝗ eſt credere ꝓpter
talē auctoritatē qualis dicta eſt/ ⁊ ꝙ talis auctori
tas maneat vt mediū inclinās ad aſſentiendū rei
dicte/ ⁊ ꝙ talis aſſenſus remaneat vt actus elicit⁹
quo aliquis credat ꝓpter talē auctoritatē / teneo
eſſe impoſſibile: ⁊ multo īpoſſibili⁹ eſt ꝙ talis au-
ctoritas ꝯcurrit cū medio demōſtratiuo vel obie
cto p̄ſente ad cauſandū actū videndi vel ſcīēdi: et
hoc ꝓbo triplici rōne. Prima talis eſt: qꝛ īpoſſibi
le eſt idē eſſe euidēs ⁊ ineuidēs: ſed credere modo
p̄dicto ꝑ auctoritatē īeuidentē. ſ. eſt aſſentire īeui
dēti: ſcire autē eſt aſſentire euidēti. ergo ⁊c. Ma-
ior patet: qꝛ euidēs ⁊ ineuidēs reſpectu eiuſdem
ſubiecti ⁊ obiecti ſunt oppoſita. Minor etiā patꝫ
quantū ad hoc ꝙ ſcire vel videre eſt aſſentire eui-
dēti. ꝙ autē credere ꝑ auctoritatē talē ſit aſſenti
re ineuidēti ꝓbo: qꝛ aſſentire ꝑ mediū incertū et
ineuidēs eſt act⁹ ineuidēs: ſed aſſentire ꝑ talē au-
ctoritatē eſt aſſentire ꝑ mediū ineuidēs ⁊ incertū
ergo ⁊c. ¶ Ad iſtā autē rationē dupl'r reſpondet̄
Dicēdo p̄mo: qꝛ licet idē nō poſſit eſſe euidens et
īeuidēs eidē ꝑ vnū mediū: idē tñ pōt eſſe eidē eui-
dēs et īeuidēs ꝑ diuerſa media. ⁊ ſic eſt in ꝓpoſi-
to: qꝛ ſcꝫ idē poterit eſſe euidēs alicui ꝑ mediū de
mōſtratiuū vel viſiuū: ⁊ ineuidēs ꝑ mediū qđ eſt
auctoritas. Unde eſt fallacia cōſequētis/ eſt īeui-
dens ꝑ fidē. ergo eſt ineuidēs ſimpl'r: qꝛ ſimpl'r in-
euidēs habet ſe in plus ꝙ ineuidēs ꝑ tale mediū
Scđo reſpōdet̄ ſic ꝙ non ſequit̄ ſi fides non facit
euidētiā ꝙ faciat ineuidentiā: qꝛ ꝓpoſitio de p̄di-
cato infinito vel negato nō infert ꝓpoſitionem de
p̄dicato p̄uato. vnde nō eſt iuſtus ergo eſt iniuſt⁹
non ſequit̄. vnde ſil'r nō ſequit̄/ nō facit euidētiā
ergo facit ineuidentiā. ⁊ ꝙ nō ſit de rōne fidei ha-
bere obiectū priuatiuū. ꝓbant: qꝛ habit⁹ poſitiu⁹
nō debet hr̄e obiectū p̄uatiuū: ſꝫ fides eſt habit⁹
poſitiuus: ineuidēs autē eſt p̄uatio. ergo ⁊c. Pri
ma reſpōſio nō valet: qꝛ licet diſparata poſſint ali
cui ꝯuenire ꝑ diuerſa media: tñ impoſſibile eſt ꝙ
oppoſita cōueniāt eidē ꝑ quecūqꝫ diuerſa media
et hoc patet inducendo in oīb⁹ oppoſitis vel in oī
genere oppoſitionū: ſed idē eſſe euidēs ⁊ ieuidēs
ſunt oppoſita priuatiue. ergo ⁊c. Nec eſt ibi falla-
cia ꝯſequētis vt ipſi dicūt. ¶ Ad cui⁹ euidētiam
ſciendū ꝙ aliud eſt negare aliqđ ſimpl'r de aliquo
ſubiecto ⁊ ponere aliqđ in ſubiecto qđ nō eſt cau-
ſa oppoſite affirmationis: ſicut aliud eſt ponere
aliquē nō videre/ ⁊ aliud eſt ponere aliqđ qđ non
eſt cauſa viſionis: nā primū nō pōt ſtare cū viſio-
ne: qꝛ impoſſibile eſt ꝙ vidēs ſit nō vidēs ꝑ qđcū-
qꝫ mediū/ ita ꝙ vtrūqꝫ cōueniat ſibi ſimpl'r. ſecun
dū autē pōt ſimpl'r ſtare cū viſione: qꝛ iſta duo poſ
ſunt ſil' ſtare. ſ. ꝙ aliqđ ſit vidēs ⁊ ꝙ habeat criſpi
tudinē vel aliqđ aliud qđ nō ſit cauſa viſionis: qꝛ
hoc nō eſt negare actū vidēdi a tali: ſed eſt nega-
re cauſalitatē in ipſa criſpitudine reſpectu act⁹ vi
dendi. ¶ Item ſciendū eſt ꝙ aliud eſt ponere ali
quid nō habere cauſalitatē reſpectu alicui⁹ poſiti
ue/ ⁊ aliud eſt habere cauſalitatem reſpectu nega
tionis oppoſite. ſicut aliud eſt dicere criſpitudinē
nō eſſe hoī cauſam vidēdi/ et aliud eſt dicere criſ-
pitudinē eſſe cauſam hoī nō vidēdi: qꝛ in p̄mo ne-
gat̄ cauſalitas reſpectu poſitiui/ ⁊ pōt ſtare cū po
ſitiuo reſpectu cui⁹ negat̄ cauſalitas criſpitudinē
nō eſſe cauſam videndi pōt ſtare cū videre. In ſe
cūdo ꝟo ponit̄ cauſalitas affirmatiua reſpectu ne
gationis oppoſite/ ⁊ oppoſita affirmatio non pōt
ſtare cū eo. Unde iſta duo nō pñt ſimul ſtare. ſ. ꝙ
homo ſit vidēs/ ⁊ ꝙ criſpitudo vel qđcūqꝫ aliud
faciat eū nō videre. qñ ergo dr̄ ꝙ idē pōt eſſe eui-
dens ⁊ ineuidens ꝑ diuerſa media/ ipſi ponunt di
uerſa media in eodē eſſe cauſam ſimul affirmatio
nis ⁊ negationis vel priuationis: ſed hoc eſt īpoſ
ſibile vt oſtenſum eſt: qꝛ īpoſſibile eſt ꝙ cū aliqua
affirmatione ſtet ꝙ aliqđ ſit cauſa oppoſite nega-
tionis in eodē vt oſtenſum eſt. et ſic falſa eſt illa ſo
lutio ꝗ dicit ꝙ idē euidens ⁊ ineuidens pñt ineſſe
eidem ꝑ diuerſa media. Si aūt velint dicere ꝙ nō
intendūt ꝙ fides in habente fidē facit nō euidētiā
vel īeuidētiā/ qđ eſt nō ponere cauſalitatē in fide
reſpectu ineuidētie vel nō euidētie: ſed intēdūt di
cere ꝙ fides nō facit euidentiā/ qđ eſt negare cau
ſalitatē in fide reſpectu euidentie: tunc reſponſio
data nichil valet ad ꝓpoſitum: qꝛ hr̄e euidentiā ꝑ
mediū euidens ⁊ nō hr̄e cauſalitatē ꝑ fidē vel au
ctoritatē nō eſt hr̄e euidentiā et ineuidentiā ꝑ di-
uerſa media: ſed eſt hr̄e euidentiā ꝑ vnū medium
et nō hr̄e ꝑ aliud: ſicut videre ꝑ oculū ⁊ nō videre
ꝑ pedē/ nō eſt videre ⁊ nō videre ꝑ diuerſa media:
et ideo reſponſio data nō eſt vera ſed falſa/ vel ni-
chil facit ad ꝓpoſitū. ¶ Qꝫ aūt dicit̄ ꝙ eſt ibi fal
lacia ꝯſequētis: qꝛ nō ſequit̄ ꝙ ſi nō eſt euidēs per
fidem ꝙ nō eſt euidens ſimpl'r: qꝛ in plus ſe habet
euidens ſimpl'r ꝙ euidēs ꝑ fidem. et ſic ꝓcedit̄ ab
inferiori ad ſuperi⁹ negādo. Dico ꝙ verū eſt ſi ſcđm
iſtā formā argueret̄/ ſcꝫ ꝙ nō eſt euidens ꝑ fidem
ergo nō eſt euidens. ſed ſic non arguit̄: ſed arguit̄
ſupponēdo ꝙ illud de quo habet̄ fides mō predi-
cto eſt ineuidens vel non euidens habenti fidem.
Hoc autē ꝓbat̄ ꝑ hoc ꝙ aſſentire ꝑ mediū incer-
tū eſt act⁹ incert⁹ ⁊ nō euidens. et hoc etiā magis
ſtatim patebit. dico ergo ꝙ ſi argueret̄ ſcđm reſponſio
nē ab eis datā nō argueret̄ dicēdo nō eſt euidens
ꝑ fidē. ergo non eſt euidens. ſed argueret̄ ſic/ ꝑ fi-
dē eſt ineuidens vel nō euidens. ergo eſt īeuidēs
vel nō euidens. ⁊ tūc hic nō eſſet fallacia ꝯſequē-
tis: qꝛ inferret̄ ꝑ ineſſe ꝑ talē cauſam ineſſe ſimpl'r
vel ꝑ eē cauſatū a tali cauſa ineſſe ſimpl'r ei in quo
eſt cauſatū ꝙ oporteat ante actū cauſatū ꝑ talem
auctoritatē eſſe ineuidentē vel nō euidentē. Pro-
bo cōfirmādo rationē ſuperi⁹ datā: qꝛ talis aucto
ritas aut cauſat actū euidentē aut actū ineuidētē
vel neutrū. Nō pōt dici ꝙ cauſet actū euidentem:
qꝛ ꝑ mediū incertū nō pōt cauſari actus euidens.
nec neutrū ſi cauſet aliquē actū. qꝛ oīs act⁹ eſt eui
dens vel ineuidens. ergo relinquit̄ ꝙ cauſet actū
īeuidentē: ⁊ ꝑ ꝯſequēs ꝙ obiectū cui aſſentit̄ ꝑ ta
le mediū ſit ineuidens aſſentiendi. ¶ Si dicat̄ ꝙ
fides vel auctoritas talis nō cauſat euidētiā. nec
cauſat ineuidentiā vel nō euidētiā ſed cauſat ſub
ſtantiā actus ſine quocūqꝫ iſtorum: ſed medium
euidēs cum eo cauſat euidentiam. ¶ Con
tra p̄mo: qꝛ videnť iſti ponere ꝙ actus ⁊ acciden-
tia ſint diuerſa quod eſt falſum: ſicut etiā ponere
ꝙ lumen ⁊ claritas luminis ſint diuerſa eſt falſū
¶ Scđo qꝛ ſi actus ſe habet ad euidentiā ⁊ ineui
dentiā vel nō euidentiā ſicut ſubiectū ad habitū
vel priuationē ſequit̄ ꝙ idē actus poſſet qñqꝫ eſſe
opinari qñqꝫ ſcire/ ⁊ idē habit⁹ cauſaret vtrūqꝫ.
Et ꝑ hoc etiā patet ꝙ ſatis eſt friuolum dicere ꝙ

nō oportet ꝙ si mediū aliqꝺ causet actū cognoscēdi ꝙ nō ꝓpter hoc causat actū euidentē vel nō euidentē sicut vt dicūt ꝗ facit aerē nō facit clarū vel obscurū: qꝛ ꝯparatio actꝰ ad euidēs vel nō euidēs non est sicut ꝯparatio aeris ad clarū ⁊ obscurū: qꝛ cōparatio actus ad euidēs vel nō euidens est cōparatio actus in cōi ad actū ꝑfectū ⁊ imꝑfectum et oppositū: sed cōparatio aeris ad clarū ⁊ obscurum est cōparatio eiusdē subiecti ad habitū ⁊ priuationē: sed verū est ꝙ cōparatio actus intellectꝰ ad actū itelligēdi euidentē vel nō euidentē est sicut cōparatio aeris ad clarū et obscurū. et ex hoc sequit ꝙ ꝗ facit itellectum nō facit euidēs vel ineuidēs intelligere. nō autē sequit ꝙ ꝗ facit actum intelligendi nō facit actū euidentē vel nō euidentem. Cū autē dꝛ ꝙ habitꝰ positiui nō pōt esse obiectum formale aliqd priuatiuū: ideo ineuidens nō est obiectū fidei. dico ꝙ verū est ꝙ ineuidentia nō est obiectū formale quod credit nichil tñ ꝓhibet aliqꝺ mediū īꝑfectū hr̄e modū mouēdi ad cognitionē ꝗ excludit modū ꝑfectū. et sic fides hꝫ obiectum ineuidens obiectum. s. imꝑfecte cognitum. ¶ Secūda etiā responsio nō valet. Primo qꝛ impossibile est nō solū idē esse euidēs et ieuidēs eidē sed impossibile est idē esse euidens ⁊ ineuidens cū euidēs ⁊ nō euidēs sint contradictoria. Scđo: qꝛ falsum est ꝙ ad negatiuam respectu subiecti susceptibilis non sequat affirmatiua de ꝑdicato priuato. Unde oīs homo capax rationis ꝗ nō est iustꝰ/ est iniustus. et silr oīs cognitio q̄ nō est euidens est ineuidēs. ¶ Sciendū tñ ꝙ nō pono euidentiā se habere ad cognitionē sicut ad subiectū: sꝫ magis se habet sicut differentia essentialis. ¶ Secunda
2 ratio ꝑncipalis talis est qꝛ sciens vel vidēs nō potest moueri ad assentiēdū opposito rei vise vel scite quocūqꝫ alio dicente oppositū: qꝛ ꝑ se notū est opposita nō posse silr̄ inesse eidē: sed ille ꝗ mouet ꝑ talē auctoritatē incertā qualis dicta est pōt moueri ad vtrūqꝫ oppositorū q̄ntū est ex dispositione sua alio dicēte oppositū diuisim. ergo impossibile est scientē vel videntē moueri ad assentiendū ꝑ auctoritatē incertā. Maior patꝫ. Minor ꝓbat: qꝛ ille ꝗ assentit ꝑ auctoritatē de qua incertum est sibi vtrū sit vera vel falsa: ⁊ vtrum dicat ab illo ꝗ pōt verū vel falsum dicere q̄ntū est ex ꝑte sua aptꝰ est ad assentiendū cuilibet parti q̄ talis est cuiꝰ est illa auctoritas pōt dicere: sed talis q̄ntū est de se natus est assentire oppositis diuisim si aliꝰ illa dicat ergo. ⁊c. ¶ Cōtra hoc forte posset obijci sic: quia idē vt videt sequit de auctoritate de qua cōstat ꝙ dicit ab illo ꝗ nō pōt falsum dicere: qꝛ si talis diceret opposita assentiēs ei assentiret oppositis. Dicendū ꝙ nō est silr̄: qꝛ sicut talis nō pōt falsum dicere/ ita nec pōt dicere opposita ⁊ ꝑ se notū est assentiēti ꝙ talis non pōt falsum dicere/ nec pōt dicere opposita. ⁊ ideo nō est natꝰ moueri ad opposita aliquo mō: sed iste ꝗ assentit auctoritati icerte q̄uis dato ꝙ ille ꝗ loquit nō possit falsum dicere nec opposita: qꝛ tñ nō habet ꝓ ꝑ se noto talem nō posse falsum vel opposita dicere quantū est ex ꝑte sua natꝰ est moueri ad opposita. ergo. ⁊c. ¶ Ter-
3 tia rō ꝑncipalis talis est: qꝛ sicut opponunt opinioni fides et scientia/ ita opponunt fides ⁊ scientia inter se: sed opinio nō pōt stare cū fide ⁊ sciētia ergo nec fides ⁊ sciētia. Maior patet: qꝛ sicut repugnāt certitudo ⁊ incertitudo/ siue sit certitudo euidētie/ siue certitudo adhesionis/ ita repugnāt euidētia ⁊ ineuidētia. Minor etiā patet quantum ad alterā partē. s. ꝙ opinio nō pōt stare cū scientia ꝑ phm .i. posteriorꝝ: et q̄ntū ad alterā partē patet: qꝛ fides ⁊ opinio opponunt s̄m certitudinē ⁊ incertitudinē: vel s̄m opinionē ⁊ firmam adhesionem. ¶ Ad istā rōnē dicūt qdā ꝙ nō oportet ꝙ de rōne opinionis sit formido ⁊ ꝑter rōnes priꝰ adductas adducūt duas alias. ¶ Prīo sic: qꝛ de rōne opinionis nō est nisi ꝙ sit assensus ꝑ mediū ꝓbabile: sed assentire ꝑ mediū ꝓbabile nō est formidare. ergo. ⁊c. ¶ Scđo sic: qꝛ si opinās necessario formidat nō posset haberi opinio vera de quolibet scibili: sed hoc est falsum. ergo. ⁊c. Falsitas ꝯsequētis supponit. Probatio ꝯsequētie: qꝛ si formidat opinās de cōclusione opinās opinat illā conclusionē posse aliter se hr̄e: sed ipossibile est ꝯclusionē scibilem aliter se habere. ergo si opinans semꝑ formidat ipossibile est hr̄e opinionem verā de re scibili. ¶ Ad primū dicendū ꝙ moueri ꝑ mediū ꝓbabile importat ꝓbabiliter assentire: sꝫ ꝓbabiliter assentire est assentire sine certitudine/ alioqn nō differret a sciētia ⁊ fide. assentire autē sine certitudine ē assentire cū formidine nō accipiēdo ꝑ passione appetitꝰ q̄ est timor: sed ꝑ dubitatione itellectꝰ. Unī dato ꝙ ita esset ꝙ opinari formaliter nō esset ipm dubitare ꝙ aliqs pōt dubitare nullo medio habito ad quācunqꝫ partē cū opinari nō excludit talē dubitationē ꝓpter defectū certitudinis in medio ꝓbāte. ¶ Ad scđm dicendū ꝙ formido q̄ est i opiniōe nō ē accipiēda respectu rei credite i se: sꝫ s̄m ꝓportionē mediꝫ ad conclusionē certificandā: ita ꝙ opinās nō semꝑ opinat cōclusionē esse ꝯtingentem: imo qñqꝫ opinat cōclusionē esse necessariam sed sic assentit alteri parti ꝙ dubitat de oppositis ꝓpter incertitudinē mediꝫ. opinari autē aliqd esse necessariū de se/ et dubitare vtrū ita sit ꝓpter hoc ꝙ mediū nō facit plenā certitudinē/ nō est opinari falsum. ⁊ sic patet ad q̄stionē. ¶ Quantum ad tertiū respōdent ad illas septē rationes ꝑ ordinē et ad defensiones earū.

Solutio rōnū alteriꝰ opiōis.

¶ Ad primā rōnē ꝑncipalem adductā ab alijs in oppositū dicendum ꝙ minor est falsa. Ad ꝓbationē minoris dicendū ꝙ minor illiꝰ ꝓbationis est falsa. Ad primū ergo ꝑ qꝺ minor istiꝰ ꝑ silr̄ ꝓbat/ dicendū ꝙ licet auctoritas possit stare cū demōstratione ⁊ scire vt obiectū cognitū: nō tñ pōt stare vt mediū assentiēdi vt supra patuit accipiēdo auctoritatē de qua loqmur. Ad secūdā ꝓbationē eiusdē dicendū qñ iuenit dictum alicuiꝰ cui priꝰ credebat esse euidēs ꝑ demōstrationē magis credit ei postea q̄ ante q̄ntū ad ea q̄ nata sunt credi: ⁊ qꝛ illud qꝺ iā est euidēs nō est natum credi cū sciat: ideo q̄ntum ad illud nō creditur nisi q̄ntum ad ꝓ̄ptitudinē animi. ¶ Ad illud qꝺ dicit ꝯtra hoc/ dicendū ꝙ oēs auctoritates eiusdē sunt equaliter credibiles/ dūmō credēs equali dispositione sit ad oēs dispositꝰ. nunc autē nō similiter est dispositꝰ ille ꝗ audit auctoritatē respectu eius qꝺ est sibi ꝑ se notū ⁊ ab eo scitū/ et respectu eius qꝺ ē sibi ignotū. ⁊ ideo nō opꝫ ꝙ si opinet vel ꝙ illꝺ credat est sibi notū ꝙ possit opinari vel credere illꝺ qꝺ est sibi ꝑ se notū vel scitū ab eo quātūcunqꝫ vtrūqꝫ dicat ab eodē. ¶ Ad tertiā ꝓbationē eiusdē dicendū ꝙ credere ⁊ scire nō possunt stare simul ꝓpter repugnātiā mediorū in mouendo ⁊ etiā actuum. ¶ Ad illud qꝺ dicit cōtra hoc/

dicendū sicut dictū ē ꝙ licꝫ auctoritas maneat cū medio demonstratiuo vt obiectū cognitū. nō tamē manet vt mediū ꝑ qꝺ credat. ¶ Cū aūt dicitur ꝙ non est ibi repugnantia inter actus scđm euidens ⁊ ineuidens dꝺm ꝙ falsum est. et dato ꝙ fides non faciat euidentiam adhuc sequetur ꝙ faciat ineuidentiam ita ꝙ causa sit directe priuationis. qꝛ opꝫ ꝙ faciat actum euidentem vel non euidentem: ⁊ si faciat nō euidentē opꝫ ꝙ faciat ineuidentem. qꝛ oīs actꝰ cognoscendi ē euidens vel non euidens.
¶ Item etiā q̄litercūqꝫ accipiatur impossibile est ꝙ idē actꝰ numero sit euidens ⁊ nō euidēs. et iō opꝫ ꝙ vel fides faciat actum euidentem vel ꝙ non possit cū eo concurrere demonstrato ad eundē actum qꝛ illud medium facit actū euidentem ⁊ si dicatur ꝙ non facit actum euidentem quātum ad hoc ꝙ sit causa ipsiꝰ euidentie est tñ causa substantie actꝰ q̄ ē euidēs ostensū ē etiā supra qꝺ ē valde friuolū ⁊ hoc i questionis corpore ⁊ qꝺ inducit ꝑ simili nō est simile qꝛ albedo nō facit actum videndi nec potentiam visiuam vel aliquid aliud ad quod necessario sequat cecum vel vidēs sed fides facit necessario actum aliquem quē cōsequit euidens vel ineuidens: qꝛ oīs actꝰ cognoscedi ē euidens vel nō euidēs. ¶ Ad quartā ꝓbationem dicendū ꝙ maior est dubia qꝛ nō sic forte includit scire non esse per se nō tñ sicut credere tale de quo loquimur. qꝛ ad credere de quo loqmur vt dictū ē sequitur posse moueri ad vtrāqꝫ ꝑtē cōtradictionis: nō sic autē per se nosse. ⁊ scire q̄ determinata sunt ad alterā ꝑtem. et ideo ista non repugnant ad inuicē sicut credere repugnat cuilibet eorum. quicquid autem sit de maiore minor non est probata qꝛ principia sciētie subalternate sunt ꝑ se nota i sciētia subalternata quantū ad qꝛ. sed sunt demonstrata i subalternāte quātum ad propter qd. Ad scđam rationē principalem dꝺm ꝙ minor est falsa.

Ad scđaꝫ rōem pꝛīcipalem.

¶ Ad probationē dꝺm ꝙ ꝓprie opinans opinat cū formidine. si aūt aliquis non hñs scientiam. sꝫ tñ mediū ꝓbabile reputet se certū erret sꝫ talis proprie se non habet vt opinans nisi opinio accipiat ꝓ omi cognitione alia a scire ⁊ nosse ꝑ se etiā si cōclusio talis eēt qualē opinās opinat erraret tamē i hoc ꝙ reputaret se certum ꝙ nō sit siue aūt talis opinans dicat opinans siue nō tñ opinio q̄cūqꝫ non stat cū fide: quia opinio vel est cum formidie vel est errones quorū neutrū stat cum fide per hoc patꝫ ad auctoritates Augu. ⁊ Phi. et ad alias similes. ¶ Ad tertiam probationē q̄ ꝓbat ꝙ opinio stat cū fide dicēdū ꝙ de primis ꝓbabilibꝰ ē opinio. ⁊ ꝙ opinio de talibꝰ ē cum formidine. ¶ Ad illud aūt qꝺ dr̄ in cōtrarium dꝺm ꝙ propter prima probabilia crederet aliquis nō sicut ꝓpter oīa certa. sed sicut ꝓpt ꝓbabilia magis. vñ opinio nō ex toto excludit dubiū/ vel formidinē. ¶ Ad quartā ꝓbationē dꝺꝫ ꝙ ratiōes adducte a sacris doctoribus ad ea q̄ sunt fidei non causant scientiam nec opinionē de eis q̄ sunt fidei nec tamē sequitur ꝙ nullam noticiam causēt nec ꝙ frustra adducant. qꝛ causant noticiam fidei acq̄sitē qꝛ tales rationes adducibiles sūt ad ꝓbandum ea q̄ sūt fidei illis ꝗ non habent fidem. vnde tales doctores non vtuntur talibus medijs ad probandum ea que sunt fidei demonstratiue vel opinatiue
¶ Item vtuntur talibus medijs ⁊ habitibus eorū ad ea que sunt fidei vt obiecto cognito.

Ad tertiā

¶ Ad tertiam rationem principalem dicendū ꝙ minor est falsa. Ad primā ꝓbationem dicendū ꝙ philosophus ad ea que demonstrata sunt per ipsū adducit auctoritates aliorꝝ non ad causandum in ipso vel in quocunqꝫ alio cui conclusio demonstrata est scientiam vel opinionem per auctoritatem. sed ad ostendendum ꝙ dicta aliorꝝ concordant cū dicto suo vt illi qui nō capiunt demonstrationem assentiant ꝓpter auctoritatem. vnde adducit illas auctoritates non ad confirmandum sibi ipsi sꝫ alijs dicta sua. ¶ Ad scđam ꝓbationem dꝺm ꝙ illa rō non probat nisi ꝙ habitꝰ fidei ⁊ scientia possunt stare simul. vel ꝙ vsus vnius potest stare cum altero habitu. non aūt probat ꝙ vsus vtriusqꝫ habitꝰ possint simul stare. ⁊ nichilominus ꝙ possint esse idem actus. de hoc aūt non agitur nec puto ꝙ aliqs hñs scientiam possit vti medio ꝓbabili ad opinandum respectu eiusdē nisi forte habitus esset: per aliquā dispositionem impeditus qꝛ obiectū scibile occurrēs alicui habēti scientiā nō ipeditā natū ē mouere ipm ad sciendū cū q̄ nō potest stare opinio vt dictū est. Ad quartam rationem principalem dicendum ꝙ minor est falsa.

Ad q̄rtaꝫ

¶ Ad ꝓbationem dꝺm ꝙ adueniente demonstratione de his q̄ sunt fidei in illo ꝗ ante de his habebat solam fidē ex tunc non habet amplius vsum fidei quātum ad talia.
¶ Ad illud qꝺ dicunt i contrariū dꝺꝫ ꝙ i talibus respectu taliū demonstratorū nō remanet meritū fidei respectu talium formaliter ita scꝫ ꝙ habeant meritum actus eliciti a fide respectu talium sed in eis est meritum fidei s̄m eq̄pollentiam ⁊ ꝓpter ꝓ̄ptitudinem animi ad credendū si non eēnt scita. ⁊ ꝓpter hoc ꝙ defendendo fidē ꝑ tales rationes ita possunt mereri sicut credēdo si nō haberēt sciētiā.
¶ Illud aūt qꝺ dicitur contra hoc ꝙ. s. plꝰ meret. ꝗ credit. ⁊ habet ꝓmptitudinē aī q̄ ꝗ habet ꝓmptitudinem animi tm̄. Parū valꝫ: qꝛ ꝗ credit ⁊ hꝫ promptitudinē aī plus meret extensiue qꝛ pluribꝰ modis meret nō tamē opꝫ ꝙ plus mereatur intensiue. immo pōt eē maiꝰ meritū i nō hñte aliquā fidē q̄ in habente fidem vt in christo. ⁊ si fiat vis de hoc ꝙ saltem non est in eis meritum fidei respectu talium. dico ꝙ verum ē formaliter et elicitiue vt dictū est: non tamen sequitur quin sit in eis meritum eq̄pollens vel meritum excedens respectu talium.

Ad quītā

maiorẽ reqrit q̃ caritatẽ auget/ ꝛ ex maiori carita
te videꝶ ꝓcedere ꝙ ꝯtenta sua vtilitate vult ꝓpᷓ
deũ se varĳs turbationibus exponere: nã q̃ ꝓpter
quietẽ solã: aut qꝛ meli⁹ bibit aut comedit cũ dño
vult manere cũ eo et nõ ire cũ ioab ad exercitum/
parũ diligit dñm suũ sed pl⁹ ventrẽ suũ. q̃ autẽ nõ
põt diu sustinere nõ videre faciẽ dñi/ ꝛ ꝓpter hoc
solũ renuit ab eo separari: vt heremite ꝛ veri ꝯtẽ=
platores videnꝶ pl⁹ ardere caritate cũ seraphin q̃
a facie deitatis nũqꝫ recedũt: est etiã puri⁹ meritũ
contẽplatiue tot venialib⁹ nõ ꝑmixtũ: sed ꝑ acci=
dẽs aliter est magis meritũ in actiua: qꝛ actiua cõ
tinet virtute contẽplatiuã ꝛ actiua corporalis: qꝛ
q̃ñ elemosinas corpales facio pauperib⁹/ ipsi pro
me dormiẽte orãt/ ꝛ suarũ contẽplationũ me par=
ticipẽ faciũt: ꝛ actiua spũalis q̃ ꝑdicaꝶ/ cõfessiões
audiunꝶ/ hoies ad contẽplationẽ inducunꝶ/ et dei
amorẽ qua vna hora omittẽs contẽplari ꝓpter ser
monem erit causa multarũ cõtemplationũ/ ꝛ for=
te cõuertet illa hora hoiem ad ducendũ ꝑpetuam
vitã ꝯtẽplatiuã. ꝛ sic ꝑ illũ contẽplabiꝶ ꝛ merebiꝶ
sicut pl⁹ mereꝶ fundãs altare ꝓpᷓ inumeras mis=
sas ibi dicẽdas/ ꝙ̃ si ꝑ se ibi dicat vnam missam. ꝛ
similiter sicut homo facit elemosinã ꝑ famulũ cui
mandat/ ꝛ in mandãte meritũ redundat: ita omis
bona ad que ꝑdicatores hoies inducunt/ in sinuꝫ
eorũ merita conuertunꝶ. ¶ Tertio de diuturnita 3. cõclusio.
te sciendũ ꝙ in hac vita actiua est maior in diutur
nitate: qꝛ corp⁹ qḋ corrũpiꝶ aggrauat aiam vt nõ
possit tam diu stare suspensa in contemplatione ꝙ̃
diu potest stare super terram/ i actiua: sed simplici
ter diuturnior est contemplatiua qꝛ durat ꝑpetuo
et alia vita in qua nõ durat actiua quo ad actum
imperatum exteriorem sed quo ad interiorem: qꝛ
ibi est feruentior dilectio proximi ꝙ̃ hic.

¶ Questio secunda.

SEcundo queritur. Utrum status religiosorum sit
perfectior ꝙ̃ status curatorum. Uidetur ꝙ sic.
quia includit consilia ꝛ precepta. ¶ Contra. quia
perfectior est status perfectionis exercende ꝙ̃ ac
quirẽde. ¶ Respondeo tria facienda sunt. Primo
ponentur dicta quorundam circa hec. Secundo
ponẽtur an in ecclesia sit aliquis status perfectior statu episco=
porum. ¶ Quantum ad primum ponunt primo suam opinio=
nem. Secundo instantiam. Tertio solutionem. Opinio autẽ eo
rum habet tres cõclusiones prima ꝯclusio est ꝙ in ecclesia gene
raliter non est nisi triplex status. scilicet prelatorum: simplicium
clericorum: ꝛ religiosorum. Itẽ triplex laicorũ. Mat. xxiiij. duo
in agro: due differentie prelatorũ: duo in loco: due continentiũ
qui eligunt contemplationis quietẽ: duo molentes in mola due
differentie coniugatorũ sequentium mobilitatem rerum tem=
poralium mobilium. secundum glosam. Idem pꝫ Ezechielis. x.
tres viri liberauerũt animas suas: Noe. Daniel ꝛ Iob. per quos
secundum Gregorium signantur rectores continentes ꝛ coniu
gati. preter hos status nõ est alius in ecclesia. Inter hos status
supremus est prelatorum: infimus coniugatorũ: medius religio
sorum. ¶ Unde secũda ꝯclusio est ꝙ status prelatoꝝ quantum
ad maiores puta episcopos ꝛ supra sit supremus quod probant
tum qꝛ ad eos pertinet regere ꝛ perficere alios qui reguntur ꝛ
perficiuntur. Tum quia sine dispensatione potest fieri transitus
a quocunqꝫ statu prelatoꝝ: nõ aũt ecõtrario. transitus enim po
test fieri ab inferiori ad superius non ecõuerso sine dispensatio
ne. Unde certum est ꝙ episcopi sunt perfectiores ꝙ̃ religiosi.
¶ Tertia ꝯclusio est ꝙ status curatorũ est perfectior ꝙ̃ quorum
cunqꝫ religiosorum: quam probant multipliciter. ¶ Primo ex
ipso statu quia status prelatorum secundum suum ambitum to
tum est perfectior quocunqꝫ statu in ecclesia. Sed sacerdotes
parrochiales includuntur in statu prelatorum ergo ꝛcet. Ma
ior patet quia vt dictuꝫ est in ecclesia non sunt nisi tres status in
ter quos status prelatorum est supremus. Minor probatur qꝛ
status parrochianorũ est status habens regimen animarum et
sicut episcopi sunt rectores in suis diocesibus sic sacerdotes p=
rochiani in suis parrochijs ergo icluduntur in statu prelatorũ.
¶ Sed ad hoc posset dici ꝙ non habent regimen animarum or=
dinarie sꝫ sicut quidã balliui ꝛ sic non sunt in statu prelatorum.
Sed hoc non est verum licet enim possit dici ꝙ tam episcopi ꝙ̃
alij curati sint balliui respectu xp̃i: tamen curati nõ sunt balliui
respectu epõrũ qꝛ illi sunt rectores ordinarij quorũ regimen est
a xp̃o constitutum. sed regimen sacerdotum parrochialium est
huiusmodi sicut septuaginta duo discipuli per quos ẽm glosam
intelliguntur presbyteri. Non enim dicitur ꝙ apostoli eos de=
stinauerint vel miserint sed xp̃s. Luce. x. ꝛ di. xxi. ca. In nouo te=
stamento. videntes apostoli messem esse multam operarios ve
ro paucos rogauerunt dominum messis vt mitteret operarios
in messem suam. Unde ab eis sunt electi septuaginta duo disci=
puli ꝛ a xp̃o instituti. Unde dominus misit. Sed apostoli rogaue
runt dominum vt mitteret. Isti presbyteri tenentes locum se=
ptuaginta duorum discipulorũ sunt sacerdotes parrochiani: er
go sunt a xp̃o instituti. Unde status eorum non est ficticius nec
ab aliquo homine inuentus sicut status religiosorum. Unde si=
cut in primitiua ecclesia status apostolorum ꝛ discipulorum est
maior quocunqꝫ alio: ita ꝛ nunc. ¶ Secundo ex operibus statuũ
qꝛ quãto aliquis status habet opera similiora operibus pertinẽ
tibus ad statum episcoporuꝫ tanto est perfectior: sed status par
rochianorũ est hmõi. Immo habet quasi eadem opera cum epi
ex officio habeant ministrare omnia sacramẽta sicut episcopi ex
ceptis duobus ꝛ habent docere informare corripere in aliqui=
bus excessibus licet non possint excommunicare sicut nec reli=
giosi. ¶ Preterea ẽm aliquos doctores religio perfectior est que
ex plenitudine contemplationibus ordinatur ad intendendum
saluti animarum: ꝙ̃ illa que ordinatur solum ad simplicem con
templationem. quia bonum commune diuinius est. ex quo ha
betur ꝙ ille status perfectior est qui magis ordinatur ad sa=
lutem animarum. sed status parrochianorum est huiusmodi re
spectu religiosorum: quia habent exercere plura opera ad salu=
tem animarum pertinentia ꝙ̃ religiosi. Nam religiosi qui ꝛ sa=
luti animarum intendunt non habent nisi predicare ꝛ confes=
siones audire. Sacerdotes autem cum his habent corrigere ꝛ
sacramenta conferre ꝛ hoc eis competit potestate ordinaria: re=
ligiosis autem ex delegatione. ¶ Tertio ex parte perfectionis p=
tialis quaꝫ vterqꝫ status requirit: quia ille status est perfectior
qui magis perfectum requirit. sed status curatorum est huius=
modi ergo ꝛcet. Maior probatur. Nam ille status requirit ma
iorem perfectionem qui requirit maiorem charitatem ꝛ cogni=
tionem diuinorum: sed sic est hic quia status curatoruꝫ requirit
voluntatem magis promptam ad ponendum animam suam p
ouibus vel pro salute fratrum ꝛ expendendam totam vitam in
vtilitatem eorum ꝛ spiritualem ꝛ corporalem ꝙ non requirit sta
tus religiosorum. Unde status religiosorũ non requirit statim
tantam perfectionem quando professus est: sed sufficit sibi ꝙ sit
in statu salutis absolute ꝛ ꝙ perfectionem possit acquirere. Itẽ
curatus cum habeat alios instruere debet habere perfectam di
uinorum cognitionem. ¶ Preterea sacerdotes habent perficere
sicut ꝛ maiores prelati non autem religiosi sed perfici ergo sta=
tus illorum requirit hominem perfectiorem. ¶ Preterea augu
stinus ꝛ habetur. xxi. q. i. Non nisi probatiores ꝛ meliores cleri=
cos assumere solemus. Ex quo patet ꝙ ad curam animarum nõ
assumuntur religiosi nisi meliores inter ipsos sed hoc non esset
nisi status ille esset perfectior. ¶ Tertio ponunt illa quibus vide
tur diminui status curatorum ꝛ esse perfectior. Primo quia li=
cet aliqua opera sacerdotum parrochianorum sint perfectiora
aliquibus operibus religiosorum. Preterea perfectius est in=
tendere saluti animarum ꝙ̃ ieiunare. tamen perfectius est to=
taliter intendere saluti sue anime ꝙ̃ multa opera facere ad sa=
lutem animarum proximorum. primum pertinet ad religio=
sos. scḋm ad curatos ergo ꝛc. ¶ Secũdo sic qui non sunt in statu
non habent perfectiorem statum sed curati non sunt in statu. tũ
qꝛ nullus potest dimittere statum perfectionis vt simplici vita
viuat in seculo. sed sacerdos hoc potest quia deficit obligatio tũ
etiam quia nullus existens in statu perfectionis pro libito suo
potest illum dimittere. sed tantum de licentia superioris: sacer
dos autem pro libito suo potest dimittere curam pro religione.
tum quia qui dimitteret statuꝫ perfectionis ad viuendum secu
lariter reputaretur apostata non autem sic de sacerdotibus cu
raꝫ dimittentibus. ergo ꝛc. ¶ Tertio dato ꝙ sint in statu non ta
men perfectiori ꝙ̃ religiosi. tum quia iura non dant communi=
ter licentiam transeundi de statu perfectiori ad imperfectio=
rem. iura autem communiter licentiant curatos transeundi ad
religionẽ. xix. q. vi. c. clerici. ꝛ cui⁹ due sunt leges. Tum quia nul=
lus afflatus spiritussancto trãsit de statu magis perfecto ad mi=
nus perfectum: vt autem dicitur in capitulo due sunt leges. Sa
cerdos transiens ad religionem facit hoc afflatu spiritussancti ꝛ
lege priuata spiritussancti inductus. Tum quia expresse in di
cto capitulo clerici: dicitur ꝙ clerici idest curati qui trãseunt ad
religionem suscipiunt meliorem vitam. ¶ Quarto quia vita con
templatiua est perfectior ꝙ̃ actiua. ergo status religiosorum
est perfectior statu prelatorum quorumcunqꝫ. ¶ Ad primum di
cendum ꝙ deficit. dr̃ primo. qꝛ ita est contra statum episcoporũ
sicut contra statum curatorum ꝛ tamen concedunt cõmuniter
omnes maiores prelatos in statu perfectiori ꝙ̃ religiosi.
¶ Secundo quia supponit falsum. scilicet ꝙ ille qui intendit sa=
luti proximorum non intendat saluti proprie: quia intendendo
saluti proximi ordinat hoc ad augmentũ charitatis sue. ¶ Ad se
cundum dicendum. ꝙ magister deficit. primo quia fit vis in no=
mine ꝛ nõ in re. quia loco status potest accipi modus vel genus
viuendi ꝛ sic saltem habebitur ꝙ curati habebunt perfectio=
rem moduꝫ viuendi ꝙ̃ religiosi. ¶ Secũdo qꝛ ad hoc ꝙ alicui cõ
petat status ꝛ ꝑmiũ virginitatis sufficit propositum perpetuo
standi in virginitate absqꝫ obligatione aliqua. ergo a simili ad
hoc quod curati dicantur esse in statu sufficit habere propositũ
perpetuo exercendi officium curatorum. dato etiam ꝙ non
haberent propositum perpetuo standi sic quandiu staret sic sta
tus suus requireret perfectiorem hominem ꝙ̃ status religio=
sorum. ¶ Tertio quia supponitur falsum. scilicet ꝙ curati non

obligantur obligatione que sufficit ad statum. quia curatus in susceptione cure pastoralis efficitur sponsus ecclesie: sed spōsus ex iure naturali ꝗtum est de se obligatur ad gerendū perpetuo causam sponse nec potest eam pro libito dimittere.

¶ Quarto quia ſm viam istam non deficit quin curati sint in perfectiori statu ꝗ religiosi nisi obligatio sola que posset fieri si papa diceret nullus dimittat curam pro religione nisi de licentia speciali. ⁊ tamē tunc possent de licentia transire: ergo ⁊ nunc quando hoc eis licet de licentia generali non tollitur quin habeant perfectionem status: quia nec nunc licet eis transire nisi de licentia generali sicut in casu non liceret eis nisi de licentia speciali si esset statutum ꝙ non liceret eis nisi de licentia speciali. ¶ Ad primū ꝙ adducitur ad probandum dicendum ꝙ de licentia potest aliquis dimittere statū perfectionis ⁊ manere in statu simplici in seculo ⁊ tamen nō ē apostota vt patet de episcopis per papam a suis curis absolutis. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ ius commune licet non det simpliciter licentiam a statu magis perfecto transeundi ad statum minus perfectū. dat tamen bene licentiam transeundi ab eo ꝙ est magis perfectum simpliciter ad minus perfectum quando illud minus perfectum ē melius transeunti. Et sic est in proposito. nam ius dat licentiam curato transeundi ad religionem quādo curatus sentit se non sufficientem pro regimine ecclesie vel quando non potest ibi stare sine periculo vel si melius possit regi per alium: Quis enim status curati simpliciter sit perfectior ꝗ religiosi: huic tamen sic disposito status religiosorū est melior. ¶ Per hoc patet ad aliud quia bene aliquis afflatus spiritusancto potest transire a statu simpliciter perfectiori ad minus perfectum quando minus perfectus est transeunti melior. ¶ Per hoc etiam ad tertiū quia ibi accipitur melior vita non simpliciter sed huic. Et ꝙ sic intelligatur patet dupliciter. primo quia si curatus crederet qꝺ esset sufficiens ⁊ regeret melius ꝗ vnus alius sine periculo saltem magno non duceretur a spiritusancto ad dimittendum curam ecclesie pro religione cum bonum commune sit diuinius ⁊ melius ꝗ priuatū. ¶ Secundo patet idē per glosam sequentis capituli super illo dignior est lex priuata vbi dicitur ꝙ lex publica in tribus casibus preiudicat priuate qua sacerdotes ducūtur qui volunt intrare religionem. Nam mulier licet lege dei ducatur non tamen potest intrare inuito viro nec impubes inuito patre nec episcopus sine papa. Ex quo patet ꝙ vita religiosorū dicitur melior respectu curati ⁊ episcopi pariter. sed respectu episcopi vt omnes concedunt non potest esse simpl'r melior nec dici sed huic melior quando scilicet est insufficiens ad regimen episcopale ergo ⁊c. ¶ Hoc etiam confirmatur per id qꝺ dicitur xvi. q. i. c. sunt enim nonnulli. Ubi dicitur ꝙ monachus accipiēs potestatē ligandi atqꝫ soluendi sublimatur. Et augustinus sic viue in monasterio vt clericus fieri merearis qꝺ nō diceretur nisi transire faceret e conuerso esset descendere. ¶ Ad quartū dicendum ꝙ aliqui duo status possunt comparari i perfectōe dupliciter vel ꝗtum ad id ꝙ includunt vel ꝗtum ad id ꝙ exercent. Si ergo comparentur status religiosorum ⁊ curatorum ꝗtum ad id quod includunt status prelatorum qui habent pro alijs aīas ponere ⁊ alios istruere ⁊ alios corrigere errantes ⁊ ad ardua in speculatione diuinorum eleuari propter suam eminentiam includit perfectionem in existentem actu. status autem religiosorum non includit talem perfectionem actu in existentem sed instrumenta perueniendi. s. opera contemplatiue vite: ideo ꝗtū ad hoc status prelatorum est perfectior. Si autem comparentur ꝗtum ad exercitium suorum operum cum opera vite contemplatiue que vt plurimum pertinet ad statum religionis sint perfectiora ꝗ opera vite actiue que vt plurimum pertinent ad statum prelatorum propter necessitatem subditorum: sic status religionis est perfectior: quia ad opera perfectiora est aptior. Ita ꝙ magis est appetendum simpliciter esse dignum prelatione ꝗ statu religionis. Sed esse in religione debet esse in electione semper ⁊ simpliciter religioso: esse autem in tali religione debet esse non ita simpliciter in electione sed in patientia. ⁊ debet esse in electione in casu necessitatis. ¶ Ad rationem in contrarium dicendum ꝙ licet tenere precepta ⁊ consilia simul sit perfectius ꝗ tenere precepta tantum. tamen status qui requirit magnā perfectionem virtutum sine consilijs que ad hoc specialiter sunt vtilia vt melius seruantur precepta est perfectior ꝗ status cui sufficit minor perfectio virtutum non obstante ꝙ icludat consilia status autem religiosorum licet includat consilia non tamen requirit nec includit tantam perfectionem virtutum quia status religionis non repugnat imperfectis cum sit status acquirendi perfectionem ⁊ ideo propter consilia nō oportet ponere ꝙ status religionis sit perfectior statu prelatorum. ¶ Quantum ad scꝺm arguūt idē ꝙ in ecclesia sit status perfectior statu episcoporum. Ubi eñ est maior accessus ad deū ⁊ per consequens maior perfectio ibi est ⁊ maior recessus a temporalibus: sed status habentium nil in proprio vel i cōmuni magis recedit a temporalibus ꝗ status episcoporum qui habent temporalia quasi propria ergo ⁊c. ¶ Oppositū supponit cōiter. ¶ Rñdent ꝙ nullus status est in ecclesia simpliciter perfectior statu episcoporum qui succedunt apostolis. ¶ Ad cuius euidentiam sciendum ſm eos ꝙ nullus status in ecclesia est ita stat⁹ perfectiōis ꝙ appropriet sibi perfectionem essentialem ita ꝙ in alio statu talis perfectio haberi non possit: quia cōstat ꝙ in omni statu in ecclesia iueniūtur plures valde perfecti. dicitur autem in ecclesia aliquis status perfectus plus ꝗ alius dupliciter. primo qꝛ sibi appropriat quedam instrumenta tendendi ad perfectionem sicut religiosi dicuntur esse in statu perfectionis. secūdo quia appropriat sibi exercitium quarundam operationum perfectarum quarum cōueniens exercitium hominem exigit iam perfectū ⁊ dicitur status perfectionis exercende non solum quo ad se: sed etiam quo ad alios ⁊ ille est status prelatorū quorum est alios illuminare purgare ⁊ perficere. ¶ His suppositis potest argui ad propositū triplici ratione. ¶ Primo sic. stat⁹ ad quē transire licet a quocunqꝫ alio est perfectior omni alio: talis est status pape ⁊ episcoporum apostolis succedentium ergo ⁊cet. vtrūqꝫ patet de se.

¶ Secundo sic. status qui non congruit nisi iam perfectis est perfectior statu qui potest congruere imperfectis tendens ad perfectionem: quia perfectius est esse perfectum ꝗ ad perfectionem tēdere: sed status prelatorū requirit iam perfectum. quia prelatus debet esse perfectior omnibus subditis: status vero religiosorum non requirit iam perfectum: quia vnus secularis statim post ingressum posset profiteri ⁊ esset religiosus ⁊ congrueret religioni nec tamen adhuc esset perfectus sed ad perfectionē tenderet ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. sicut se habet bonus prelatus in ꝗtum huiusmodi ad bonū religiosum: sic status prelatorum ad statum religiosorū. sed bonus prelatus inquātum huiusmodi magis habet ꝙ sit perfectus ꝗ bonus religiosus ergo ⁊c. Probatio minoris quia bene sequitur. est bonus prelatus ergo est vir perfectus: sed non sequitur est bonus religiosus ergo est vir perfectus: sed tantū sequitur. ergo exercet opera quibus tenditur ad perfectionem: que si religiosus exerceat sicut sunt statuta in religione sua est bonus religiosus. dato ꝙ nō assequatur perfectionem. Nec obstat prelatis nec eorum perfectioni derogat si habeāt ius in cōmuni in bonis ecclesiasticis. ymo perfectissimus modus est quo accipiunt prelati a subditis suis ratione sui laboris debitum. Nam si laudabile est viuere de labore corporali manuum multo plus de labore spirituali quo seminantur spiritualia: carere enim iure non facit per se ⁊ dimittere ad perfectionem. alioquin illi qui de statu religionis tali iure carentium ad statū prelatorum in quo oportet eos habere ius in bonis cōibus ecclesie transeunt trāsirēt ad statū imperfectiorē qꝺ falsum est. Ex hoc respondent ad rationem in oppositum dicētes ꝙ recessus a temporalibus qui per se facit ad perfectionem est recessus mentalis. ⁊ talis debet esse in prelatis magis ꝗ in alijs adeo ꝙ paupertas debet eis esse in electione ⁊ desiderio. Sed habere ius in bonis pro vtilitate cōmuni debet eis esse in patientia. Si autem loquamur de recessu qui est carentia dominij in tpalibus tunc dicendum ad formam argumenti. ꝙ vbi est talis recessus maior: maior est ibi perfectio dispositiue idest instrumentum disponens ad facilius acquirendum perfectionē sed non sequitur ꝙ sit ibi maior perfectio exegitiue idest ꝙ sit ibi maioris perfectionis exigentia vel exercitatio ꝙ scilicet sta-

tus ille necessario exigat exercitiū operationum perfectarū et que exigunt virtutem magis perfectiuam. Istis autē duobus modis est maior perfectio in statu prelatorum. Unde status religiosorum non est perfectior. immo e conuerso status prelatorum est simpliciter perfectior sicut exigens maiorem perfectionem. ¶ Secunda opinio procedit sic per tres articulos: quia primo ponunt conclusionem cōtrariam ⁊ probāt. Secundo respondent ad rationes illorū. Tertio infringunt solutiones eorū ē. ¶ Circa primum est videndum vtrum sacerdotes parrochiales sint in perfectiori statu ꝗ religiosi. Dicendum primo ꝙ non sunt in statu. religiosi autem sunt in statu perfectionis. Status enim quandā firmitatem importat. vñ res que in motu est non dicitur stare. Item rectitudinem. Uñ nō dicitur stare nisi qui est erectus etiam si quiescat. preterea si sedeat aut iaceat aut accumbat. Item importat quietem ꝙ ñ est idem cum firmitate: ⁊ scꝺm hoc ad hoc ꝙ aliquis sit in statu requiritur firmitas perpetue obligatiōis. id est vsqꝫ ad mortem ⁊ rectitudo. Rectitudo autem in homine est in comparatione ad deum. vnde qui est obligatus ad aliqua opera per que erigitur ad deum si obligatio sit perpetua ⁊ solennis dicitur esse in statu. Tamen si large loquamur de statu non requirit nisi firmitatem. vnde ⁊ lapis dicit stare. ⁊ ſm hoc status potest esse sine perfectione sicut est status coniugalis vbi est obligatio ad vitam sed non perfectio: quia deest dicta rectitudo ad deum. Est enim ibi obligatio ad debitum carnale reddendum. Sed hic loquimur de statu nō quocūqꝫ mō sed de statu perfectionis ⁊ ſm ꝙ perfectionis ad quā requirūtur duo predicta: scilicet perpetua obligatio sit ad opera perfectionis. Opera autem perfectionis sunt que directe ordināntur ad dilectionem dei. Nam tota perfectio vite spiritualis cōsistit in charitate principaliter ⁊ precipue ꝗtum ad deum: licet secundario in charitate ad proximum. ⁊ hoc maxime fit p abiectionem eorum que possunt impedire dilectionem dei cuiusmodi sunt temporalia. Unde in obligatiōe perpetua ad adiectionem temporalium consistit principaliter status perfectionis. Sacerdotes autem curati nec obligationem habēt perpetuam ad curam animarum nec abiciūt temporalia nec ea que maxime retrahunt a dilectione dei vt voluptas carnis vt patet in sacerdotibus grecis. religiosi autē sic ergo ⁊c. ¶ Sane tamen posset dici ꝙ sunt gradus alicuius perfectionis inꝗtum intendunt saluti proximorum ministrando sacramenta licet deficiat obligatio perpetua que requiritur ad statum ⁊ solemnitas: hec enim duo scilicet perpetua obligatio cum solennitate statum faciunt absolute vt patet in episcopis ⁊ religiosis. hec autem duo deficiunt curatis. vnde non sunt in statu. Et ꝗuis essent in statu non tamen eque perfecto sicut religiosi sicut nec charitas ad proximum eque principalis sicut charitas ad deum. ¶ Preterea si curati sunt in statu perfectionis aut hoc est ratione ordinis aut ratione cure: non ratione ordinis tum quia quoniam non ordinatus habet curam: tum quia ordo in ecclesia facit gradum quia ordinant ad nobiliorē actionem sed non statum: quia non respicit perfectionem per se licet sit conueniens ꝙ habens ordinē sit bone vite. Nec ratione cure: quia ad curam simplicem nulla est obligatio ymo potest eam permutare vel dimittere de licentia episcopi pro simplici prebenda ⁊ totaliter per se dimittere ⁊ matrimonium contrahere. ⁊ sic post curam potest transire ad statum secularem: ergo nō sunt in statu aliquo ratione cure. ¶ Nec ratione ordinis nisi forte per accidens inꝗtum votū continentie est annexum sacro ordini apud occidentales. ¶ Ad secundum respondent ad rationes aliorum vnde dicunt ad primum in oppositum ꝙ curati non sunt prelati sed coadiutores sunt prelatorum. s. episcoporum. improprie enim paterfamilias dicitur qui preest familie vni tantum vel princeps. curatus autē preficitur tantum vni familie quia vni parrochie. vnde nō potest princeps spiritualis idest prelatus ecclesie propter qꝺ nec excommunicare nec dare indulgentiā propria auctoritate nec alia facere que pertinent ad prelatum etiam minus quā abbas qui excommunicare potest: ⁊ tamen non est prelatus sed paterfamilias vt nomen sonat abba pater: ⁊ hoc est quia non preest nisi vni familie. Unde solus episcopus proprie est prelatus idest princeps spiritualis quē dyonisi⁹ i ecclesiastica hierarchia vocat ducē: non autem curatum. talis autem prelati status idest episcopi est prefectior ꝗ religionis. ¶ Ad illud ꝙ ipsi premittunt de glosa math. xxiij. ⁊ noe. ⁊c. dicendum ꝙ ſm illam glosam status proprie dicitur qui includit firmitatem obligationis cum solennitate ⁊ sic non sunt nisi tres status. ¶ Supremus qui est prelatorum. i. episcoporum qui obligantur ad opera perfectionis ⁊ cum solennitate benedicuntur ⁊ consecrantur. ¶ Secundus ⁊ medius continentium. i. religiosorum qui obligantur ad perpetuam continentiam cum solennitate voti professionis. ¶ Tertius ⁊ infimus coniugatorum qui obligantur obligatione matrimoniali cum solennitate ꝗ facit ecclesia: ⁊ hic habet ꝙ curati non sunt in statu nec clerici nec layci. Sed large loquendo sunt in communi statu fidelium licet presbyteri sint in altiori gradu. ¶ Ad illud etiā qꝺ premittitur ꝙ prelati habent perfectionem dicendum ꝙ episcopi non propter hoc sunt in statu pfectiori quia sunt aliorum perfectiores: sed propter hoc sunt in gradu altiori. quia perfectio status dicitur per comparationem ad opera charitatis consimilis illis per que homo retrahitur ab his quibus charitas impeditur. Uel promouent ad charitatem sicut munditia abiectio temporalium ⁊ huiusmodi que adiuncta firmitate perpetue obligatiōis faciunt statum. gradum autē facit ordo. Unde qui habet maiorem ordinem est in perfectiori gradu: quia gradus per comparationem ad actionem. nec licet religioso transire ad curam simplicem sicut ad episcopatū.

¶ Ad solutionem quam dant ad instantiam. Utrum sint ordinarij dicendum ꝙ archidiaconi se habent ad episcopum sicut balliui ad regem. curati autem sicut prepositi qui presunt vni ville. xxi. q. i. omnibus presbyteris ⁊ dyaconis attendendum est vt nil sine proprij episcopi licentia agant. Septuaginta autem duo discipuli instituti sunt a xp̄o non vt ordinarij sed vt apostolorum adiutores. Unde ⁊ apostoli post aduentum spiritussancti miserunt eos vbi voluerunt sicut etiam nunc episcopi mittunt ⁊ deponūt curatos. Nec sequitur ꝙ sit tanta potestas curatorum ꝗta fuit discipulorum quibus successerunt sicut nec est tanta episcoporum sicut apostolorum cum episcopi passim non ponant nec deponant epōs sicut apl'i faciebant: sicut paulus thitum ⁊ thimotheum ⁊ alios plures ordinauit epōs. ¶ Itē omnis potestas spiritualis ordiaria cū aliqua solennitate committitur: episcopus sine solemnitate curas committit. Quod enim inuestiti ipsū a nullo magis est solemnitas ciuilis ꝗ canonica vel ecclesiastica: quia ecclesia non habet aliqua verba limitata qui habent iurisditionem ordinariam et si non consecrantur. Status autem apostolorum ⁊ discipulorum in primitiua ecclesia erat perfectior omni alio ꝙ includebat ⁊ statum prelatorum quo ad apostolos qui fuerunt principes populorum ⁊ religiosorum quo ad vtrosqꝫ: quia apostoli omnia reliquerant propter xp̄m ⁊ discipuli omnia ponebāt ad pedes apostolorum. ¶ Nec dicendū est status religionis fictitius ⁊ a puro homine adinuentus sed a spiritusancto inspirante ⁊ a xp̄o docente. Si vis perfectus esse. ⁊ faciente. ⁊ apostolis quibus erant omnia cōmunia. Unde dyonisius de monachis frequentem facit mentionē. ¶ Ad scꝺm principale de operibus statuum dicendum ꝙ religiosi sunt similiores episcopis ꝗtum ad opera que faciunt statum cuiusmodi sunt obligatio perpetua ad opera perfectionis ad que curati non sunt obligati nisi sub cōditione ⁊ ad tempus id est ꝗdiu sunt curati. ¶ Ad aliud ꝙ allegatur dicendum ꝙ supposito statu p fectionis qui est in omni religione ⁊ non in curatis perfectior est religio intendens saluti animarum: quia ista addunt quandam perfectionem accidentalem licet inquātum cadunt sub obligatione illorum religiosorum per se pertineant ad perfectionem illius religionis. curati autem ad hoc non habent obligationem perpetuam ⁊ ideo saltem illi religiosi qui ad hoc ex conditione sui ordinis sunt obligati sunt in perfectiori statu. Et ꝗuis monachi qui ad hoc principaliter nō sunt instituti

nec minores habeant hoc ex commissione: tamen predicato-
res quorum ad hoc ordo est institutus habent hoc potestate
ordinaria consequente statum eorum essentialiter. vnde hec
obligatio est intimior statui istorum religiosorum curatoruꝫ
Non tamen ē intelligendum ꝙ actum predicandi habēt nisi
ex commissione: sed aptitudinem ad predicandum ⁊ obliga
tionem ad istud officium quando prout eis commissum fue-
rit habent ex ordinaria sui ordinis institutione. ¶ Ad tertium
principale dicendum ꝙ maiorem perfectionem requirit sta-
tus religionis ꝙ curati ⁊ maiorem charitatem. nam si curat⁹
tenetur ad ponendum animā pro ouibus nos ēt debem⁹ p fra
tribus animas ponere: religiosi etiam totam vitam suam cor
poralem ⁊ spiritualem obligauerunt perpetuo ad seruiendū
deo in statu perfectionis longo exilio a mundo ⁊ carnis mar-
tyrio carceri et ꝑpetuo coronandi. Nec sufficit ꝙ religiosus sit
absolute in statu salutis: quia in statu salutis potest aliquis
esse sine obligatione ad opera perfectionis que est de essentia
religionis statim etiam a principio professionis requirit tan-
tam charitatem vel charitatis perfectionem ꝙ homo non so-
lum temporalia sed ⁊ amicos ⁊ seipsum abneget propter deū
⁊ ꝙuis religio maiorem charitatem requirat ꝙ cura: est tamē
in statu semper tendente ad vlteriorem perfectionem partia
lem vsꝙ ad perfectionem patrie donec occurramus omnes in
virum perfectum. Unde quamuis sint in statu acquirendi p-
fectionem tamen etiam sunt in statu supponente maiorē per
fectionem ꝙ status cuiuscunꝙ curati licet non supponat tan
tam ad ꝙtam postea venit: concedo tamē ꝙ curati debent ha
bere maiorem cognitionem de diuinis. Sed non propter hoc
maiorem perfectionem que in charitate consistit. Sed verum
est ꝙ ante curam requiritur maior perfectio in eo qui debet
fieri curatus ꝙ in eo qui debet fieri religiosus: sed premissaꝫ
professionem ⁊ cure susceptionem maior perfectio requiritur
in religioso ꝙ in curato non sic intelligendo ꝙ eo momento
quo aliquis est professus teneatur magis esse perfectus in se
ꝙ curatus cum prima die possit profitere in quibusdam reli-
gionibus qua non potest repente fieri summus: sed postꝙ fe
cit tantum ꝙ seruando religionem sic proficere potuit ꝙ ad
maiorem charitatem peruenit ꝙ sit necessaria simplici cura-
to. ¶ Ad illud augustini dicendum assumendi ad curam ani-
marum debent habere maiorem perfectionem partialium
vel partialem ꝙ religiosi professuri ⁊ maiorem aptitudinem
ad actus illius officij ꝙ professi. ⁊ quando de religiosis assu-
muntur ad curam non debent assumi absolute perfectiones
maiores habentes: sed magis habiles ad regendum: suppo-
sita tamen charitate sine qua nullus est aptus ad prelationeꝫ
spiritualem: multi enim sunt perfectissimi charitate qui ta-
men essent inepti ad curam animarum sicut mulieres ⁊ san-
cti ydiote. ¶ Quantum ad tertium, infringunt solutiones alio
rum datas ad instantias proprias. vnde dicunt contra primaꝫ
conclusionem ꝙ illa ratio non ita concludebat de curatis si-
cut de episcopis: quia ipsi sunt in statu perfectionis non ex ac-
tibus perfectionis tantū: sed ex perpetua obligatione ad hoc
intendere autem saluti animarum aliorum quamuis sit intē
dere saluti proprie hoc tamen non facit statum. ¶ Ad scđm di
cenduꝫ ꝙ vel potest accipi loco status proprie loquendo ꝙ nō
includat obligationem predictam. proprium autem virginita
tis sufficit quidem ad premium sed non ad statum. naꝫ ad pre
mium sufficit integritas perpetuo ex intentione seruata pro-
pter deum. ad statum autem requiritur obligatio perpetua ⁊
solennitas vnde virgo que est in seculo ⁊ proponit perpetuo
virginitatem seruare dato etiam ꝙ voueret non propter hoc
facit statum. sicut virgo velata q̄ solēniter vouet virginitatem:
quia primo potest verum matrimonium contrahere non ob-
stante voto simplici. vnde non est simile de curato ꝙuis propo
nat vel promittat perpetuo manere in cura. Nec etiam cura-
tus est sponsus ecclesie sicut episcopus: qꝛ nec differt a nutu
nec est obligatus ad perpetuo gerenduꝫ ⁊ potest pro libito di
mittere religionem intrando. Et si papa annecteret cure ani-
marum perpetuitatem adhuc non esset status sicut votum cō
tinentie annexum ordini sacro non facit statum: quia non est
essentiale vel si esset status non esset ratione cure sed ratione
obligationis annexe. Nec est verum ꝙ episcopus de licentia
pape resignās fiat secularis ⁊ priuatus. ymo degradatus ⁊ ab
ecclesia precisus semper manet episcopus. curatus autē sine
licentia cuiuscunꝙ omnino potest desinere curam. ¶ Ad ter-
tium dicendum. ꝙ status religionis est melior simpliciter: qꝛ
melius est obligari ad opera perfectionis ꝙ nō obligari. Nec
est diuinius bonum cure ꝙ religionis: quia nullum bonum
diuinius est ꝙ diuinum: religio autem est diuinum non cu-
ra in quātum religio innititur charitati que est ad deum: cura
autem charitati que est ad proximum. ¶ Quod autem dicit
de muliere non est ad propositum: quia curatus non habet ob
ligationem perpetuam ad curam sicut mulier ad virum ⁊ epi
scopus ad ecclesiaꝫ nec sub cura ecclesie sicut impubes sub cu
ra parentum. ¶ Quod dicit decretum monachum sublimari
cum assumitur ad curam verum est quo ad gradum: quia po
test aliquis actiones quas prius non poterat: non quo ad per
fectionem status. Uel loquitur de monachis qui clerici non
erant: sicut patet per aliam auctoritateꝫ. Sic viue vt clericus
⁊c. loquitur enim laycis qui clerici non erant. vnde non dicit
vt curatus fieri merearis: licet ad curam requiratur clerica-
tura. ad monachum autem non quia layci et mulieres profitē
tur. Ideo dicendum ꝙ monachus non ascendit ad altioreꝫ sta
tum cum fit curatus sed ad altiorem gradum: sed non descen-
dit: quia statum suum non dimittit. curatus autem ascendit
cum religionem profitetur: quia de non statu ad statum per-
fectionis ascendit. ¶ Ad quartum dicenduꝫ. ꝙ in statu episco-
porum ⁊ religiosorum includitur perfectio inexistens: nō au
tem in statu curatorum. ¶ Quod dicitur hic ꝙ maior perfe-
ctio principalis interior charitatis requiritur ī religioso quo
libet ꝙ in curato quolibet: videtur esse contra thomam: nec
religiosus ad interiorem charitatem se obligat per votuꝫ. sed
solum ad instrumenta. vnde non est fractor voti si seruat ista
tria vota exteriora cū minima charitate qđ est possibile. Sed
curatus non sufficit cum minima charitate ad digne exequē
dum officium suum. ſm id dyonisij. non est audiendum in ali
quo diuinio dux fieri aliorum ei qui non ſm habitum suuꝫ
est dei formissimus ⁊ similim⁹. Ubique ad hec quolibet ordi-
ne aliquis fit dux aliorum vel potest distingui sicut dixi circa
finem secundi articuli huius opinionis. ¶ Argumentum prin
cipale solutum est.

¶ Questio tertia.

Tertio queritur. vtrum perfectio vite huma-
ne reqrit relinquere tpalia effectū ⁊ affectuꝫ
Et videtur ꝙ sic. Matthei. dicit dominus ha
benti diuitias ⁊ amanti cum seruaret man-
data ꝙ relinqueret eas si perfectus vellet eē
¶ Item quilibet tenetur eas relinquere affe
ctu ergo et effectu: quia si vult vere non ha-
bere eas in potestate sua est statim hoc implere. ¶ Contra. qꝛ
bona temporalia sunt instrumenta virtutum. non ergo sunt
abicienda a perfectis ⁊ virtuosis. ¶ Item status prelatorum
non requirit abiectionem diuitiarum cum hic habundēt di-
uitijs: ⁊ tamen sunt in statu perfecto. ¶ Respondeo circa istaꝫ
questionem. primo recitabuntur dicta quorundam. secundo
ponetur impugnatio aliorum. ¶ Quantum ad primum sic p-
cedunt aliqui premittentes ꝙ perfectio habitualis vite hu-
mane consistit essentialiter in gratia ⁊ virtutibus: perfectio
autem actualis in operibus virtutum. ad operationes autē
virtutuꝫ sunt necessaria omnia. ita ꝙ sine eis non possunt esse
anima ⁊ corpus: ⁊ vita corporalis: ⁊ ea que sunt necessaria
ad presentem vitam corporalem ita ꝙ sine eis vita corpora-
lis non potest conseruari ⁊ hoc de se planum est: quia opera-
tiones potentiarum anime hic requiruntur que quando eli-
ciuntur a potētia perfecta habitu virtuoso est perfectio actua
lis vite humane. ¶ Quedam autē sunt quibus vita humana

conseruari potest ⁊ opera virtutum exerceri. tamen possunt
cooperari ad opera virtutum ⁊ ad felicitatem instrumentali
ter sicut est sanitas corporalis ⁊ pulchritudo ⁊ amici ⁊ tempo
ralium talis vel talis copia supposita facultate habendi ea q̄
nature necessaria sunt ad conseruationē vite: ⁊ ſm ista pōt ho
mo diuersimode se habere ad perfectionem: bene vel ma-
le ⁊ talia possunt ſm ꝙ homo diuersimode vtitur eis iuuare
vel impedire opera perfectionis. ¶ Si ergo queratur. vtrum
ad perfectionem vite humane requiratur relinquere tempo
ralia prout sunt omnino necessaria ad conseruationem vite.
dicendum ꝙ non: ymo pertinet ad conseruationem vite ea sic
non relinquere: quia eadem ratione tenetur homo sic non re-
linquere temporalia qua ratione tenetur conseruare vitam
suam ⁊ non interimere seipsum. Sed omnis status quātuncū
ꝙ perfectus requirit ꝙ homo conseruet vitam suam ⁊ non in
terimat seipsum. Ergo quicunꝙ status quātuncunꝙ perfe-
ctus requirit sic non relinquere temporalia. nisi quo ad affe-
ctum inordinatum. ꝙ scilicet. etiam necessaria vite non velit
procurare per viam inhonestam vt per mendacia vel per ali-
quid tale: ꝙ prius vellet mori ꝙ sic vitam conseruare. Unde
Ephesios. v. nemo carnem suam vnquā odio habuit: sed fo-
uet ⁊ nutrit eam: quia ex amicitia naturali ꝙ tenetur habere
ad se tenetur se conseruare in vita. ¶ Item prime thimoteuꝫ.
vi. habentes alimenta ⁊ quibus tegamur his contenti simus.
Quod exponens Ambrosius vult ꝙ temporalia non sunt abi
cienda quin habeantur vite necessaria: ⁊ quibus tegamur
hinc etiam datuꝫ est hominiius naturale a deo super bona tē
poralia quātum ad sustentationem vite. genesis nono. Timor
vester sit super cuncta animantia terre. Unde etiam in vlti-
ma necessitate omnia sunt communia: ⁊ existens in tali sta-
tu rem quancunꝙ necessariam ad vitam potest assumere.
Sed nimia solicitudo circa ea est abicienda: quia omnimo-
da solicitudo tolli non potest vel de procurādo non habita vel
de disponendo obtenta. ¶ Si autem queratur vtruꝫ relinque
re temporalia preterea que minime sunt necessaria ad vitam
requiratur ad perfectionem. Distinguendum est: quia ad per
fectionem potest aliquid exigi dupliciter. vno mō sine eo per
fectio simpliciter haberi non potest nec ī suo vsu exerceri. alio
modo ꝙ non ita expedite exerceri possunt in suo vsu nec habe
ri. Primo modo perfectio vite humane non requirit abijcere
temporalia nec etiam ea habere nec ꝙtum ad hoc refert inꝙ
ta copia habeantur sed sufficit non habere affectum inordina
tum circa ea. ¶ Et hoc patet per abraam ⁊ dauid qui fuerunt
excellenter diuites: ⁊ tamen valde perfecti: ⁊ hoc ꝙtum ad
abundantiam diuitiarum. Et in lazaro paupere ꝙtum ad in-
opiam diuitiarum. Patet etiā in Jacob qui fuit excellenter
perfectus ⁊ in statu maxime paupertatis ⁊ in statu diuitiarū
magnarum. Unde Augustinus reprehendit eos qui condem
nant eos qui habent abundantiam diuitiarum: cum Abraam
diues Lazarum pauperem in sinu recipiat. Nec obstat contra
pauperes ꝙ temporalia sunt materia aliquarū virtutum. s. li
beralitatis ⁊ misericordie: quia perfectio virtuum non consi-
stit in exteriori materia: sed in ordinato affectu circa illam
⁊ in vsu conuenienti eorum que habentur. ¶ Contra etiam di
uites non obest illud. vende omnia que habes ⁊c. Quia non
intelligitur hoc sic quin cum abundantia temporalium pos-
sit esse excellens perfectio simpliciter ⁊ absolute loquendo.
Sed vel intelligitur ꝙtū ad hoīem qui multuꝫ afficitur ad di
uitias. Sicut etiam ille iuuenis: vel intelligitur ꝙtum ad hoc
ꝙ abiectio diuitiarum communiter loquendo facit magis ex
pedite ad acquirendā ⁊ exercendam perfectionem. Philoso-
phus etiam secundo ethicorum dicit. ꝙ felix ⁊ perfectus vir-
tutibus sicut bonus tetragonus se habet in omni fortuna ad
prospera ⁊ aduersa. ¶ Si autē queratur secundo modo vtrū
abiectio temporalium requiratur ad perfectionem facilius
⁊ expeditius acquirendam: ⁊ exercendam. Adhuc est distin-
guendum: quia primo videndum est de quātitate tempora-
lium que magis est conueniens ad expedite acquirendam. ⁊
exercendam perfectionem. secundo videndum est de modo
habendi. Quantum ad quantitatem: sciendum ꝙ triplex est
gradus. primus ꝙ habeatur magna abundantia temporaliuꝫ
secundus est ꝙ habeatur medio modo: ⁊ in sufficienti copia
secundum statum suum. tertius ꝙ aliquis habeat magnam
penuriam eorum: ⁊ hec habentur a philosopho. iiij. politico-
rum. ¶ Et tunc dicendum est ꝙ medium est qđ reddit homi-
neꝫ magis expeditum: ⁊ est eligendum. extrema autem sunt
fugienda. Et hoc patet triplici ratione. ¶ Prima talis est. ille
gradus est magis eligendus vbi sunt pauciora impedimenta
perfectionis: sed gradus medius est talis ergo ⁊c. Minor p-
batur: quia magna abundantia diuitiarum habet sollicitudi
nem conturbantem: ⁊ admixtum amorem alicienteꝫ ⁊ frequē
ter excellentiam vane glorie. Magna autem penuria quā ha
bent inuoluntarie pauperes: ⁊ quibus est valde incerta pro-
uisio in necessarijs vite habent adiunctas multas anxietates
⁊ multos labores: ⁊ distractiones in prouidendo: ⁊ de tenui vi
ctu. quibus impediuntur ab operibus perfectarum virtutuꝫ
medius autem status non habet talia impedimenta.
¶ Secunda ratio talis est: ille gradus est melior in quo facili⁹
est bene se habere. Sed hoc est gradus medius: quia qui scit
bene se habere est in abundantia magna ⁊ penuria magna ēt
scit bene se habere in medio. Sed non econuerso vt patet per
philosophum. iiij. politicorum. vbi dicit ꝙ illi qui sunt in ma-
gna penuria. ⁊ abundantia sunt male obedientes rationi: me
diocres autem faciliter. ¶ Tertia ratio talis est. illud ꝙ ſm cō
munem fragilitatem hominum est occasio mali est fugienduꝫ
⁊ eius oppositum eligendum. sed magna abundantia: ⁊ ma-
gna egestas sunt occasio mali cōmuniter. non sic autē medio
critas ergo ⁊c. Minor probatur a philosopho. iiij. politicoruꝫ
vbi dicit ꝙ valde abundantes sunt nequām in magnis ⁊ fiūt iniu
sti per aptam iniuriā inopes sunt valde nequā in paruis ⁊ fiūt
iniusti per astutiam: mediocres autem bene se habent. Et
puer. xxx. Mendicitatem ⁊ diuitias ne dederis mihi: sed tan
tum tribue victui meo necessaria ne forte saciatus allicier ad
negandum. ⁊ dicam quis est dominus: ⁊ egestate compulsus
furer ⁊ periurem nomen dei mei. Et ecclesia. xxi. Propter in-
opiam multi deliquerunt: ⁊ qui querit locupletari auertit
obiectum suum. s. a timore dei. Et sic patet ꝙ ad perfectioneꝫ
vite est tenenda mediocritas in temporalibus ⁊ extrema fu-
gienda. ¶ Si autem queratur de duobus extremis quid sit
magis eligendum. Utrum magna abundantia vel magna ege
stas: dicendum ꝙ licet diuersi propter diuersam dispositionē
diuersimode se habeant ad ista. ⁊ quidam sciant se melius ha
bere in magnis prosperitatibus ꝙ in aduersis: quidam econ
uerso. In generali tamen stando ꝙtum est de se semper illud
est magis eligendum qđ de se importat aliqđ bonum ⁊ nullū
malum nisi per accidens ꝙ id qđ importat priuationem ⁊ nul
lum bonum nisi per accidens ⁊ ex bonitate vtentis. Et ideo p-
fecto viro ⁊ bene disposito est magis eligenda ⁊ appetēda abū
dantia ꝙ egestas. ¶ Et potest sic formari ratio. Illud quod est
de se bonum: ⁊ ex quo non prouenit nisi propter malum vten
tis est magis eligendum bene disposito in quo non est malitia
indebiti vsus ꝙ id qđ de se dicit priuationem ⁊ malum: nec ha
bet bonitatem de se: sed tantum ex bonitate vtentis qui ma-
lo potest bene vti: sed abundantia diuitiarum est de se bonuꝫ
nec importat malum nisi propter malitiam vtentis: egestas
autem de se importat priuationem ⁊ malum: bonum autem
non importat nisi propter bonitatem vtentis ergo ⁊c. Huic cō
cordat philosophus septimo. vel. i. ethicorū qui vult ꝙ infor
tunium facit hominem beatiorem: ⁊ vsus bonorum tempora
lium conueniens est felici. sed infortunium generatum ⁊ pre-
angustatum in quibus tamen bonum virtutis relucet inquā
tum talia quis suffert propter firmitatem rationis ⁊ virtutis
Et. iiij. politicorum dicit ꝙ studiosus vir ⁊ paupertate ⁊ agri-
tudine bene vtetur ſm qđ bonum est in contrarijs: quia bono
viro bona sunt que sunt simpliciter bona. ¶ Sed contra hoc
potest obijci sic: quia sicut egestas magna est simpliciter fugiē
da ita magna abundantia est simpliciter appetenda: quia si
oppositum in opposito: ⁊ propositum in proposito. ¶ Et diceu

dum ꝙ sicut arguitur ꝙ bene sequitur ꝙ scd'm se penuria est
simpliciter fugienda et abundantia appetenda: tamen per acci
dens penuria potest esse bona inquantum patienter tolerata
corrigit peccata malorum et exercet virtutem patientie in bo
nis non ꝙ assumatur voluntarie: sed cum occurrit patienter
sustineatur. Unde boetius. iiij. de consolatione dicit fortuna
prospera siue aduersa bona est. i. est utilis bonis dum eos exer
cet contra aduersa bellantes et est etiam bona et utilis malis
dum eos corrigit et a vitijs declinare facit: fortuna autem pro
spera de se est appetenda. Unde dicitur ꝙ fortuna de se bona et
iusta est inquantum est remuneratio bonorum. Unde premit
tit supra ꝙ nullus sapientum exul inops ignominiosus esse
maluit potius ꝙ pollens opibus honore reuerendus potentia
validus etc. Sed per accidens magna prosperitas potest esse mala
vel alliciendo ad inordinatum affectum et perfectos scd'm com
munem perfectionem presentis vite propter distractionem
mentis circa ea. Stat ergo solutio in hoc ꝙ magna abundan
tia est secundum se appetenda et penuria fugienda. Sed per accidens
propter predictas causas magna abundantia est fugienda et
secundum cursum presentem pensatis omnibus mediocritas melior
est magna abundantia. ¶ Sunt autem duo circa predicta no
tanda. ¶ Primum ꝙ mediocritas voluntarie assumpta qua alij
querunt humiliter necessaria vite mendicando: et de quibus
presumitur ꝙ habeant facultatem habendi necessaria vite si
ne magno impedimento exercitij virtuosi non est reprobanda
nec iudicatur esse fugienda. Sed illa que inuoluntarie incur
ritur que non habet aliquam certam prouisionem necessario
rum vite et que multum trahit et impedit opera perfecta virtu
tum sicut est in vulgariter mendicantibus. ¶ Secundum est ꝙ
mediocritas que est appetenda non est equalis apud omnes.
sed alia apud contemplatiuos et solitarios alia apud actiuos
ciuiliter viuentes et utrobique etiam habet quandam latitudi
nem. Quis autem modus habendi sit perfectior ad exercitium
perfectionis. dicendum ꝙ duplex est modus habendi tempo
ralia. Unus quo quis habet ea in proposito et quantum ad do
minium et quantum ad usum liberum quo pro voluntate sua ho
mo utitur. Alius est modus habendi in communi. Et tunc dicen
dum ꝙ secundus habendi magis requiritur ad perfectionem
et hoc patet duplici ratione. ¶ Prima talis est. modus habendi
qui minus habet affectum ad temporalia reddit hominem ma
gis expeditum ad perfectionem et ad perfectum amorem dei:
et hoc patet per augustinum. lxxxiij. q. q. xxxvi. ubi dicit ꝙ nutri
mentum charitatis est diminutio cupiditatis. Sed modus ha
bendi in communi minus trahit affectum ad temporalia ꝙ mo
dus habendi in proprio: quia amor ad seipsum et ad illud quod ho
mo per seipsum et propria potestate habet est nimis: et magis
afficitur homo ad proprias diuitias ꝙ ad non proprias. ij. po
liticorum. ¶ Secunda ratio talis est quod est magis nutritiuum
charitatis dei et proximi magis facit ad perfectionem. sed mo
dus habendi temporalia in communi est huiusmodi respectu
modi habendi ea in proprio: quia perfecta charitas non querit
que sua sunt. Unde et in actibus dicitur ꝙ multitudinis creden
tium erat cor unum et anima una: quia erant illis omnia com
munia. hoc enim multum nutrit amorem hominum ad inuicem
et ad deum: querere autem que sua sunt diminuit charitatem
ergo etc. Et iste est modus habendi quo habentur bona eccle
sie a clericis et religiosis: quia in eis simpliciter nullus habet
dominium: quia nec vendere nec alienare potest. Sed sunt bona
ecclesie simpliciter non solum vniuersalis: sed et specialis siue
collegiate ubi multi viuunt simul: siue etiam ecclesie in qua
vnus viuit ut sunt ecclesie parrochiales. Iste etiam est modus
habendi qui pertinet ad perfectionem euangelicam et videtur
pertinere ad ius naturale. Unde etiam clemens in epistola ad
sanctos hierosolimitanos et ad Jacobum episcopum dicit. com
munis enim usus eorum omnium que sunt in hoc mundo om
nibus esse debent: sed per iniquitatem alius dicit hoc suum esse
alius illud et sic inter mortales facta est diuisio. Istius autem
consuetudinis more retento etiam apostoli eorumque discipu
li vna nobiscum et vobiscum communem vitam duxerunt.

¶ Ulterius sciendum ꝙ duo sunt modi habendi dicta bona in
communi. ¶ Primus modus est quod habentur ex debito iuris et
sic habentur ab illis qui sunt principaliter deputati ministerio
vel officio publico ecclesie. ¶ Secundus modus est quod habentur ex
gratia et liberalitate offerentium sicut monachi et simplices
clerici. Et tunc dicendum ꝙ primus modus habendi simpliciter
est perfectior ꝙ secundus. Et hoc probatur: quia quanto aliquis est sibi
magis sufficiens de suo minus indigens de alieno: tanto est per
fectior. Sed secundum primum modum accipiens predicta
bona ab alijs accipit suum et sibi debitum nec accipit id quod est
alterius ex eius liberalitate: et per consequens est magis si
bi sufficiens de suo: et minus indigens de alieno ꝙ illi qui ta
lia accipiunt non sicut sibi debita: sed ex liberalitate aliorum
ergo primus est perfectior ꝙ secundus. Et confirmatur: quia
in accipiendo id quod est debitum de iure non est perfectius da
re ꝙ recipere: quia nec proprie est id dare: sed reddere. In li
beralitate autem dono beatius est dare magis ꝙ accipere. Quod au
tem illi qui sunt ministri ordinarij ecclesie in accipiendo neces
saria vite presentia decimas primitias accipiant ut sibi debi
te debitum patet per Augustinum super illud psalmiste. pro
ducens fenum iumentis: dominus instituit ut qui euange
lium annunciant de euangelio viuant. Modus autem haben
di temporalia in communi ex liberalitate aliorum est triplex
Primus est quo habentur talia bona immobilia: et quantum ad bo
na in quibus habitant. s. loca domus et huiusmodi: et quantum
ad bona de quibus viuant ut pote redditus et possessiones: et
etiam mobilia: et quo ad dominium: et quo ad usum non solum
presentem: sed etiam ad reseruandum in posterum. ¶ Secun
dus modus habendi est habere bona immobilia quo ad loca
in quibus cohabitant non tamen quo ad redditus de quibus
viuant et bona mobilia non tantum ad usum presentem necessa
ria: sed etiam in posterum reseruanda et quo ad usum et quo ad
dominium. ¶ Tertius modus est habere dicta bona immobi
lia. s. loca et etiam alia bona mobilia non quantum ad proprie
tatem vel dominium: sed bene quantum ad simplicem usum
perfectum supposito ꝙ aliquis possit habere usum alicuius rei
cuius usus est consumptio ut patet de pane et vino absque hoc ꝙ
habeat dominium illius vel ius utendi illa quod mirabile videtur
quia si labore manuum aliquid acquireret ipse haberet ius in
precio laboris ipsius. et soluens precium non posset sibi domi
nium in precio laboris retinere sine iniusticia: unde videtur ꝙ
viuentes pane acquisito iusto labore haberet ius et dominium in il
lo. ¶ Comparando ergo primum istorum modorum ad secundum quo
ad aliquid per accidens tamen videtur secundus magis face
re ad perfectionem: quia inquantum talibus non est sufficien
ter prouisum de necessarijs vite: sed indigent ea acquirere
per mendicitatem nec eis de his prouidetur nisi inquantum
habetur bona opinio de bona vita eorum: et quia iusta bona cir
ca salutem aliorum faciunt compelluntur magis ꝙ alij ad ope
ra bona vite: et ad spiritualia promouenda licet non faciant ta
lia principaliter propter dicta necessaria vite. Cuius signum est
quia illi quibus prouisum est in his sufficienter minus circa
talia bona spiritualia insistunt. Quis plures eorum laudabili
ter viuant. Et de talibus mendicantibus qui sic ad bonum com
pelluntur potest dici felix necessitas que nos ad meliora com
pellit. ¶ Utrum tamen omnibus pensatis iste modus secun
dus magis liberet mentem hominis a malis que proueniunt
ex temporalibus ꝙ primus: et per consequens magis faciat ad
perfectionem est difficile diffinire: tamen prima facie absolu
te loquendo videtur ꝙ secundus modus sit simpliciter minus
perfectus et minus ad perfectionem faciens ꝙ primus. Et hoc
patet triplici ratione accepta ex parte mendicantium et. iiij. ex
parte eorum ex quibus mendicant. ¶ Prima talis est modus
viuendi quo quis minus indiget alieno est magis perfectus
sed primus est huiusmodi respectu secundi: quia ille qui ha
bet certam prouisionem perpetuo minus indiget alieno ꝙ qui
habet necessitatem frequenter mendicandi. ¶ Secunda talis
est: ille modus est magis perfectus qui reddit hominem circa
temporalia minus solicitum: sed talis est primus respectu se

cundi ergo etc. Minor probatur. primo quia licet circa predi
cta necessaria sit homo magis affectus quando habentur ꝙ
quando non habentur: tamen circa necessitatem vite est ma
gis anxius quo modo non habita habeat ꝙ quo modo habi
tis utatur: quia non habens habet anxietatem desiderij: ha
bens autem habet complacentiam quieti et maxime quando
habet ea in communi ergo etc. ¶ Secundo quia habens redditus
perpetuos est quasi mulier nupta que vni soli querit placere
et habet quod cupit. sed non habens est quasi virgo nuptura que
querit multis placere: et propter hoc est magis solicitus ꝙ il
le cui est prouisum. ¶ Tertio: talis est modus cui magis nata
sunt misceri vicia est minus perfectus: sed talis est secundus
respectu primi ergo etc. Probatio minoris: quia mendicitati na
ta est misceri adulatio: et taciturnitas veritatis dicende. Unde
et apostolus nolebat accipere sumptus ab illis quibus predica
bat ne per hoc minueretur libertas arguendi ut patet in glo
sa secunda thessalonicenses tertio. Non accepimus. s. necessa
ria ab illis non quasi non habuerimus potestatem et super illud prover.
xxv. et hoc secundum aliam litteram raro inferas pedem ad amicum
tuum ne saciatus tui odiret te dicit glosa. qui enim frequen
ter ad aliam mensam comedit ocio deditus adulari necesse est
pascenti se. ¶ Quarto: ratio talis est illud ex quo contingit ali
quem dare suum vel inuoluntaria vel minus voluntaria est mi
nus perfectum: quia magis accidit ad iniustum quo simplici
ter accipitur inuoluntarie alienum: sed talis est secundus mo
dus respectu primi: ergo etc. Probatio minoris: quia quando
aliqui alicuius auctoritatis vel potentie petunt datur eis fre
quenter vel propter timorem vel propter damnum vel propter
confusionem vel propter imperpetuitatem: et non propter cha
ritatem ad subueniendum necessitati eorum: et per conse
quens dans amittit meritum. quia quodam modo inuo
luntarie dat. Ex his in parte patet quid dicendum esset de
tertio modo licet alia multa essent dicenda circa ipsum que ali
bi tractantur. Est autem preter predictos alius modus viuen
di quo predicans euangelium quotidianum victum sibi proprio
labore acquirit sicut fecit paulus non accipiens stipendium
licet sibi deberetur et talis modus supposito ꝙ non multum
impediat opera perfecta spiritualia est inter alios perfectissi
mus: quia talis videtur sibi sufficiens maxime et plus impen
dere de suo cum dimittat stipendia sibi debita. Tamen christus vi
uens perfectius egit de loculis ꝙ paulus viuens de labore
suo: quia misericordius in hoc egit ne videns paulum ista non
quesiturum damnaret imperfectos ista quesituros: per locu
los autem non tantum intelliguntur bona ab alijs recepta: et
reseruata sed generaliter necessaria vite ab alijs recepta: et sic
etiam dicitur vixisse de loculis inquantum accipiebat neces
saria vite a mulieribus que ministrabant ei. ¶ Ad argumen
tum Matthei. xix. dicendum quod non est necessarium ab
soluta necessitate relinquere temporalia vel in proprio vel in
communi. nisi quantum ad effectum inordinatum. dictum autem
illud intelligitur vel pro eo qui non est bene dispositus ad di
uitias. sicut forte erat ille iuuenis: vel intelligitur ꝙ quantum
ad expeditius habendam et exercendam perfectionem requi
ritur abiectio temporalium quo ad dominium in proprio non
in communi. licet essentialiter perfectio non sit ipsa abiectio: sed di
spositio tantum ad eam: ipsa autem perfectio essentialiter con
sistit in sequela christi: unde subditur veni et sequere me. ¶ Et per
hoc patet ad aliud: quia ad perfectionem requiritur ꝙ relin
quantur temporalia affectu et effectu quantum ad inordinatio
nem que potest esse circa ea et dominium eorum relinquere in
proprio affectu: et effectu ad expeditius habendam et exercen
dam perfectionem nec plus requiritur. ¶ Ad illud in oppositum
dicendum quod secundum ꝙ sunt instrumenta promouentia ad per
fectionem secundum quantitatem et modum quo promouent
et reddunt hominem expeditiorem ad perfectionem non sunt
abijcienda nec affectum nec effectum sunt tamen abijcienda.
secundum modum et quantitatem quibus nata sunt impe
dire et quis sit ille modus et quantitas dictum est. ¶ Ad aliud
dicendum ꝙ status prelatorum est status eorum qui debent

habere maximam perfectionem. et ideo abundantia tempora
lium eis non est periculosa sicut alijs: precipue quia propter
necessitates aliorum status eorum requirit talem abundan
tiam et sic distractio qua distrahuntur a vita contemplatiua re
compensatur propter utilitatem communem reipublice. et ideo
ad perfectionem eorum sufficit ꝙ in preparatione animi reli
quant temporalia. s. si opus fuerit nam magis perfectum es
set in eis si essent contenti bonis ecclesie communibus circa
quorum occupationem recompensatur diminutio contem
plationis eorum propter communem utilitatem ꝙ cum hoc
habeant bona patrimonialia: licet illa possint habere cum es
sentiali perfectione. ¶ Dicendum ergo ad formam argumenti
ꝙ status prelatorum est simpliciter perfectus: quia requirit
hominem maxime perfectum et distractio eorum circa abun
dantiam temporalium recompensatur propter communem
utilitatem propter ꝙ in statu episcoporum talis abundantia
non facit imperfectionem propter recompensationem. Et ta
men licet appetendum sit esse dignum statu prelatorum non ta
men simpliciter status est appetendus: sed in necessitate pro
utilitate communi que recompensat est recipiendus imperfe
ctis autem talis abundantia esset periculosa. Unde boetius. iiij.
de consola. plus hominibus prodesse reor aduersam ꝙ prosperam fortunam
quia prospera decipit non facit prospera felicitate incautos. aduersa au
tem instruit et eos prouidos reddit et efficit prudentes. ¶ Quan
tum ad secundum de impugnatione predictorum sic procedunt
aliqui inuestigando. Utrum perfectio vite humane requirat
temporalia relinquere dicentes ꝙ carere temporalibus diui
tijs non pertinet ad perfectionem ymo ꝙ tum est de se ad imper
fectionem. si in se et absolute talis carentia consideretur: quia
in priuatione non consistit perfectio per se: sed in aliquo po
sitiuo: quia in eo quo participatur summe perfectum. i. deus
qui participatur per aliquod positiuum a cuius participatio
ne receditur per priuationem. ¶ Preterea carere potentia
malorum malum est: quia malorum sunt potentie bone que: sed
habere diuitias est ad bonum: et ad malum usum: ergo bonum
est de se habere diuitias: malum autem carere sicut et carere
intellectu qui intelligit verum et falsum et voluntate que fertur
in bonum per se: in malum autem per accidens. Sed tamen care
re diuitijs in casu: et per accidens potest esse bonum sicut ca
rere membro absolute malum est: aliquando autem amputa
re membrum bonum est ut quia putridum est. ¶ Ulterius sciendum
ꝙ non est questio de carentia diuitiarum: sed de relinquentia
que multum differunt. in carentia enim diuitiarum nulla perfe
ctio est propter predicta. Et adhuc alia ratione: quia perfectio
consistit in actu eius qui dicitur perfectus. i. et. x. ethicorum.
Unde non est felicitas in honoribus: quia honor non est in ho
norato. Derelictio autem actum importat derelinquentis. s.
abiectio affectus et effectus. Unde multi carent temporali
bus qui nec affectu et effectu ea reliquerunt et in hoc non est
perfectio. Et sic concludunt fere omnia dicta prime opinionis:
sed in derelictione que actum importat potest esse perfectio.
Nec rationes prime oppositionis sunt contra hoc. Et de hac de
relictione est questio non de carentia. Unde ipse non prose
quitur questionem suam. ¶ Ulterius notandum ꝙ alia est per
fectio vite que consistit essentialiter in charitate dei et proximi
ut ipse bene dicit. Alia est perfectio status que consistit in per
petua obligatione ad consilia et ad opera perfectionis. Unde
paupercula vidua que misit duo minuta erat in maiori perfe
ctione vite ꝙ principes sacerdotum. sed illi in maiori perfe
ctione status. ¶ Dicendum ergo ꝙ relinquere temporalia per
se quidam pertinet ad perfectionem status: sed per accidens
et ex consequenti ad perfectionem vite. ¶ Primo quia omnis
actus ordinatus ad deum qui de natura sua malus non est ex
cellens communem statum aliorum pertinet ad perfectionem
status: hec enim requiruntur ad actum: et perfectum: quoniam
non solum debet esse de genere bonorum: sed etiam de gene
re malorum de quibus sunt consilia: sed relinquere tempora
lia est huiusmodi. non enim est actus malus de se: alias non
caderet sub consilio nec electione christi: et fit propter deum non

sicut philosophi ppter scientiā: sȝ vt liberius vite cōtēplatiue
que est ad deum vacetur ⁊ excedit cōmunem statū: quia per-
tinet ad consilium non ad pceptū. naȝ iuuenis implens prece
pta nondum relinquerat ea. vnde ei consulitur non q̄d non di
ligat: sed ꝙ nō possideat: quia relinquere affectum preceptuȝ
est: effectum vero consilium. ¶ Ad primum dicēdum ꝙ relin-
quere ex toto temporalia ita vt nec victus nec vestit⁹ retinea-
tur dum tamen homo se ponat in tali statu ꝙ verisimile sit ꝙ
non deficiet propter dei prouidentiam: non solum non est im
perfectionis sed perfectionis. hoc enim fecerunt apostoli qui-
bus dictum est. nolite soliciti eē ⁊c. Et considerate volatilia
celi ⁊c. sic faciunt religiosi mendicantes sicut et xp̄s viuebat
de loculis in quibus nil ponebat de labore vel de artificio sed
de elemosinis spōte oblatis a mulieribus ⁊ alijs: aut etiā mē
dicatis. ps. Ego autem sum mendicus ⁊ pauper. Deut. v. amat
peregrinum ⁊ dat ei victum ⁊ vestitum. Ubi autem immine-
ret necessitas etiam religiosi tenerentur manibus laborare.
¶ Quando ergo dicit ꝙ homo tenetur sic procurare vite neces
saria sicut ⁊ seruare vitam verum est. voluntarie autem pau-
peres procurant, per se vel per alios mendicando vel recipiē-
do non in honeste: quia gloria magna est sequi dominum. apo
stoli enim sic eum sequebantur per mundum edentes ⁊ bibē
tes que apud auditores erant nisi Paulus alicubi parcēs in-
firmis. Non enim apostoli que communia fuerūt hierusalem
deferebāt p totum mundum: ymo econuerso collectam fecit
paulus in mundo pro sanctis de hierusalē sicut fratres exeūt
pro questis. sed ⁊ apostoli sororem mulierem circunducebāt
ministrantē eis. i. Corinth. ix. Sic ergo tēporalia relinquere
omnem solicitudinem suam in deum ponendo non est carnē
odire nec econtra amicitiam naturalem ⁊ omnia huiusmodi:
quia nullus taliū adhuc visus est propter hoc mori fame. Nō
enim affliget dominus fame animā iusti. Sed quandoꝙ etiā
miraculose prouidet in signum quod approbat incertitudi-
nem prouidētie ipsorum propter spe in dominum certitudi-
nem. Nam ⁊ Hieronimus ⁊ martinus ⁊ multi sanctorum here
mitarum radicibus herbarum odientes sic animam suam in
hoc mundo q̄d attribuitur perfectioni. ¶ Quod dicit in secun
do membro ꝙ nec possessio nec abiectio diuitiarū sint de ne-
cessitate perfectionis. verum est loquēdo de perfectione vite.
Sed loquendo de perfectione status aliqua abiectio diuitia-
ruȝ in proprio est necessaria ⁊ essentialis. Nec obstat de abraā
q2 ille habuit pfectionem vite non status vel si status habuit
vt prelatus ⁊ vt prelatus veteris testamēti non noui. deus eñi
voluit fere omnes patres veteris testamenti esse diuites: vt
carnales iudei quibus lex temporalia pmittebat libentius
seruirent deo legem tenentes cum viderēt dei cultores ⁊ le-
gis obseruatores diuitijs abūdare. Sed fere omnes patres
noui testamenti voluit pauperes esse: q2 lex amoris docet tē-
poralia cōtēnere ⁊ spiritualia amare. ¶ De tertio mēbro dicē-
dum ꝙ tertius modus viuendi qui habet penuriam vict⁹ dū
tamē pbabiliter credatur ꝙ victualia nō deficiāt qualis ē mo
dus viuēdi quē xp̄s consuluit. i. volūtaria paupertas: q2 se se
quentibus turbis panes ⁊ pisciculos distribuit in deserto: est
magis eligēdus ꝙ secūdus qui nullam asperitatem vict⁹ pa
titur. ¶ Primo quidem quia magis est conformis christo q2
esurijt ⁊ sitiuit ⁊ apostolis qui vellebant esurientes ⁊ māduca
bant spicas. Quod autem meliores ⁊ sapiētiores eligunt hoc
simpliciter est melius ⁊ magis eligēdum. Christus autem sm
Bernardum elegit ꝙ carni molestius ⁊ asperius. ¶ Secundo
si propter futuram vitam non expedit penuria temporalium
pari ratione: nec ieiunare nec vigilare nec animam suā in hoc
mundo odire ꝙ saduceorum est non expectantium aliam vi-
tam. ¶ Ad id q̄d dicit ꝙ multas habet anxietates annexas: ve
rum est cordis ⁊ corporis in inuolūtarie pauperibus: non au
tem cordis sed soluȝ corporis in alijs sed in martyrio q̄d ē ma
gne perfectionis: ⁊ in actu fortitudinis et patientie est semp
anxietas corporalis ⁊ cum patientia opus perfectum habet
quia intus est complacentia vel delectatio cordis Sicut arse
nius quōdam senator gratias egit deo: quia ad hanc pauper-
tatem venerat sponte vt elemosinam pro nomine eius acce-
pisset: sic sancti quibus dignus non erat mundus angustiati
afflicti ⁊c. Hebreo. xi. bernardus multi vident punctiones no
stras qui non vident vnctiones. ¶ Dato etiam ꝙ essent anxie-
tates mentis tamen assumere hoc propter deum ⁊ dei consi-
lium est maxime perfectionis sicut assumere alia opera diffi
cilia propter ipsum: ⁊ licet distractio mentis ꝙ patiuntur vo-
luntarie diuites de se impediat actum charitatis nec merea-
tur eius augmētum: quia non est propter deum assumpta: ta
men distractio si quā habent voluntarie pauperes in quātum
propter deum est assumpta meretur augmentum charitatis
et habent actum virtutis patientie et humilitatis annexum
et charitatis: quia ibant apostoli gaudentes ⁊ cetera.
¶ Ad secundam rationem dicendum ꝙ procedit de inuolūta-
rie pauperibus: nō de alijs quos communiter videm⁹ magis
obedire ꝙ alios de alijs duobus statibus. ¶ Ad tertium di-
cendum ꝙ loquitur similiter de mēdicitate inuoluntaria. vel
dicendum ꝙ loquitur sm tempora antiqua quando nondum
erat consilium promulgatum de paupertate sicut nec de vir-
ginitate: quia christus debuit esse principium istorum. ¶ Pre
terea nec Salomon semper omnia precepta impleuit: quare
nec cōsilia: vel loquitur sicut rex cuius egestas noceret reipu
blice. ¶ Quarto dicit ꝙ viro bene disposito magis eligēda est
abundantia: verum est propter se: ꝙuis etiam dimittere non
queratur propter se sed nullus est qui egestatem propter se
appetat: sed propter deum: ⁊ vt christiani vel amore virtutis
⁊ scientie vt philosophi: ⁊ sic magis eligenda est egestas: alias
christus nō fuisset bene dispositus qui egenus factus est ⁊ fin
git ne fieret rex. Unde mirum est satis ꝙ ita patenter arguit
vitam christi. Et quod dicit ꝙ penuria non est bona nisi per ac
cidens ex bonitate vtentis. dicendum ꝙ verum est nec simili
ter diuitie queruntur propter se sed propter aliud. Et quia fi
nis propter quem queritur penuria est deus qui est melior
ꝙ finis propter quem queruntur diuitie: ideo penuria ē me-
lior. peior est etiam abundantia ꝙ penuria propter deū sum-
pta: quia solicitudo diuitiarum mentem lacerat sicut spine.
Philosophus autem loquitur de penuria inuoluntaria que
non decet felicem. ¶ Quod dicit ꝙ non est voluntarie assumē-
da sed si occurrerit toleranda est contra electionem christi et
sanctorum. ¶ Quod boetius dicit loquitur de fortuna sm opi
nionem mundanorum. beatū dixerunt populum cui hec sunt
Ex cōtrario aūt sensu diuitie nō sint appetende. sed si affluant
bene disponende. si enim prosperitas esset appetenda nō ora
ret: apostoli enim elegerunt inopiam contumeliam ⁊ huius-
modi ppter xp̄m: sed verum est ꝙ nullus sapiens hoc eligit p
pter se. ¶ Quod dicit vltra ꝙ clerici curati et canonici habent
de iure suū cōmune: sed monachi habent ex liberalitate offe-
rentium: verum est quātum ad decimas ⁊ primitias. sed sicut
monachis sponte sunt dati redditus qui post dationem eis
de iure debentur. ita multi redditus sponte clericis sunt dati
ab initio de quib⁹ viuūt nūc. Et fere de his oēs pbēde ⁊ digni-
tates sunt. Itē nō ita viuūt de cōi canonici sicut monachi: quia
licet dominiū rerum ecclesiasticarū sit cōe tū administratio
est diuisa per singulos constitutos quasi procuratores in rem
suam et fructus collecta quolibet fiunt eius proprij quo ad
dominium ⁊ distributiones recepte: non sic autem monachi
quia nec panis quo vtitur fit eius quo ad dominium cum non
sit capax dominij sicut nec seruus. Canonici autē eius de quo
viuūt prius fiūt domini ꝙ illud in victu consumant. Unde im
mediate viuunt de proprio non de communi: ⁊ sic victus mo-
nachalis est perfectior ꝙ clericalis ⁊ magis in cōmuni. ¶ Nec
obstat beatius est magis dare ꝙ accipere: quia simplices ca-
nonici ita viuunt de acceptis gratis vt dictum est sicut mona-
chi. ¶ Preterea plus dederunt qui omnia reliquerunt: ⁊ spi-
ritualia seminant recipientes parua tēporalia ꝙ q̄ sua pedetē
tiȝ distribuūt ⁊ recipiūt magna anniuersaria ⁊ legata annua.
¶ Quod aūt dicit mirabile ppietatem separari ab vsu in his
quorum vsus est cōsumptio rei periculose dicit contra eccle-
siam talem statum confirmātem ⁊ ex ignorātia iuris. nā ser-

ui patrisfamilias vt dictum est: et liberi ad conuiuium inuita
ti habent vsum cibariorum eius sine dominio: vnde nō possunt
alienare ¶ Modus autem qui habet proprietatem in com-
muni quoad mobilia et loca est perfectior: quia xp̄o firmior
et apostolis qui loculos habebant ⁊ cenaculum vbi mane-
bant. ¶ Ad illud q̄d totiens replicat dicens ꝙ modus magis
sibi sufficiens vt felicitas et minus indigens de alieno est per
fectior: verum est in quātum huiusmodi. vnde qui magis sibi
sufficit in temporalibus est perfecti⁹ diues: ⁊ qui magis sibi
in spiritualibus est perfectius virtuosus: non autem qui ma
gis sufficit in temporalibus est perfectior in spiritualibus:
sic enim xp̄s fuisset valde imperfectus virtutibus. ¶ Ad aliud
de anxietate et labore dicendum ꝙ cum virtus sit de bono ⁊
de difficili quāto aliquis plures difficultates sustinet ppter
xp̄m tanto est magis virtuosus: vnde humilitas ⁊ labor queȝ
habent in querendo victum ⁊ confusio est maximi meriti.
¶ Ad aliud de nupta dōm ꝙ querūt oībus placere ad edifica
tionem. paulus per omnia omnibus placebat. nulli autem p
adulationem ad questum: quia sic xp̄i serui non essent et qui
omnia relinquūt vt xp̄o placeant non est probabile ꝙ rursum
ppter modica querant placere mundo et displicere deo.
¶ Ad aliud de taciturnitate patet falsum ad oculum: quia nul
li magis audacter impugnāt vitia oīm publice et priuatim ꝙ
religiosi mendicātes. Et si quidem hoc non faciunt non ppter
hoc est totus status dānandus sicut status episcoporum per
fectus est ꝙuis habeat aliquos imperfectos ¶ Quod dicit
de apostolo dicendū ꝙ licet a quibusdam non acciperet sum-
ptus tamen a pluribus accipiebat sicut ipse dicit alias donis
exspoliaui. ¶ Quod dicit de glosa super iob loquitur de instru
ctionibus non predicatoribus quibus dictum est edentes ⁊c.
nec est perfectius laborare manibus ꝙ mendicādo studere ⁊
predicare ⁊ operari cibum qui non perit vt dicit Hieronymus
in prologo super iob. Paulus autem manibus laborabat: nō
q2 pfecti⁹ sȝ ne scādalizaret. Nec simile de illo q̄ habebat scien
tiā infusaȝ ⁊ poterat sine studio predicare et docere. ¶ Qd di-
cit ꝙ distractionem prelatorum in temporalibus recompen-
sat vtilitas publica. dicendum ꝙ distractionem minorem pa-
tiuntur pauperes religiosi su querendo necessaria circa que
pauci eorum paucis temporibus occupantur: et hanc potest
recōpēsare et humilitas confusionis ppter xp̄m in hoc assum
pta et fructus predicationis ⁊ animarum ꝙ melius procurāt
in paupertate cum sermones diuitum parum edificent. ¶ Au
ctoritatem autē boecij quā vltimo ponit per hoc destruit q̄c-
quid superius posuit: nam sicut Salomon in ecclesiaste q̄dam
dicit in persona stultorum: quedam autem in persona san-
ctorum. sic etiam boetius facit in libro de consolatione. Unde
prima auctoritas que prefert bonam fortunam est sm sapien
tiam huius mūdi. Secunda autem contraria est sm sapientiā
sanctorum. Ex predictis patet solutio ad contraria.

¶ Questio quarta.

Quarto queritur. vtrum priuatio pura ponat
in statu perfectionis. Et videtur ꝙ nō: q2 pfe-
ctio dicit aliquid positiuum. sed priuatio nihil
ponit: ergo ⁊c. ¶ Contra paupertas euangelica
ponit in statu perfectionis cum xp̄s in euange
lio maximam perfectionem docuit. sed pauper
tas euangelica dicit purā priuationem que di-
cit totalem desertionem temporalium rerum. Mat. ix. si vis
perfectus esse ⁊c. ¶ Respondeo hic sunt due opiniones. Pri-
ma dicentium ꝙ ad perfectionem pura priuatio nil facit p se
facit tamen aliqua priuatio per accidens q2 illud solum facit
ad perfectionem per se ꝙ per se facit ad virtutem contempla
tiuam vel moralem: et q̄d facit ad exercendum prompte et p-
fecte actus earum. sed hoc non facit pura priuatio. ergo ⁊c.
Probatio minoris. quia illud per se facit ad virtutes et earuȝ
actus perfecte exercendum ꝙ facit ad hoc q̄d potentie anime
in quibus sunt virtutes conuenienter eliciant actus suos vir-
tuosos: hoc autem non est pura priuatio. Et hoc quidem patet
quātum ad id q̄d est ex parte anime. nam ex parte anime req-
runtur potentie in quibus sunt virtutes ⁊ act⁹ earum: ex pte
etiam corporis hoc idem patet. Naȝ ex parte corporis facere
per se ad opera virtutum bona dispositio corporis ⁊ organa q̄
deseruiunt instrumentaliter potentijs in quibus exercet op⁹
virtutis ad q̄d facit bona dispositio corporis in sanitate et in
alijs que omnia sunt positiua. ¶ Hoc etiam patet ex parte re-
rum exteriorum que veniunt in vsum vite presentis de quib⁹
principaliter intelligitur questio presens. ¶ Ad cuius euiden
tiam sciendum ꝙ rerum temporalium triplex pōt esse priua-
tio. Una omnimoda carentia istoꝝ ⁊ in cōi et in priuato ꝙtū
ad proprietatem et quātum ad vsum: ⁊ talis carentia statim
inferret mortē: nec facit ad pfectionē p se: ymo īpedit pfectio
nem per se. Secūdo modo potest accipi priuationem bonorū
temporaliū carentia ⁊ defectus eorum sic ꝙ non habetur pro
prietas: nec faciliter posset haberi sm ꝙ requirit conueniens
substētatio hominis: sed cum difficultate ⁊ multis molestijs
famis ⁊ sitis ⁊ talis priuatio etiam per se non facit ad pfectio-
nem sed impedit eam ⁊ destruit corpus hoīs ⁊ impedit cor ne
possit vacare opibus pfectiōis attīgēde: sed nec contēplare p-
pter molestias quas patitur. Tertio modo pōt accipi priuatio
temporalium p carētia iuris siue dominij ⁊ pprietatis in reb⁹
temporalibus cum facultate faciliter habendi ea quo ad vsuȝ
quādo indigetur eis ⁊ sm ꝙ substētatio sua conueniens requi
rit sine tolerātia molestie in habēdo. ⁊ de tali priuatione que
nō est pura priuatio temporaliuȝ ex quo habetur facultas ha
bendi ea faciliter sm ꝙ cōueniens requirit sustentatio: lȝ sit
priuatio dominij in pprio ⁊ cōi. de hac inꝙ est principaliter q̄d
Utrum faciat ad perfectionem. ¶ Et dicēdum ꝙ non facit per
se ad pfectionem: lȝ possit facere p accidēs. Quod autem dire-
cte ⁊ p se nō faciat ad pfectionem: ptȝ primo: q2 si priuatio per
se faceret ad pfectionem maior priuatio faceret maiorem pfe
ctionem: ⁊ maxima maximam. Et sic priuari omnino ppriet
te ⁊ vsu necessario ⁊ tāto esset maxima pfectio. hoc aūt est fal-
sum. ergo ⁊c. Si dicatur ꝙ priuatio sm se non est bona: sed pri
uatio voluntaria est bona. vnde bona est in quātuȝ voluntarie
accepta. ¶ Contra actus voluntatis habet bonitatem ex obie
cto ergo act⁹ voluntatis nō pōt esse bonus nisi obiectum in-
cludat bonitatem. Et si obiectum de se ⁊ sine actu nullam bo-
nitatem includit actus voluntatis superueniens nō potest fa
cere ipsum bonum. ¶ Preterea augu. in libro de libero arbi-
trio vult ꝙ voluntas nil possit appetere nisi bonum vel exñs
vel apparens: vnde quia priuatio nullum bonum importat
ideo ipse ostendit ꝙ nec puram priuationem sm eum per se
velle potest. vnde sm eum nec per se velle potest nō esse: sicut
ostendit etiam in illis qui se interficiunt vt euadant miseram
vitam. ergo priuatio per se non habet ꝙ sit bona vel ꝙ posset
appeti. Sed si appetitur oportet ꝙ hoc sit ratione alterius.
¶ Item nihil facit hominem perfectum per se nisi virtus vel
actus virtutis Sed priuatio alicuius boni: nec est virtus ne
ꝙ actus eius. ergo ⁊cet. ¶ Item si priuatio proprietatis per
se facit ad perfectionem propositio opposita: scilicet habe-
re proprietatem vel dominium facit ad imperfectionem per
se: sed hoc est falsum. tum quia episcopi de ordine istorum
qui profitentur talem paupertatem habent dominiū in reb⁹
eccl'iasticis. sicut et alij epi ⁊ ordināt de eis. Et sic epi assum-
pti de ordine istoꝝ nō ascēderent sed descederēt ad statum mi
norem ꝙ absit: tum etiam q2 papa qui habet loco eorū ppriē
tatē in reb⁹ efficeret imperfectus ppter pfectionem eorum
ꝙ similiter est icōueniēs. ¶ Itē impossibile ē ꝙ pfectio alicu
ius p se depēdeat ex gratuita volūtate alterius. Sed si caren
tia ppietatis ⁊ dnij in reb⁹ talib⁹ p se facit ad pfectionē ⁊ op-
positū ad impfectionē pfectio alicui⁹ depēderet ex gratuita
volūtate alteri⁹: q2 si nō inueniret alterū q̄ vellet assumere p
prietatē illa bona nullius essent ⁊ possent occupari a quocūꝙ
⁊ sic talis nō posset se cōseruare in vita nec puidere sibi de ne
cessarijs: ergo talis priuatio non facit p se ad perfectionem.
¶ Item iterum modus viuendi in paupertate ille videtur p-

fectior per se loquendo in quo quis viuit de labore manuum
sicut vixit paulus. sed in tali modo viuendi non potest habere
ius in precio dato p labore nisi laborās: q2 ille qui reddit pre
cium nullum ius habet in id. ergo talis priuatio iuris non fa-
cit per se ad perfectionem. ¶ Talem modum viuēdi innuit bea
tus Franciscus fratribus sui ordinis in regula. Et adhuc ex-
pressius hoc innuit in suo testamēto. ¶ Talis tamen priuatio
per accidēs pōt facere ad pfectionem: q2 enim habere proprie
tatem in talibus allicit animum ad minus amandum et pre-
cipue in male dispositis sm affectum. ideo carere proprietate
talium τ in proprio τ in communi potest facere per accidēs et
sicut remouens prohibens ad perfectionem inquantum per
remotionem talis iuris facit q talis minus afficiatur ad tem
poralia: vnde etiam perfectio eorum requirit q ipsi minus af
ficiantur ad talia τ minus solliciti sint in procurando ea q alij
sicut illi qui non habent aliquid in eis nisi vsum facti. ¶ Scie-
dum ergo q multiplex potest esse priuatio temporalium.
¶ Una que omnia excludit et quātum ad proprietatem et q
tum ad vsu3 τ hec est pemptio subiecti perfectiōis nec aliquo
modo facit ad perfectionem: sed destruit eam. ¶ Alia est pri-
uatio que excludit facultatem faciliter habendi necessaria
habens annexas multas molestias et illa non facit ad perfe-
ctionem p se. sed tn̄ facit per accidens inquātum remouetur
prohibens perfectionem aliquo modo: quia talia domant car
nem τ subijciūt spiritum propter penalitates. ¶ Alia est priua
tio que excludit dominium in proprio et in communi. sed in-
cludit vsum τ facultatem habendi sm conuenientem necessi-
tatem. Et ista est aliquid positiuum quantum ad id quod ibi
facit ad perfectionem per se inquantum. s. ponit conueniens
medium in eo qd est instrumentum bene viuēdi: et per acci-
dens remouendo phibens inquātu3 tollit extrema que sunt
nimis abūdare et nimis egere τ quātum ad carentiam pro-
prietatis tollit nimiam affectionem ad talia. ¶ Alia est priua-
tio quātum ad modum habēdi: q2 quodāmodo carent reddi
tibus victum p mēdicitatē. τ talis priuatio nō facit p se ad pfe
ctionem: quia nihil boni p se importat: ymo importat malum
pene tam dāni q sensus: sed p accidens facit ad pfectionem in
quātum sm carētiam taliū bonorum: q2 importat sollicitudine3
et erubescētiā mēdicationis humiliatur spūs hoīs. Et inq̄tu3
ex hoc qd victus eorum depēdet ex gratuito beneficio alior ma
gis insistunt honeste vite ne scandalizent eos a quibus acci-
piūt victum τ magis insistūt predicationi τ cōsilijs τ alijs bo
nis q impediunt eis a quibus viuūt. ¶ Ad argumentum ergo
dicendum q pura priuatio nihil ponens nō facit ad pfectionē
sed priuatio aliquid supponens τ aliquid priuans pōt facere
ad perfectionem p accidens: vt dictum est sicut remouēs phi
bens. ¶ Ad secūdum dicēdum q paupertas euāgelica nō dicit
priuationem totaliter temporalia excludētem: sed priuatio-
nem excludētem dominiu3 rerum in proprio non in communi:
talis enim pauptas fuit quā apostoli in primitiua ecclesia te
nuerunt τ sancti post eos in cōmuni viuētes sicut canonici re-
gulares sicut p3 de sancto augu. paupertas etia3 istorum qui
nullum dominium habent in cōmuni: l3 dominiu3 nō habeāt
vere τ pprie hn̄t tn̄ interpretatiue inq̄tum bona que dantur
eis custodiūtur eis ab illis q dicūtur hre dn̄ium: vt ipsi ad li-
bitum vtātur illis τ habēt facultatem habēdi ea eque facilit
sicut si haberēt dn̄ium in eis. na3 ppter hoc querūt dn̄ium: vt
faciliter possint haberi. τ ad libitū possit aliq̄s eis vti. ¶ Scda
est opi. ipugnātiū istos. vn̄ qn̄ q̄rit vtrū pura priuatio ponat ali
quē i statu pfectiōis. ddm q nullus ponit q pura priuatio tē
poralium p se faciat ad pfectionem. sed p accidēs inquātum
remouet impedimēta a dilectione dei. Sed obligatio ppetua
cum solēnitate ad esse in obediētia τ volūtaria pauptate cum
sint positiua. s. obligatio τ volūtas q hoc vult: faciūt ad pfectio
nem. status per se τ de se sunt opationes virtutis τ pfectionis
sicut incorruptio nō est virtus cum sit priuatio: sed meditatio
incorruptionis est virginitas virtus. ¶ Ulterius sciendum q
opa virtutum bene faciunt ad pfectionem partialem. non tn̄
ad perfectionem status: q2 status permanentiam importat.
sed obligatio perpetua et solēnis ad opa virtutum et disposi-
tiones ad ea facit pfectum statum. ¶ Ad id quod dicit q facit
ad virtutes contemplatiuas p se facit ad pfectionem: verum
est partialem: de qua non loquimur sed de perfectione sta9
Quod autem dicitur in minori q pura priuatio non est per se
dispositio ad virtutes verum est. sed obligatio τ voluntas ad
priuationem eorum q̄ p accidens virtutem impediunt per se
disponit ad pfectionem partialem ppter quā hoc fit ex inten
tione τ essentialiter facit perfectionem status. Unde carere
temporalibus non facit hominem perfectum nec statum eius:
sed obijcere voluntarie temporalia propter deum disponit ad
liberius deum amandum. ¶ Ad triplicem carentiam. dicēdu3
q prima. qua quis omnino temporalia abijcit exponens se mē
dicitati ppter deum est laudabilis: nec committit se discrimi
ni qui sequitur consilium xp̄i. iacta cogitatum in domino τc.
Et considerate volatilia celi. ¶ Secūda etiam carentia qua cū
difficultate habentur propter deum assumpta est laudabilis
vt patet in apostolis comedētibus spicas: τ si ppter inopiā pa
tiuntur distractionem cordis patienter ppter deum queren-
do vel laborando meritorium est. ¶ Quod autem dicit si pri-
uatio moderata facit ad perfectionem: ergo maxima ad maxi
mam. p3 q nō tenet hoc in vita morali: in qua virtus tenet me
dium vitium extrema nō em̄ si parū comedere est virtuosum
ergo nihil comedere est maxime v̄tuosum. ¶ Quod dicit q
voluntas acceptans priuationem nō est bona: q2 trahit boni-
tatem ab obiecto. dicendum verum est a priuatione intēta vel
nullus autē dimittit temporalia ppter dimittere: sed dimit
tit ppter deū. sicut v̄tuosus mereret nolēdo nō agere mala p
pter bonum virtutis: τ dum alias vellet abstinere a malo sm
rōnem istius non esset bonū. ¶ Epi autē a religionibus assum
pti nō habent dominium. sed tm̄ dispēsationem etiam de bo-
nis q̄iam ad bursam eorum deuenerūt. Unde nec testari pos-
sunt sine licentia pape: sunt autem in maiori perfectione sta-
tus ppter obligationem ad maiora opera perfectionis et po-
sitiuū: puta q primi moriantur pro grege τ quotidiana sollici
tudo. τ oīm ecclesiarum τ hmōi: nec etiam papa est magis
dominus q alij prelati: q̄uis sit vniuersalior dispēsator. ¶ Ad
argumentum solutum est.

¶ Questio quinta.

QUinto queritur. vtrum status religiosorum ni-
hil habentiu3 in pprio nec cōmuni sit perfectior
statu habentium aliquid in cōmuni. Et videt q
sic: q2 status est pfectior q̄ pfectius imitatur xp̄3
status nihil habētium est hmōi. ergo τc. Proba-
tio minoris. Mat. xix. dicitur. Uade τ vende omnia τc. sed re-
tinens aliquid in communi non videtur omnia vendere et re-
linquere: vt sequatur christum. ergo non ita perfecte imita-
tur. ¶ Preterea vbi est maior recessus a temporalibus ibi est
maior abdicatio pprij: sed nihil habent: nec sic nec sic est hmōi
ergo τcet. ¶ Preterea in tali sollicitudo minor est cum minor
sit sollicitudo in acquirendo temporalia q in retinendo quesi
ta: ergo maior perfectio. ¶ Preterea quo ad continētiam illd
votum est perfectius quo homo renunciat omni delectationi
carnali: ergo quo ad paupertatem illud votum est perfecti9
quo homo renunciat omnibus temporalibus quocūq modo
habendis. ¶ Contra. nihil habentes in proprio vel communi
et non laborantes manibus necesse habent non solum appete
re sed τ petere que sunt aliorum cū indigeāt necessarijs vite:
sed hoc non est perfectionis cum hoc prohibeat Apostolus. i.
ad Thessa. iiij. nullius aliquid desideretis: τ vt possitis imple
re magis autem laborantes manibus: ergo τc. ¶ Respondeo
primo ponentur dicta aliorum circa hoc. Secundo dicetur ali
quid inquisitiue circa ea. ¶ Quantum ad primu3 sic procedūt
aliqui: q2 primo pmittūt qdā. Secūdo ex his soluūt ad qōnes.
¶ Primo ergo inq̄rūt quō dr aliq̄s stat9 pfectōis eē. ¶ Circa qd
sciendum q aliquis status pōt dici status pfectōis multipli
citer. ¶ Uno mō: q2 sibi soli appropriat illd i q̄ essentialiter cō

sistit perfectio humane vite: τ sic nullus status in ecclesia pōt
esse pfectior alio: q2 perfectio consistit essentialiter in habiti-
bus et actibus virtutum τ maxime perfectarum quarū vsus
et habit9 haberi possunt a quocūq infra statū ecclīe catholice
existēte3. ¶ Aliter pōt dici stat9 pfectiōis q̄ sibi appropriat qdā
q̄ sunt instra facili9 acq̄rēdi τ tenēdi pfectionē: vel q2 remoueat
impedimenta τ sic dr status pfectionis abdicare temporalia.
¶ Tertio dicitur status perfectionis qui sibi appropriat exer
citium quarūdam operationum que virum perfectum requi
runt. ¶ Secūdo premittēdum quomodo abdicatio tēporaliū
facit ad pfectionem remouēdo phibens seu impedimētum p
fectionis. ¶ Dupliciter autem temporalia impediunt ppter
sollicitudinē q̄ ē i acq̄rēdo nō habita τ i dispēsando hābita τ p
pter amorē recuruū allicietem ad minus appetendū ea τ amā
dum plus debito. Et ideo ille modus circa temporalia est me
lior qui ista duo magis tollit. s. sollicitudinē et amorē recuruū
¶ Ulterius sciēdum q duplex est abdicatio temporalium sc3
q̄tum ad vsum τ q̄tum ad dominiū. ¶ Quātum vero ad vsum
potest dupliciter abdicare temporalia. ¶ Unomodo quoad
vsum temporalium omnino vt eorum vsum simpliciter a se abdi
cet τ hoc nō facit ad perfectionem: q2 hoc non l3 cum homo te
neatur vitam suam sustētare: qd sm communem cursum fie
ri nō pōt nisi vtēdo temporalibus rebus. ¶ Alio modo q vsu3
abūdāte3 abdicet a se eis vtens put sufficit ad vite sustēta-
tionem τ necessitatem: τ talis abdicatio facit ad pfectionem:
q2 facit ad minorem sollicitudinem circa ea τ minorē amorē.
Et similiter q̄tu3 ad ius pōt aliq̄s abdicare temporalia dupli
citer. Primo sic: q etiam in extrema necessitate nō habeat ius
vtēdi re aliqua nisi ex gratia alicuius potētis vsum istum re-
uocare: τ sic nō l3 renūciare iuri et dominio temporalium. nec
per consequēs facit ad pfectionem: q2 in necessitate extrema
l3 quil3 iure naturali τ dominio tale ius in re qua vtitur quo
alius nō pōt eam reuocare. nec hoibus l3 renūciare tali iuri
nō l3 dimittere se mori fame vel siti. ¶ Alio mō pōt q̄s renūcia
re tali iuri non in extrema necessitate. sed in eis que reseruā
tur preter necessitatem in posterum ad conuenientem vsu3
habendum in eis p tempore oportuno. Et hoc potest fieri tri
pliciter. ¶ Primo sic q ius in talibus rebus non remanet apd
eos: nec remanet apud aliquem loco ipsorum. ¶ Secūdo q ius
remanet apud aliquem alium loco ipsorum. ita tn̄ q ius rema-
nendi apud illum alium τ q̄tum ad habita τ q̄tum ad haben
nō est ppetuū: vel q2 psona recipiēs illd ius nō est ppetuabilis
q2 dato q sit ppetua rōne officij: nō tn̄ statuto ppetuo ē ordina
tū illud ius ppetuo apud talē psonā remanere. ¶ Tertio pōt
esse q ius in rebus q̄ dātur sic renunciantibus remaneat ppe-
tuo apud aliquam personam ratione officij perpetuam τ per
statum perpetuu3. Et posset videri q nullo predictorum mo-
dorum renūciare iuri et pprietati temporaliu3 faciat directe
et per se ad perfectionem. Et hoc patet primo quātum ad pri
mum modum: q2 si non solum communitas que multum in-
diget: sed etiam persona singularis indiget vestibus et victu
quotidiano: nec per se nec per alium haberet ius in aliqua re
id est q nec proprietatem substātie in re haberet nec ius vten
di illa talis res deberet haberi pro derelicta et posset licite oc
cupari ab alio et sic tali non esset sufficienter puisum in ne-
cessarijs et exponeret se periculo magno. ¶ Secundo: quia
si hoc per se sufficeret ad perfectionem: tunc esset ille perfe-
ctior qui abundanter vteretur rebus alienis in quibus domi
nium non haberet q ille qui parce vtitur rebus proprijs ea
alijs discrete τ bene distribuendo qd nullus diceret. ¶ Tertio
quia difficile ē videre quō aliquis potest vti re aliqua eā tota
liter consumendo in qua nullū ius habet. quia talem rem nō
potest habere vt dominus cum domini non sit capax: nec vt
mutuatam cu3 non teneatur eam restituere: nec accommoda
tam vel locatam cum totaliter consumatur: res autem solum
locatam vel accommodatam non licet totaliter consumere:
nec etiam potest fieri in extrema necessitate. quia in tali casu
vtens habet ius in re inquātum nullus alius potest eam re-
uocare ad se ab eo qui sic ita vtitur. Et hoc patet per declara-
tionem regule fratrum minorum editam a domino nicola-
papa vbi dicitur sicut nec ceteris sic nec istis fratribus mi-
noribus iure possibili in extreme necessitatis articulo ad
prouidendū sustentamentū nature via in omnibus extrema
vtilitate decenter concessa excluduntur cum ab omni lege ex
trema necessitas sit excepta. ¶ Quarto illd qd p se directe or-
dinatur ad vsu3 temporalium non plus derogat perfectioni
humane per se loquendo q ipse vsus: sed ius τ dominium in
temporalibus directe ordinātur ad vsum: quia ius et domi-
nium non requiritur in eis nisi vt habeatur libera facultas
vtendi eis: ergo non plus derogat ius τ dominium in tempo
ralibus perfectioni vite q ipse vsus. et per pn̄s sicut nec de
rogat perfectioni humane: quātum ad minores sm indigen-
tiam sui temporalibus vti ita nec habere dominium in eis in
ordine ad conuenientem vsum. ¶ Si autem ponatur secundo
modo: scilicet q ius τ dominium non maneat apud tales: sed
apud aliquem loco ipsorum: ita etiam q ius istud remanendi
apud istum non sit perpetuum sicut expositum est: tunc ad-
huc sequitur primo q prouisio talium in necessarijs sit incer
ta: quia ille alius cum voluerit renunciabit illi iuri: τ sic illa vt
dictum est habebuntur pro derelictis. et per pn̄s alius indi-
gens poterit occupare. Secundo sequitur q perfectio tali cū
nullus possit sine aliqua prouisione viuere in necessarijs vite
dependeat a voluntate ministrabili alterius qd ē incōueniēs
cum perfectio vite alicuius solum debeat dependere a deo τ
voluntate perfectionem attingere. Si aūt ponat psona perpe
tua ratione officij: sicut dn̄s papa et per statutū dn̄ii in bonis
renunciatis sic renūciat ita q certum sit q papa in perpetuu3
non renunciabit tali iuri: nec etiam impediet tales qui ita per
omnem modum libere vtātur rebus sibi collatis sicut si habe
rent in eo ius: ita q solo iure remanente apud papam sollici-
tudo procurandi et libertas distribuendi remaneat apud ta-
les. Adhuc videretur alicui q hoc non faceret per se et directe
ad perfectionem: quia renunciare temporalibus non facit
ad perfectione3 nisi inquātum ex hoc tollitur sollicitudo mē
tem distrahens τ amor alliciens: sed per talem renunciationē
non videntur per se tolli ista vel diminui: ergo τc. Probatio
minoris quātum ad vtrāq partem. Primo quoad sollicitudi
nem: quia ex quo iste apud qd est dominium nihil procurat
eis de temporalibus: sed eis totam sollicitudinem procuran
di et dispensandi dimittit. illud dominium sic residere apud
illum videtur q ab eis nullam sollicitudinem aufert: ergo τc.
¶ Idem patet quo ad amorem allicientem: quia amor alli-
ciens ad temporalia prouenit ex hoc quod subsunt libere fa-
cultati eius qui habet ad faciendum quod vult: sed vt positu3
est non obstante tali dominio residente apud aliu3 dispensa
tio pro libito remanet apud scilicet renunciantes. ergo τc.
¶ Item si renunciare iuri et dominio dicto modo per se et di-
recte faceret ad perfectionem paupertatis sufficeret q eccle
sie collegiate et monasteria monachorum habentia pingues
redditus transferant ius quod habent in dominium papam.
ita q liber vsus valde superfluus quē habent maneret apud
eos sicut modo ē τ etiā fratres minores possent dicto modo
ad vsum suum habere magnos redditus ad vtendum eis li-
bere remanente semper dominio apud dominum papam: et
ideo per se loquendo non videtur facere ad perfectionem sic
renunciare temporalibus nisi in ordine ad perfectum modu3
vtendi. Unde magis conueniens est querere quis modus vtē
di faciat ad perfectionem q quis modus habendi dominium
¶ Licet autem sm predicta posset videri alicui q renunciare
dicto mō nō faciat per se τ directe ad perfectionem vel princi-
paliter cū aliquo mō vr facere: sc3 exigere: inq̄tū status ta-
liū exigit: q pfectiori mō se habeat i vtēdo talib9 q alij: et sic re
nunciādo ostendunt se velle omnino carere temporalibus si
fragilitas humana pmitteret: τ non afficiad ea tanq ad sua τ
se velle accipere quāto minus possunt quātum sc3 sufficit ad
necessitatē: τ hoc innuit dn̄s Nicola9 in predicta declaratione
vbi dicit oīm rerū debent abdicare dominiū et rerum sibi cō-
cessarum necessario vsu cōtēti. ¶ Item q non dominium rerum

vsum debent habere: nec etiam copiam que derogat causate
paupertati quinymo apparet in eis quo ad dominium omni-
moda abdicatio et in vsu sola necessitas. ¶ Ulterius sciendum
ꝙ modus vtendi temporalibus ꝗ exigit decẽtia talis renun
ciationis nõ cõuenit illis qui in magnis colegijs et indigẽtib9
multis bonis et preciosis viuunt. alioquin istã perfectionẽ pos
sent habere omnes colegiate ecclesie quãtũcũq3 abũdantes
et laute vtẽtes: qꝛ nec grauius nec difficilius esset eis viuere
sic ꝙ papa haberet dominium in bonis eorum: et epi liberum
vsum sicut modo habent: et sicut habẽt minores in bonis que
eis dantur ꝗ viuere sicut viuunt. Unde modus vtendi tempo
ralibus qui congruit tali renunciationi conuenit solum illis
qui sunt solitarij et pauci numero et valde paucis indigẽt bonis
quia talis status exigit renunciationem sollicitudinis et amo
ris: circa temporalia vero paucissima parum oportet sollicita
ri vel distrahi vel affici: et ideo talis status exigit paucos pau-
cissimis tẽporalibus indigentes. Et contra tales qui sic se ha
berent in nullo concludunt rationes premisse: qꝛ in talibus
nõ esset tantus amor et sollicitudo sicut in alijs. Nec oportet
eos esse incertos et sollicitos de querendo aliquid apud quez
resideret ius in bonis que eis darentur. qꝛ non opz eos que-
rere alios preter eos qui eis largiuntur elemosinas: nã tales
non intenderũt in eos transfere dominium suum nisi in quan
tum sunt capaces et retinerent in eis ius ex suppositione. s. si
illi non vterentur vel si impedirentur in talibus in vsu suo.
et si quis vellet occupare talia contra voluntatem eorum qui-
bus darentur iuuarentur a dantibus apud quos remaneret
ius modo predicto. esset etiam eis licitum vti nõ iure proprio
sed alterius cuius cuz cessione talibus vterentur. ¶ Ulterius
sciendum: ꝙ questio non querit de comparatione talium in
ordine ad habentes redditus: sed ad omnes mẽdicantes qui
in rebus datis habẽt dominium in communi. ¶ His ergo pre
missis cum queritur. Utrum status renũciantium iuri in tẽ-
poralibus et in proprio et in communi sit pfectior statu aliorum
dicẽdum ꝙ sic. renunciantes aut vtãtur paucissimis tempora
libus modo dicto vel vtãtur ita abũdanter et in magna copia
sicut alij. si ergo primo modo status eorum ex professio est per
fectior: quia magis elongati sunt ab amore et sollicitudine tẽ
poralium: si autem vtãtur ita abũdanter sicut alij: et hoc pro-
pter fructũ quẽ predicãdo et cõsulendo populo faciunt. Tunc
distinguẽdum est qꝛ põt considerari vel illud qd fit vel inten-
tio facientis. Considerando ergo illud quod fit sic non vide-
tur status eorum esse perfectior quoad paupertatẽ statu alio
rum: quia ex quo ita abũdanter viuunt vtũtur et habent tem
poralia de facto nõ pl9 videntur ab eis tolli sollicitudo et amor
temporalium ꝗ ab alijs. Si vero consideretur intẽtio facien-
tis sic status eorum videtur perfectior: qꝛ tales ea intentione
debent et videntur renunciare iuri tali quo libenter carerẽt
vsu abundãti temporalium: sicut et iura si non esset propter
fructuz qui sequitur ex vsu abũdanti ꝗ habẽt propter libros
et alia necessaria et carere sic abũdanti vsu doz esse eis i deside
rio: sed abũdare sic ppter fructum debet eis esse in patien-
tia ita ꝙ quantum possunt saluo dicto fructu nitantur care-
re dicta abũdantia: licẽt autem congruat eorum statui vsus
ita parcus sicut dictum est: non tamen sunt transgressores vo
ti si non tenent talem vsum: quia licet sm quandam decentiaz
debeant proponere et velle talem parcum vsum non tamen vo
uent ipsum parcum vsum: sed tantuz iuris renunciationem
sic ergo dico ꝙ si etiam ita abundanter vtuntur sicut alij: si tñ
profitentur ex intentione talem renunciationem scilicet libẽ
ter carendi ita abundãti vsu si hoc posset cum fructu stare ꝗ
faciunt ꝗtum ad intentionem profitentis sunt perfectiores
Si aũt talis vsus abũdãtior simpliciter eis placeat et vsuz tẽ
poralium plus extendant ꝗ deceat talem abdicationem non
solum in executione sed etiam in complacentia non vident
esse perfectiores alijs sed peiores: qꝛ non soluz ille non est bo
nus qui trãsgreditur id quod professus est: sed etiam ille qui
non cõuenienter se habet ad illud qd est sui status. sed ea nec
habet iure nec in desiderio etiam si commode posset fieri: nul
lum tamen intendo indicare nec reprehendere. ¶ Licet autẽ
cõclusio ad quam inducunt pie rationes sit aliquo modo ve-
ra tamen rationes non cogunt. ¶ Ideo dicendum ad primum
ꝙ paupertas christi et apostolorum non fuit omnino renuncia
re iuri temporalium: scilicet tam in proprio ꝗ in communi: qꝛ
hoc nõ competebat statui christi et apostolorum cum essent
veri pastores et tenerentur ex debito gregi aliquo modo pro
uidere. ¶ Ad illud autem quod allegabant. Mat. xix. vade et
vende &c. intelligendum est quo ad non habendum aliquid in
proprio nec videtur aliquis sanctorum doctorum aliter tenuisse
dictum consilium: cum enim cuilibet subsit posse per se imple
re consilium non cuz cessione voluntaria alterius non vide-
tur illud consilium se extendere ad talem abdicationem que
dependeret ex voluntaria cuz cessione alterius. non tamen ne-
gocium et illud et alicuius modus viuendi comprehendatur
sub dicto consilio non tamen necessario ille modus est: ergo
sibi relinquere omnia que ad habendum ius in proprio nec in
communi plus requiritur necessario ad implendum dictum
consilium dato ꝙ alius modus sit aliquo modo perfectior.
¶ Ad secundum dicendum. ꝙ per se et essentialiter ad perfe-
ctionem facit recessus mentalis quo aliquis minus amat et
sollicitatur de temporalibus et qui sic magis recedit ẽ magis
perfectus: loquendo autez de recessu de facto qui facit instru
mentaliter ad perfectionem status quo receditur renuncian
do iuri in bonis temporalibus est perfectior: dum tamen assit
conditio predicta: scilicet parcus vsus saltem in desiderio.
¶ Ad tertium dicendum: ꝙ si sic renunciantes sint contenti
paucioribus et vilioribus ꝗ alij mendicantes sic renuncian-
tes hñt minorem sollicitudinẽ ꝗ alij cum ille apud quem resi
det dominium in nullo intromittat se de procurando bona p
eis nec dispensando pro alijs ea. Si autem comparentur gene
raliter mendicantes ad habentes perpetuos redditus. di-
cendum ꝙ si mendicantes sint contenti paucis et vilibus et
non mendicantes velint habere magna et preciosa sic minor
est sollicitudo mendicantium. Sed si econuerso mendican-
tes velint habere preciosa et maiora ꝗ habentes redditus vi-
detur ꝙ indigeat sensu qui non videt ꝙ sic mendicantes opz
esse magis sollicitos ꝗ habentes redditus. ¶ Ad quartum
dicendum: ꝙ non est simile de voto paupertatis et castitatis:
quia species et indiuiduum possunt saluari absq3 hoc ꝙ reli-
giosi vtantur aliquo actu venereo circa ꝗ est castitas. Sed in
diuiduum hominis sm presentem vitam saluari non potest
sine vsu temporalium circa que est votum paupertatis. Si au
tem homo omnino nõ posset carere actu generationis sicut nõ
põt actu comestionis melius esset ꝗ haberet ppriã ꝗ vage ac
cederet ad quecũq3. ¶ Ad rationem in oppositum dicendum
cies habere eundẽ gradũ pfectiõis : sed virtutes
hoc modo accepte differũt iter se specie. ergo nõ
possunt esse equales in pfectiõe. Sic igit patet de
virtutib⁹ φ absolute nõ sunt equales iter se loquẽ
do de pportione equalitatis absoluta:q2 differũt
vel genere sicut theologice q̃ sunt digniores oib⁹
ratiõe obiecti et finis pximi. Nulla eñ alia virt⁹
habet deum pro obiecto et fine ita nobili modo
sicut istud:sed si metaphisica habet deũ p obiecto
nõ tñ p fine sicut habẽt theologice. p̃eminet ergo
virt⁹ theologica oĩ factiue ex pte obiecti et finis
oĩ morali ex parte obiecti τ q̃nq̃ subiecti τ q̃nq̃ fi
nis pximi p̃ter latriam aut penitẽtiã. itellectuali
aũt vel ratiõe obiecti vel rõne finis. Post theolo
gicas auteȝ pure itellectuales p̃eminẽt aliĩs rõne
subiecti qd est rõnale p essentiã vel intellect⁹ spe=
culatiuus respectu practici/qd dico ppter prudẽ=
tiã. videt etiã p̃eminere respectu finis φ est felici
tas contemplatiua: respectu autẽ obiecti q̃tũ ad
illas quarũ obiectũ est aliq̃d creatũ cõsiderandũ
φ obiectũ virtutis politice est bonũ humanũ hoc
vel illud φ aliq̃n est minus bonũ q̃ obiectũ scien
tie naturalis sicut scientia de aĩa habet p obiecto
substãtiam anime que est melior q̃ bonum moris
eius. econtrario autẽ scientie de sensibilib⁹ q̃ sunt
ppter bonum humanũ inquantũ huiusmodi sunt
indigniores istis. Sed nulli dubiuȝ est quin tam
theologice q̃ speculatiue q̃ actiue τ morales pre=
eminent artibus factiuis/et si non ratione subie=
cti saltem ratiõe obiecti τ finis. Unde et seruiles
dicuntur iste mechanice. De preeminentia etiam
moralium inter se respectu subiecti et obiecti τ fi=
nis proximi/verum dicunt sicut τ Thomas dicit
¶ Quantum ad secundum q̃stionis intellectum
de eq̃litate pportionabili dicũt q̃dã ad hoc distin
guendo:q2 virtutes habent duplicem perfectionẽ
scȝ essentialem τ adiunctam. Essentialem habent
ex naturali hitudie inchoatiue et exercitio actuũ
completiue. adiũnctam autem habent ex disposi=
tione vel adminiculo quaȝ vna virtus sortitur ex
altera sibi adiũncta. Si ergo proportio aliquarũ
virtutum attendatur ẽm perfectionem essentialẽ
sic non omnes que sunt equales in vna sunt equa=
les in alia:quia sicut statim dictum est essentialis
perfectio est initiatiue a naturali dispositione/ cõ
pletiue autem per assuefactionem operum:sed ali
qui duo homines psit equaliter eẽ a natura dispo
siti ad vnam virtutem/puta ad temperantiam/et
equaliter assuefacti in operibus temperãtie q̃ nõ
sunt equaliter a natura dispositi ad fortitudinem
nec equaliter assuefacti ad opera fortitudinis. er
go non oportet φ tales equales sint in fortitudi=
dine/q̃uis equales sint in temperantia. Si auteȝ
proportio virtutum attendatur ẽm perfectionem
adiunctam: vt q2 fortitudo coniuncta temperan=
tie. et per hoc temperatus potest magis resistere
actibus contrariis vt dictum fuit/sic dicenduȝ φ
q2 sunt equales in vna virtute sunt equales in om
nibus. Cuius ratio est: q2 ille virtutes soluȝ sunt
equales quo ad perfectionem adiunctam : que
habẽt equales virtutes sibi adiunctas:si ergo vir
tutes adiuncte non sunt equales nec potẽtie erũt
equales quo ad perfectionem adiunctam. Et in
hoc sensu loquitur Augustinus, vt habetur in lit

tera dicens. Si dixero istos equales esse fortitu=
dine sed illũ prestare prudẽtia:sequit φ hui⁹ forti
do min⁹ prudens sit:ac p hoc ne fortitudine equa=
les sunt q̃ñ illius fortitudo est prudẽtior/atq̃ ita
de ceteris virtutibus inuenires si omnes eadẽ cõ
sideratione pcurras. ¶ Inquirendo autẽ de his
Inquirit doctor de dictis durandi. videtur verior opinio Thome in ifusis que dicit
φ sicut simul infundunt/ita simul augentur:et q̃=
cũq̃ in vna equaliter τ in alia essentialiter: sed in
actu exteriori possunt esse iequales: q2 exercitãs
se in actu cuiuslibet virtutis p imperium carita=
tis meretur augmentuȝ caritatis qua aucta eadẽ
rõne cetere augẽt qua caritate infusa cetere ifun=
duntur. sic ergo equali conamine diuersi possunt
se exercitare in diuersis virtutibus. et sic equales
habebunt virtutes interius:sed inequales actus
exterius. De virtutib⁹ autem acquisitis verũ di=
cunt:q2 nec isto modo equales sunt sed solum per
accidens quo ad quantitatem quam ex adiutorio
virtutis adiuncte consequuntur. ¶ Ad primũ ar
Ad rõnes in opposiũ gumentum in oppositum dicendum φ non opor=
tet virtutes infusas habere omnem perfectioneȝ
acquisitarum/sed bñ habent maiorem sicut forte
non faciunt delectationem nec facultatem. vel di
cendum φ cõnexio facit quidem virtutes magis
perfectas:sed imperfectionis est φ vna alia indi=
geat. ¶ Ad aliud patet solutio ex dictis.

¶ Questio quinta.

Quinto queritur / vtruȝ vicia
Primum sunt connexa. Et arguitur φ
sic:q2 pronior est homo p sta
tu nature corrupte ad viciuȝ
q̃ ad virtutẽ ẽm illud Gen.
Sensus et cogitatio homis
prona sunt ad malum ab ado
lescẽtia sua:sed virtutes sunt
adinuicem connexe vt visum
Secundũ est.ergo fortiori ratione vicia. ¶ Item Ia.2. di=
cit φ qui in vno offendit fact⁹ omniũ reus:sed nul
lus efficit reus omnium mandatoȝ nisi p omnia
peccata: q2 non est reat⁹ nisi ex peccato. ergo qui
habet vnum peccatum habet omnia, et sic sunt cõ
In oppõ nexa. ¶ In contrarium est:q2 vnum vicium est al
teri contrariũ sicut prodigalitas liberalitati:sed
contraria non possunt esse simul. ergo nec talia vi
cia. Et iterum. 4. ethicoȝ. dr φ malũ si integruȝ
esset importabile est τ seipsum corrũpit:sed si oĩa
peccata essent connexa/in quocunq̃ esset malicia
peccati mortalis ipsa esset integra.ergo.τc.
Responsio ¶ Responsio. Duo videnda sunt. Primo id qd q̃=
ritur. Scdo q2 de viciis τ virtutib⁹ actum est/ in=
quiretur vnde habet actus voluntatis bonitateȝ
Durand⁹ q.4. et maliciam moralem. ¶ Quantum ad primum
sic dicunt quidam simpliciter φ peccata non ha=
bent adinuicem connexionem/qd sic patet. in pec=
cato sunt duo/scȝ auersio a bono rationis / et con
uersio ad aliquod bonũ apparẽs:sed ratione nul=
lius istorum peccata possunt habere connexionẽ.
ergo nullo modo. Probatio minoris/et primo φ
ratione auersionis peccata non habeant cõnexio
nem:q2 ex hoc φ aliqua recedunt non connectun
tur/vt patet de lineis recedentibus vel proceden=
tibus ad eodem puncto q̃uis propter accessuȝ ad
vnum aliqua connectantur / sicut connectuntur li
nee q̃ñ concurrunt ad vnum punctum:sed auersio
que est in peccatis est per recessum ab vno scȝ a re=
ctitudine rationis.ergo per hoc peccata non con=
nectuntur. Item nec ratione conuersionis:q2 cõ=
uersio ad distincta et separata non est ratio conne
xionis:sed bona apparentia ad que est peccati cõ
uersio/distincta et separata sunt. vt ira/cõcupiscẽ=
tia.et sic de aliĩs.ergo ratione conuersionis pecca
ta non habent connexionem.contingit tamen in=
ter peccata aliqua connexionem inueniri ex con=
cursu obiectorum: ita vt manens in vno actua li=
ter necessario habeat incidere in aliud vel resilire
a primo sicut dicit Augustin⁹. φ superbus necesse
habet aliĩs inuidere iuxta modum qui fuit decla
ratus in secũdo libro. ¶ Inquirendo autem de Inquirit doctor de dictis durandi.
predictis videt dicendum φ est connexio similitu
dinis et connexio simultatis. De prima intelligit
Thomas φ vicia sunt connexa ex parte auersio=
nis sicut virtutes ex parte cõuersionis τ plus: q2
in hoc vnum mortale assimilatur alteri quod etiã
auertit a deo τ omne peccatũ alteri quod auertit
a ratione recta. sicut virtus cõuertit ad deum si=
cut finem vltimum:et ad bonum rationis recte fi
nem proximuȝ quo ad morales puras. ¶ Sed lo
quendo de cõnexione simultatis min⁹ cõnectun=
tur peccata in vno a quo auertunt q̃ linee in cen=
tro a quo exeunt:quia in illo centro realiter sunt
simul linee nõ quantum ad totum: nec quantũ ad
partem:sed quantum ad principium / quod reali
ter scdm istos non est aliud a linea scȝ punct⁹: vel
quia oim linearum puncta sunt in illo puncto. vel
q2 omnium illarum linearuȝ est vnus punct⁹ vbi
coniunguntur. sic autem non est imaginandum φ
peccata sint in deo τ procedant ab eo nec quantuȝ
ad totum/nec quantum ad partem/nec quantum
ad sui principium nisi inquantum principiũ peccã
di quod est liberum arbitrium: vel substãtia act⁹
est a deo/τ similiter nec in ratione recta est pecca
tum etiam quo ad principium sui intrinsecuȝ nisi
illis duobus modis/et quantuȝ ad hoc φ electio
praua procedit licet p accidens et distorte ex pri=
mo iudicio recto circa bonum in cõmuni.
¶ Quantum ad secundum de causa bonitatis et 2. articul⁹
malicie in actu voluntatis dicunt quidã φ actus
voluntatis habet bonitatem ex trib⁹ seu pfectio=
nem/scȝ ex fine et ex obiecto sicut ex causa exem=
plari/et ex voluntate sicut ex causa efficiente. sed
a primo et a secũdo habet bonitatem seu pfectio=
nẽ virtutis. a tertio autẽ bonitatẽ moris. ¶ Sed Contra.
ista non videntur aliĩs bene dicta. Primo de fine.
q2 finis eius quod debet fieri non comparatur ad
bonitatem siue ad actum eius sicut finis: sed ma
gis obiectum mouens. Uerbi gratia. finis dom⁹
est inhabitatio non autem voluntatis eius qui fa
cit domum vel sui actus: q2 volũtas hominis vel
actus eius facientis domum non est ppter hoc:
imo inhabitatio que est bonum intentum est obie
ctum mouens. Scdo quantum ad hoc φ dicunt
actum voluntatis habere bonitatem et speciẽ ex
obiecto sicut a causa exemplari. primo quidem q2
causa exemplaris non distinguitur cõ tra efficien
tem: immo est specialis efficiens scȝ efficiens per
cognitionem. Scdo q2 causa exẽplaris est agẽs
per conceptum: obiectum autem nichil agit pcon
cipiendo/vel preconcipit ad hoc vt agat: imo na=
turali ordine habȝ agere in potentiam cuius p se
est obiectum: sed verum est φ intellectus practic⁹
cuius obiectum est res exterius facienda pducit

eam exteriꝰ in materia ex ꝯceptione ipsiꝰ sicut
causa exemplaris sicut dr̄.10.metaphisice. ꝙ a do
mo q̄ est sine materia q̄ est in aīa fit domus in ma=
teria: sed sic itellectꝰ nō cōsideraꝛ vt motꝰ ab obie
cto sed magis vt mouens ꝑ cōceptionem obiecti
quā tā apud se habet. Tertio qꝛ nichil habet spe=
ciem ⁊ bonitatē siue ꝑfectionē ex causa ꝑ accidēs
que nichil facit ad effectū nisi remouere ꝓhibens.
nullus eñ diceret ꝙ ꝑfectio motus grauis esset a
remouente prohibēs qđ nichil imprimit/sicut est
mouens columnā: sed ſm istos obiectuꝫ est causa
sine qua nō ⁊ ꝑ accidens. ergo ſm eos non pōt di
ci ꝙ actus volūtatis habeat bonitatē et speciē ab
obiecto. ¶ Quantū ad tertiū ꝙ actꝰ voluntatis
habet speciē moris a voluntate sicut ab efficiēte/
nō videnꝛ bene dicere. Primo q̄dē: qꝛ ꝑfectio nō
habet ꝑfectionē a ꝑfectibili: sed potius ecōtrario
ꝑfectibile ꝑficiꝛ ꝑ ꝑfectionē. actus autē volūtatis
est eius ꝑfectio sicut ⁊ actꝰ cuiuslibet potentie est
eius ꝑfectio. Scđo/qꝛ nō videꝛ q̄ si sīr non posset
dici quelibet alia potētia efficere actū suū ⁊ ꝑ cō=
sequēs dare ei ꝑfectionē sicut causa efficiēs. Ter=
tio qꝛ cū distinctio actuuꝫ sit vel ex efficiēte vel ex
obiecto/si volūtas esset causa efficiēs oīm actuuꝫ
suoꝝ sicut est subiectū eoꝝ/oēs essent eiusdeꝫ spēi
et in genere nature ⁊ moris. Unde idē actꝰ specie
esset velle dare elemosinam ⁊ velle sanitatem. ab
obiecto eñ qđ est causa ꝑ accidēs specifice nō pos
sunt distingui. ¶ Nec potest instari ꝙ sol ꝑ eandē
virtutē ꝓducat ex eadeꝫ materia putrefacta vt vi
deꝛ plures vermes: qꝛ sol nō ꝓducit verū ens di=
uersarū specierū in materia eodē modo disposita
sꝫ in diuersis partibꝰ materie diuersimode dispo=
sitis. vnde virtus solis vna existēs nō attingit ad
diuersos effectꝰ specie nisi mediātibꝰ diuersis dis=
positionibꝰ. vnde si in seipsum ageret nūꝗ habe=
ret nisi vnū effectū specie: et sic videꝛ ꝙ ꝓpositio
priꝰ posita ꝙ actꝰ vniuscuiusꝗ potentie hꝫ nobili
tatē/ꝑfectionē/ ⁊ speciē ab obiecto/debeat verifi=
cari vniuersaliter et equaliter in oībꝰ potētiīs tā
apphēsiuis q̄ appetitiuis. Sed tñ verū est ꝙ actꝰ
potētie habet aliquā ꝯditionē a potētia in qua est
sicut in causa materiali: sicut actꝰ voluntatis hꝫ a
volūtate ꝙ sit volūtariꝰ/et actꝰ intellectꝰ ab intel
lectu ꝙ sit intellectualis: ⁊ qꝛ in potestate volūta
tis est proponere sibi obiecta a quibꝰ moueatur
inq̄tum ipsa mouet itellectū q̄tū ad exercitium
actus: ideo bonitas vel malicia volūtatis īputa=
tur volūtati volūtatis dico in actu suo qđ nō cō=
tingit in aliīs potētiīs. Et si aliquis vocaret ꝓ
prie loquendo bonitatem moris talem imputabi
litatem/sic posset dici ꝙ actꝰ voluntatis habet ab
ipsa bonitatem moris. ¶ Item proprie loquēdo
imputabilitas nō debet dici bonitas actus volū
tarīi: qꝛ si illud idē quod fit ab agente voluntario
fieret ab agente per necessitatem nature eandem
bonitatem vel maliciam haberet sicut si fieret ab
agente voluntario: sed eius bonitas vel malicia
non imputaretur agenti. sic ergo sicut in aliīs po=
tentiīs sic etiam in voluntate bonitas /perfectio/
Ad rōnes in oppoꝰ — et species ipsius actus ex obiecto. ¶ Ad pri=
mum argumentum in oppositum dicēdum ꝙ ma=
gis est ad propositum nostrum q̄ ad hoc proposi
tum: quia eoipso ꝙ homo est pronior ad peccatuꝫ
non requiruntur omnia vicia ad vnum peccatum
sicut ad vnam virtutē: et ideo non est necesse ꝙ ha
bens vnum peccatuꝫ habeat singula ⁊ omnia pec
cata: sicut habens vnam virtutem habet omnes.
¶ Ad secundum dicendum ꝙ illud dictum beati
Jacobi est intelligendum de pena damni et nō de
ipsis peccatis in se/ nec de pena sensus debita pro
peccatis: quia per vnum peccatum mortale prius
tur quis visione dei sicut potētiali: q̄uis nō me=
reatur tantam penam sensus.

¶ Distinctio. xxxvij. ¶ Questio. j.

Circa tricesimamseptimaꝫ di
stinctionem de preceptis que
runtur duo. Primo de prece=
ptis in generali. Scđo de vsu
ra in speciali. ¶ Quātum ad
primum queritur vtrum prece
pta decalogi sufficienter enu
merētur. ¶ Et videtur ꝙ nō — Primum
qꝛ in quolibet genere peccati
contingit peccare corde et opere: sed in quibusdā
generibus peccatoꝝ scꝫ in furto ⁊ in adulterio ꝑ
aliud preceptum prohibetur peccatum operis/cū
diciꝛ nō mechaberis. nō furtū facies. Et ꝑ aliud
preceptum prohibeꝛ peccatū cordis cū diciꝛ/non
concupisces rem ꝓximi tui. ⁊ non cōcupisces vxo
rē proximi tui. ergo idē debuit fieri in ceteris pec
catis. ¶ Itē qui diligit ꝓximū legem impleuit. — Secundū
Roma.13. sed intētio legislatoris est in oībus ꝑce
ptis vt lex ipleaꝛ. ergo sufficiebat dare illud vnuꝫ
preceptū de dilectione proximi. ¶ Item sicut cō — Tertium
tingit peccare in deum et in proximū/ ita ⁊ in seip
sum: sed aliqua precepta dantur contra peccata in
deū et in proximum. ergo aliqua precepta debent
dari cōtra peccata in seipsum: sed nulluꝫ tale fuit
datum. ergo male. ¶ Item sicut ad cultū dei per — Quartū
tinebat obseruatio sabbati/ita ⁊ obseruatio alia=
rum solēniatū: sed inter ꝑcepta decalogi est vnum
preceptū de obseruatione sabbati. ergo debuerūt
esse aliqua precepta de obseruatione aliarū solēni
tum. ¶ In contrariū est qđ habeꝛ Exodi.20. vbi — In oppm̄
illa decē ꝑcepta enumeranꝛ tm̄. et Deutro.4. dr̄.
Ostēdit dñs vobis pactum suū qđ precepit vt fa
ciatis decē verba q̄ scripsit in duabꝰ tabulis lapi=
deis. ¶ Respōsio. Uidēda sunt quatuor. Primo — Respōsio
de sufficiētia ꝑceptoꝝ. Scđo an caritas sit in ꝑce
pto. Tertio an decime sint adhuc in ꝑcepto diuio
Quarto an obligatio ꝑcepti sit maior q̄ voti ob=
ligatio. ¶ Quantū ad primū dicūt quidā ꝙ ꝑce= — Durā. q.i. dis. ꝓsenti
pta moralia sufficiēter enumeranꝛ. Illa eñ prece
pta ad bonā vitā sufficiūt ꝑ q̄ hō couenienter ordi
naꝛ ad deū ⁊ ad ꝓximū: sed ꝑ illa decē ꝑcepta ordi
naꝛ hō cōuenienter et sufficiēter ad deū ⁊ ad ꝓxi=
mū. ergo. ⁊c. Maior patet: qꝛ ad hoc ꝙ aliquis in
aliqua cōitate bñ cōmoreꝛ duplꝛ ordo requiritur
⁊ sufficit. Primꝰ est vt bene se habeat qs ad eū q̄
ꝑest cōitati. Scđs est vt bñ se habeat ad ꝯsocios
cōitatis: sic in ciuilitate diuīa. Primū fit ꝑ bonū
ordinē hoīs ad ꝓximū/ ⁊ sic patet maior. Minor
declaraꝛ sīr distinguendo ꝑcepta ⁊ eoꝝ sufficiē=
tiā distinguēdo sic. Preceptoꝝ quedā ordināt ho
minē sic ad deū vt ad principē cōitatis. q̄dā vero
ad ꝓximū vt ad cōciuē. Principi tria debent sub
diti scꝫ fidelitatē/reuerentiā/ ⁊ famulatū. Fideli=
tas in hoc cōsistit vt honor principatꝰ ad aliū non
transferaꝛ. ⁊ q̄tū ad hoc datur primum ꝑceptum
Nō habebis deos alienos. Reuerētia aūt ad ꝓn=
cipem in hoc consistit vt nichil iniuriosum cōtra

eum cōmittaꝛ. et q̄tū ad hoc daꝛ secundū ꝑceptū
qđ est. Nō assumes nomen dei īuanū. Famulatus
autē debeꝛ principi in recōpensationē beneficioꝝ
suoꝝ que ab eo ꝑcipiūt subditi/ ⁊ ad hoc ꝑtinet ter
tiū preceptū de sanctificatione sabbati in recogni
tionē beneficīi creationis: et illud ꝑceptū q̄tū ad
aliqđ fuit morale/ q̄tum ad aliquid fuit cerimo=
niale vel figurale. Morale q̄dē fuit quo ad reue=
rentiā q̄ deo exhibebaꝛ/ ⁊ ſm hoc manet oī tēpore
Sed cerimoniale vel figurale fuit q̄tū ad deter=
minationē diei respectu futuroꝝ scꝫ requiei corpis
xp̄i in sepulchro/ ⁊ sctōꝝ in gloria. ⁊ q̄tum ad hoc
īmutatū est sicut ⁊ cetera cerimonialia / ⁊ sic sunt
tria ꝑcepta ꝑ que hō sufficiēter ordinaꝛ ad deum
vt ad principē. Ad proximum autē vt ad cōciuem
ordinaꝛ hō duplꝛ/scꝫ specialiter ⁊ gñaliter. Spe=
cialiter q̄dē ad illos quoꝝ est debitor vt eis debi
tum reddat/ ⁊ q̄tum ad hoc daꝛ quartū ꝑceptum
Honora patrē et matrē. Generaliter autē ad oēs
vt nulli nocumentū inferaꝛ nec corde/nec ore/nec
opere. Opere autem inferꝛ nocumentum ꝓximo
triplr̄. Uno mō q̄tum ad consistētiā ꝓprie ꝑsone
ꝑ homicidiū/ ⁊ cōtra hoc daꝛ vnū ꝑceptū. Nō occi
des. Alio mō in ꝑsonā cōiunctā q̄tū ad propaga
tionē prolis / ⁊ ꝯtra hoc daꝛ ꝑceptū Nō mechabe
ris. Tertio mō inferꝛ nocumentū in rē possessam
et illud ꝓhibeꝛ ꝑ illud ꝑceptū Nō furtum facies.
Nocumentū autē qđ inferꝛ ore ꝓhibeꝛ ꝑ illud ꝑce
ptum. Nō falsum testimoniū dices. Nocumentū
autē cordis ꝓhibeꝛ cū dr̄ Nō cōcupisces vxorem
ꝓximi tui. et ꝑ aliud cōcupiscētia oculoꝝ cū diciꝛ
Nō cōcupisces rem ꝓximi tui/nō agnū/nō ancil=
lam: vt ꝓhibeꝛ cōcupiscētia ancille nō ad concubi
tum: qꝛ coincideret in aliud ꝑ qđ ꝓhibeꝛ concupi
scētia carnis: sed ad manualē vsum. et sic patet di=
stinctio ⁊ sufficientia preceptorum.
2. articulꝰ — ¶ Quantū ad scđm an caritas sit in ꝑcepto / est
opinio dicentium ꝙ nō ꝓut est cōditio oīs ꝑcepti
ſm illud. Oīa opa vestra in caritate fiāt/alr̄ in oī
bono qđ facit pctōr peccaret mortaliter: et sic nō
esset cōsulendū pctōribus ꝙ facerent aliqua bona
opera superogationis: sed dissuadendū qꝛ omittē
do nō peccaret/faciēdo peccaret. Nec valet si di=
caꝛ ꝙ etiā omittēdo peccaret: qꝛ licet omissio ma=
li fieri possit ex caritate sicut operatio boni: nō tñ
omissio boni potest fieri ex caritate/sicut nec ope=
ratio mali. Prout autem caritas ſm se considera
tur/sic est in precepto indirecte: qꝛ cū homo ex pre
cepto plus teneatur diligere se ſm animam q̄ ſm
corpus/ scꝫ facere quod est necessarium ad salutē
corporis est in precepto: multo magis dispone=
re se ad caritatem sine qua non est salus/ ⁊ sic est in
precepto habere caritatem sicut habere sanitateꝫ
et plus. ¶ Si autem queraꝛ an modus caritatis
sit sub precepto qđ quasi idē est/ sic est duplex opi
nio. Una dicētium ꝙ modus caritatis cadat sub
precepto. Qđ declarant quinꝗ rationibus q̄ sol=
uentur recitādo. Primo sic. Augustinus libro de
heresibus dicit ꝙ dicere omnia precepta posse im=
pleri sine gratia ē heresis pelagiana. ¶ Solutio.
Uerum est ad impletionem quo ad intentionem/
non quo ad obligationem. Scđo qꝛ dicit Augu=
stinus ꝙ duo sunt precepta caritatis quasi diceret
duplex actꝰ caritatꝭ cadit sub precepto. Solutio.
Uerum est materialiter non formaliter sicut ꝑce=
pta dantur de actibus virtutum/non tamen trās=
greditur quis preceptū qui actū facit anteꝗ vir=
tutem acquisierit: qꝛ aut non habens virtutem li=
gatur ꝑcepto/ ⁊ sic obligareꝛ ad īpossibile si tene=
retur operari ex virtute quā nō habet/ nec habere
pōt ante exercitiū/aut non obligaꝛ anteꝗ habeat
ꝟtutē/et tūc lex esset iustis posita magis q̄ ꝑ trās
grediētibꝰ. Tertio precepta danꝛ de actibꝰ virtu
tum: sed nullus actꝰ est virtuosus sine caritate si=
cut nec virtꝰ est virtꝰ sed informis. Solutio. Ue=
rum est de actibꝰ virtutū quo ad substātiā nō quo
ad modum. Quarto/actus est nō bonꝰ ⁊ ꝑ conse=
quens malus ex defectu cuiuscunꝗ circunstantie
sed sine caritate deest debitus finis debita dispoſi
tio agentis. ergo. ⁊c. Solutio debita in esse facit
malū non autē possibilis in esse: sicut nō est cecus
homo si nō videt vt aquila. Quinto/qꝛ modꝰ ca=
dit sub precepto iusticie ſm illud Deutro. Iuste
qđ iustū est exequeris. ergo. ⁊c. Solutio. verū est
de modo intrinseco nō extrinseco. ¶ Contra. ſm
istos in statu inocētie sine gr̄a poterāt impleri oīa
precepta/ et sine gr̄a habituali poterāt vitari oīa
pctā. ⁊ magister dicit ꝙ poterāt stare sed nō ꝓfice
re. aut ergo modus caritatis cadebat sub ꝑcepto
aut non. si cadebat sub precepto /sic non poterant
implere precepta sine caritate et nō poterant non
peccare. aut non cadebat/et sic habetur ꝓpositū:
qꝛ nō minus tenebatur homo diligere deum tunc
q̄ nunc. ¶ Preterea habitus nō dat posse imple= 2
re preceptū sed posse faciliter prompte et delecta=
biliter. qđ etiā nō experiꝛ homo de caritate ꝙ fa=
ciat delectabilius aut promptius operari: ꝓpter
qđ videtur caritas nichil facere ad eliciēdū actū
cum de nouo iustificatus vel baptizatus cū diffi=
cultate opereꝛ et patiaꝛ difficultatē quousꝗ acq̄=
sierit habitum. ¶ Preterea homo ex puris natu= 3
ralibus sine gratia potest diligere deū sup oīa / et
proximum sicut seipsum. ponaꝛ ergo ꝙ veniat ho
ra q̄ istud ꝑceptū obligat/ ⁊ ponaꝛ ꝙ tunc diligat
deū sup oīa ⁊ ꝓximū sicut seipm̄ sine gr̄a. aut ĝ im
plet istud ꝑceptū ⁊ sic habeo ꝓpositū/aut trāsgre
ditur: ⁊ sic peccat mortaliter/ qđ est incōueniens.
¶ Preterea teneꝛ cōfiteri oīa mortalia. ergo po 4
test scire ea/nō potest autē scire se habere caritatē
nec nō habere. ergo nec videtur transgressus sic il
lud preceptū qđ est in diligendo deum ex caritate
¶ Unde est alia opinio ꝙ cadere sub precepto est
dupliciter. Uno modo quo ad intētionē precipien
tis/et sic cadit. Alio modo quo ad obligationem
precepti vt transgressor sit reus/ ⁊ sic nō cadit sub
ꝑcepto. Primū patet: qꝛ sicut intētio legislatoris
est ꝑ ꝑcepta disponere hoīes ad felicitatem huma
nam sic dei ad diuinā. Unde si vis ad vitā ingre=
di: serua mandata. sed ad felicitatē humanam nō
ꝑtingit actus nisi fiat virtuose: et ideo hic modus
est de intētione legislatoris. ergo cū nichil sit me=
ritoriū nisi fiat ex caritate/hoc ipm̄ est de dei intē=
tione. ¶ Preterea. peccator potest vitare singula
mortalia sine gratia. ergo omnia: qꝛ in venialibꝰ
bene vitantur singula nō omīa: qꝛ sicut in naue ꝑ=
forata dum currit ad vnum obstruendum dimittit
aliud implendum/secus est in moralibus: quoruꝫ
quodlibet deliberationem requirit eque secundū
sicut primum. ⁊ qꝛ si vni resistit non minus: immo
magis aptus erit ad resistendum secūdo. non pos
set autem vitare aliqđ sine caritate si teneretur vi
tare ex caritate. ergo. ⁊c. Preterea/precepta mo=

talia scripta non sunt nisi explicatio legis natura
lis ẽm illud Roma.2. Ostendũt opus legis scri=
ptum in cordibus suis: sed lex naturalis nõ obli=
gat ad operandum ex caritate qđ nõ nouit. ergo nec
preceptũ scriptũ morale. ¶ Preterea nemo ad im
possibile obligat: sed ex caritate operari nõ est in
potestate hoīs: quia caritas est nobis sine nobis.
Nec valet si dicat / qđ põt facere vt habeat chari=
tatẽ faciendo qđ in se est: qr sic posset dici beatitu
do in potestate nostra scȝ dispositiue. ¶ Preterea
aut ad p̃parationẽ requirit specialis influxus: et
tunc certũ est ꝙ nõ est in potestate nr̃a. aut tm̃ ge=
neralis / ⁊ tunc idẽ: qr tũc hõ posset scire se habere
caritatẽ alit nõ esset in potestate sua opari ꝑ illũd
qđ non possit scire se hr̃e: qr hõ nõ est dñs suoruȝ
actuũ nisi ꝑ hoc qđ est sciẽs. Si dicat ꝙ hõ potest
scire se hr̃e caritatẽ: qr põt scire an diligat deũ su=
per oīa posset dici ꝙ nescit hõ se habere grãm: qr
nescit quis modus intẽsionis sufficiat ꝗuis sciat
ꝙ intẽse diligat. ¶ Preterea ꝓpe est verbũ in ore
tuo / nõ sic de ꝓphetia: qr nõ in volũtate humana /
ergo in ptãte nr̃a est iplere p̃cepta. nõ autẽ iplere
ex caritate vt dictũ ẽ. ergo idẽ qđ priꝰ. ¶ Sed cõ
tra hoc / videt ꝙ esset statꝰ medius nec salutis: qr
caret gratia. nec dãnationis: qr caret mortali cul=
pa. ¶ Soluũt. Uerum est aliꝗdiu: qr sine gratia
potest homo vitare aliqđ peccatũ aliquo tpe sed
nõ diu / ⁊ singula nõ oīa sicut de venialibus. Sed
hoc nõ valet: qr idẽ sequit si in illo tpe moreretur
qui est sine gratia: qr nec dãnaret nec saluaretur.
¶ Preterea / vitãdo vnũ nõ fit debilior sȝ fortior
ad vitãdũ aliud ꝯtrariũ. sicut vitãdo auariciã icli
natur plus ad liberalitatẽ ꝗ ad ꝓdigalitatem: qr
de extremo ad extremũ citius ꝯuenit ad medium
ꝗ ad extremũ. Nec etiã valet qđ dicũt ꝙ si occur
rerit sibi aliqđ peccatuȝ qđ fecit aut placebit aut
displicebit: qr nõ oportet ꝙ volũtas ferat in qđ=
cunqȝ extremũ positiue ꝓsequendo vel fugiendo /
imo potest suspẽdere actũ suũ ⁊ sistere se. ¶ Pre=
terea / possibile est ꝙ placeat sibi cõplacẽtia subita
vel imꝑfecta ꝗ erit veniale / vel detestabitur iper=
fecte / qđ non erit dispositio sufficiens ad gratiaȝ
Unde dicendum ꝙ deus posset reducere hominẽ
ad statum innocentie medium vt esset sine gratia
et culpa: sed ẽm cursum istum non est medium: qr
omnes nascunt in originali a quo non liberamur
nisi ꝑ gratiam a qua nõ excidimus nisi ꝑ mortale
et sic omnis homo vel est in gratia vel est in culpa
3. opinio. mortali / originali / vel actuali. ¶ Tertia opinio
1. cõclusio. potest imaginari habẽs duas ꝯclusiones. ¶ Pri
ma conclusio est ꝙ omnis homo habens vsum ra
tionis tenet ad habendum caritateȝ / quod patet
sic. Ad illud tenet homo capax rationis sine quo
damnat: qr nullꝰ talis dãnat ꝓpter carentiã illiꝰ
ad cuius habitionem non tenet: sed omnis homo
eoipso ꝙ caret caritate damnat saltem pena dam
ni / etiam si nichil aliud malũ cõmisisset vel bonuȝ
omisisset vt patet in pueris in limbo. ergo omnis
tenet ad habendum caritatem: quia ex quo habet
vsum rationis ad semꝑ quo ratione vti possit / po
test se disponere ad caritatem ⁊ operari ad carita
tem: qr tenet se non tenere in statu damnationis.
vnde remanendo transgreditur preceptum nega
tiuum qđ obligat ad semꝑ: sed non tenet operari
ex caritate: qr hoc est sibi impossibile cum priꝰ na=
turaliter oporteat eum penitere ꝗ habeat carita
tem / et si penitẽdo simul infundat caritas: ille ta=
men non est ex caritate cum sit causa eius non ef=
fectus ẽm substantiam / vnde se habet cõcomitan
ter: imo cõsequenter non antecedenter. ¶ Secũ= 2. cõclusio
da conclusio est ꝙ habens caritatem non tenetur
omnia operari ex caritate sic intelligendo ꝙ actu
implicite omnia ordinet in finem caritatis: sed sic
ꝙ implicite et habitualiter ẽm illud. Omnia no=
stra in caritate fiant. Unde non dicit ex caritate /
quasi dicat ita in caritate fiãt sic ꝙ eam non exclu
dant: sed non sic ex caritate ꝙ semꝑ ab ea explici=
te procedãt. Si dicat ergo magis est lex posita iu
sto qui tenet opari ex caritate / ꝗ iniusto qui non
tenet. Dicendum ꝙ lex punitiua posita est iniustis
non iustis: sed aliqua lex obligatiua est posita iu=
sto que non iniusto / puta ꝙ de sua iusticia sit gratꝰ
deo bene vtẽdo acceptis qđ non ꝑtinet ad iniustũ
qui illud donum nõ recepit. et sic est in proposito:
qr qui caritatem habet tenet ea vti magis ꝗ qui
non habet. vnde habens caritatem tenet ex cari=
tate diligere deum: qr tunc est in eius potestate: ⁊
nisi vtat loco et tempore meret ꝑdere. nec videt ꝙ
possit diligere deum sup omnia si habeat caritatẽ
ꝗn hoc faciat ex caritate: qr iste ẽ actꝰ caritatis. ⁊c.
¶ Quantum ad tertium / an decime sint in prece= 3. articulꝰ. Dob. de fontibꝰ in quoli.
pto diuino / ⁊ an eas soluere sit de necessitate salu
tis? Dicũt ꝗdã ꝙ ppl's mistrat necessaria victꝰ mi
nistris ecclesie qui seruiunt populo ministrando ⁊
exequendo illa que ꝑtinent ad salutem / hoc est de
dictamine rationis naturalis. Unde est preceptũ
morale sed determinatio proportionis que tali=
bus debet dari puta ꝙ habeãt decimam partẽ vel
nonam vel quamcunqȝ aliam est preceptum iudi=
ciale. ⁊ quidem in veteri lege fuit preceptum iudi
ciale non cerimoniale: qr instituebat ad faciẽdum
ita ꝙ fieret hoc quod precipiebat / non autem ad
significandum principaliter licet determinatio illa
aliquid significaret. Est autem hec differentia in=
ter precepta iudicialia ⁊ cerimonialia ⁊ moralia:
qr moralia non solum tunc obligabant sed nunc:
qr magis sunt ex dictamine ratiõis ꝗ ex statuto /
⁊ habent vim obligandi non aliquo statuto. ceri=
monialia autem que erant instituta in cultu diui
no ad significandum mysterium incarnationis ⁊
alia que sunt in noua lege vt futura sunt mortua:
qr non habent vim obligandi ⁊ mortifera qr pec=
caret qui ea obseruaret vel statueret: qr cũ signifi
cet christum vt venturum / non possunt obseruari
sine preiudicio veritatis fidei. Precepta autem
iudicialia sunt quidem mortua / ⁊ non habent vim
obligandi ex statuto veteris legis: qr trãslato sa=
cerdotio necesse est etiaȝ vt legis trãslatio fiat ẽm
apostolũ ad Hebreos. Unde a tempore passionis
christi status veteris legis vigorem nõ habuit. vn
de quicunqȝ solueret decimas ea intentione quia
crederet se obligatum ex statuto veteris legis: in
hoc reputaret statutum veteris legis habere vi=
gorem / ⁊ per consequens eius sacerdotium / ⁊ ce=
rimonialia essent seruanda / qđ sine preiudicio ve
ritatis fidei esse non posset. Licet autem iudicia=
lia modo non habeãt vim obligãdi ex statuto ve=
teris legis: qr tamen non significant christũ vt vẽ
turuȝ: sed sunt ordinata ad aliquid rationabiliter
faciendum / possunt de nouo statui ⁊ ratione noui
testamenti teneri sine preiudicio veritatis fidei.
¶ Ex quibus omnibꝰ habet ꝙ nullus obligatur
ad soluendũ decimas ex p̃cepto morali: qr determi
natio talis ꝓportionis nõ est ex dictamine ratio=
nis naturalis. nec obligat aliqs ad hoc ex statu=
to diuino in veteri lege facto: qr vt dictum est nul
lum statutũ veteris legis habet vim obligandi in
lege noua. vnde restat ꝙ si obligat ad hoc ꝙ hoc
est ex statuto ꝓprie facto in iure canonico: quia in
euãgelio nõ est tale statutũ. ¶ Est aũt p̃mo circa
hoc sciẽdum ꝙ papa põt hoc statuere ex suo statu=
to pplm christianũ obligare: et si papa vt quidam
ponunt nõ solũ p̃est in spiritualibus sed etiam hȝ
plenũ dominiũ in tẽporalibꝰ. oībꝰ planũ est ꝙ tale
quid põt statuere / ⁊ nõ solũ hoc sed etiã auferre re
gna a principibꝰ ⁊ trãsferre p̃ncipes / qđ forte ipsi
principes nõ libẽter sustinerẽt. Tamen quicqđ sit
de hoc ipe hȝ plenitudinẽ potestatis in spirituali=
bus ⁊ in eis ꝗ ad spũalia ordinant. ⁊ ideo in talibꝰ
ẽm ꝙ ei videt rõnabile põt statuere. Determinatio
autẽ portionis que debet ministris ecclie ordina
tur ad spũalia cũ ordinet ad sustẽtationẽ eoꝝ qui
ministrãt pplo in spiritualibꝰ. ⁊ ideo põt papa ea
statuere. Unũ põt statuere ꝙ ppls soluat decimas
ministris ecclie / et eiꝰ statutũ obligat: ⁊ de hoc sunt
euidentia p̃cepta iuris canonici. ¶ De hoc ergo
dubiũ est vtrũ stantibꝰ talibꝰ p̃ceptis sit de necessi
tate salutis soluere decimas. Et dicẽdũ ꝙ stanti=
bus talibꝰ p̃ceptis est de necessitate salutis solue=
re decimas ẽm cõsuetudinẽ diu obtentã. Unũ vbi
nõ est cõsuetũ decimã totã soluere non soluẽs ali
cut aliter ꝗ sit cõsuetũ / nõ incurrit reatũ dãnatio
nis: nisi ita esset fixꝰ ꝙ ꝗtũcunqȝ ex p̃cepto ecclie
peteret / vltra nullatenꝰ soluere vellet. Et huiꝰ ra=
tio est: qr ius humanũ nõ obligat nisi ẽm intentio
nem statuẽtis: sed cũ talia ꝗ non habent vim obli=
gandi nisi ex statuto humano sint mutabilia / intẽ
tio statuẽtis debet interp̃tari ex ꝑmissione cõtra=
rie ꝯsuetudinis et ex tolerãtia illoꝝ in quoꝝ fauo
rem sit statutũ: et ideo vbi cõsuetudo antiqua ha=
bet ꝙ nõ ita ꝑfecte soluant decime / ⁊ vbi nõ petũt
a ministris / nõ est necessitas eas itegre solui / nec
ministri ecclie tenent integre petere maxime vbi est
sufficiẽs sustẽtatio ministroꝝ: qr ibi tollit obliga=
tio iuris naturalis. ¶ Quantũ autẽ ad ea ꝗ scdm
cõsuetudinẽ antiquã cõsueuerũt dari de decimis
ministris ecclie / tenent repetere nec permittere ꝙ
alia cõsuetudo hoc tollens itroducat. Et ꝙ dici=
tur ꝙ ꝯsuetudo derogat precepto ecclie / nõ sic est
intelligendũ ꝙ ꝑ consuetudinẽ possint talia anni
chilari ⁊ ꝗn ecclia nõ possit iterũ statuere ẽm ꝙ si=
bi videt rationbile. nec possunt absolui laici quin
teneant ad sufficientẽ sustentationẽ ministroꝝ ec=
clesie ẽm ecclie statutũ. ¶ Alij vero dicũt breuiꝰ
ꝙ decima erat moralis inꝗtum deseruiebat sustẽ
tationi sacerdotũ / iudicialis inꝗtũ limitata erat
portio. Cerimonialis inꝗtũ erat sic determinata
ꝙ significabat nõ aliqđ circa christũ ẽm ꝑfectio
nẽ humane nature ab alio ꝑficiendũ ꝗ durabit vs=
qȝ ad glificationẽ. Unde sicut ecclia retinuit thu
rificationẽ ꝓpter ꝑpetuitatẽ significationis / sic et
decimas. Unũ post approbationẽ ecclie sunt de ne=
cessitate salutis ex nouo ecclesie precepto.
4. articulꝰ De fõtibꝰ in quoli. ¶ Quantũ ad quartũ de ꝯparatione voti ad pre
ceptũ dicũt quidã ꝙ obligatio p̃cepti est maior ꝗ
obligatio voti / qđ ꝓbãt ex tribꝰ. Primo ex obie=
cto: qr illa obligatio est maior ꝗ est circa illđ obie
ctum qđ est ꝑ se magis bonũ / et quod ꝑ se magis
includit bonitatẽ ad salutẽ necessariã ꝗ illa ꝗ est
circa obiectũ qđ est minꝰ tale: sed obligatio prece
pti est circa actꝰ virtutũ ꝗ magis icludũt essentia=
liter bonitatẽ / et circa ea ꝗ sunt oībꝰ necessaria ad
salutẽ loquendo de p̃ceptis decalogi de quibꝰ hic
fit sermo. Illa autẽ circa ꝗ sunt vota aut non ha=
bẽt bonitatẽ essentialiter ⁊ ẽm se: aut sunt p̃cepta
inꝗtum reddunt hoīem promptiorẽ ad ista: ⁊ etiaȝ
expeditiorẽ / vel etiã si sint in actibꝰ virtutũ: nõ tñ
ẽm talẽ gradũ ẽm quẽ sunt actꝰ virtutũ necessariũ
ad salutẽ: alioꝗn nullꝰ sine eis posset saluari. ergo
obligatio p̃cepti decalogi est maior ꝗ voti. Scđo
hoc patȝ ex modo obligãdi. Primo: qr obligatio
p̃cepti est naturalis: nã ẽ de iure naturali ⁊ imuta
bili: qr ab oībꝰ ⁊ in oī casu tenẽda / ⁊ idispẽsabilis.
obligatio aũt voti est volũtaria mutabil' ⁊ dispẽ
sabilis. ergo. ⁊c. Tertio votũ non habet vim obli
gandi nisi ex p̃cepto: qr qđ aliqs tenet iplere vo=
to hoc est ex p̃cepto / quo aliquis ꝓpter fidelitatẽ
tenet implere promissa: sed illa obligatio a ꝗ alia
habet vigorẽ est maior. ergo. ⁊c. ¶ Tertio princi
paliter hoc patet ex auctoritate obligãtis: qr p̃ce
ptum obligat ex auctoritate diuina p̃cipiẽte non
solũ in scripto: sed etiã in dictamĩe rationis natu
ralis. votũ autẽ obligat ex electione hũana ⁊ obli
gatione volũtaria. Maior autẽ est auctoritas dei
ꝗ electio humana. ergo. ⁊c. Illud etiã ꝯfirmat ꝑ
Ansel. in libro de silitudinibꝰ vbi dicit. Duo ꝗppe
genera ornamentis viro religioso sunt ꝯueniẽtia / vnũ
exteriꝰ quo religiosus videt / ⁊ aliud interiꝰ ꝗ reli
giosus habet. ⁊ id ꝗdẽ exteriꝰ facticiũ / illud ꝓo in
terius naturalis ordinis est. facticiꝰ quippe ordo
facticie sunt cõsuetudines / vt in ordine monacho
rum iueniunt plures. hos em̃ hoīes adinuenerũt
et quibusdã de causis rationabilibꝰ seruãdos isti
tuerũt. Naturales ꝓo ordĩes sunt virtutes: vt hu
militas / caritas / ⁊ alie plures. Has em̃ dñs natu
raliter indidit hoī suo: quia causa salutis seruãda
mandauit. ille itaqȝ factꝰ ordo sine istis hoī nichil
ꝓdest. Iste etiã sine illo hoīem saluare põt vt con
seruari valeat. Iste est valde necessarius: ille autẽ
vniuersalis. Unde p̃cepta ecclie generalia ꝗ pos=
sunt se extendere ad religiosos obligãt magis ꝗ
vota religiosoꝝ: qr cũ vniuersalis ecclia in ordie
ad papã / ⁊ specialis in ordine ad epm̃ vel abbatẽ
sint vnũ generale totũ. ⁊ pars nõ debeat deroga=
ri toti / ⁊ turpis est pars ꝗ suo nõ ꝯgruit vniuerso:
ideo p̃cepta ꝗ ordinãt ad bonuȝ cõmune ecclie nõ
debent omitti ꝓper ꝓpter obseruationẽ votoruȝ:
imo vota religiosoꝝ facta in p̃iudiciũ cõmuniuȝ
p̃ceptoꝝ ecclie essent irrationabilia. ¶ Si dicat
ꝙ vbi est maior transgressio / ibi est maior obliga= Contra.
tio: sed trãsgressio religiosi est maior ꝗ secularis
et hoc nõ est nisi ratione voti quo religiosus cõsti
tuit in altiori gradu vel statu ꝗ sclaris. ergo. ⁊c.
¶ Respondẽt ꝙ argumentũ nõ ꝓbat ꝙ trãsgres=
sio p̃cepti in quocũqȝ puta in seculari nõ sit maior
et grauior ꝗ trãsgressio voti in quocunqȝ religio
so: sed ꝙ trãsgressio precepti est grauior in religio
so ꝗ seculari: ⁊ qñ dicit ꝙ hoc est rõne voti: qr per
votũ ponit in statu altiori rõne cuiꝰ magis peccat
Dicẽdũ ꝙ votũ facit ꝙ religiosus magis peccat
ꝗ secularis in trãsgressione precepti inꝗtum vo=
tum ordinatur ad maiorem obseruantiam prece=
ptorum. et ex hoc non sequit ꝙ maior sit trãsgres
sio voti ꝗ precepti: sed ꝙ transgressio precepti in

illo qui ordinatur excellentiori modo ad obseruã
dum preceptum facit q iste magis peccat trãsgre
diendo preceptum q̃ alij ⁊ hoc etiaz per accidens
scz ꝓpter scandalum vel ꝓpter maiorez ingratitu
[Ad rõnes añ oppõm] dinem. ¶ Ad primũ in oppositũ dicendũ q dele-
ctatio adulterij ⁊ vtilitas diuitiarum sunt quedã
appetibilia. homicidiũ vero ⁊ falsitas ⁊ hmõi nõ
sunt scdm se delectabilia: qz ꝓximus et veritas na-
turalr amãt: ⁊ ideo maior ẽ pnitas ⁊ iclinatio ad
adulteriũ ⁊ furtũ q̃ ad hõicidiũ vel ad falsũ testi
moniũ: ꝓpter qd illa ꝓhibẽt nõ solũ quo ad op⁹:
sed etiam quo ad interiorẽ cõcupiscentiã. alia vero
non nisi ꝓhibendo simul in peccato operis pecca-
[Ad scdm.] tum cordis. ¶ Ad secundũ dicendum q dilectio
ꝓximi est sicut prima et generalis radix seruandi
precepta put in dilectione dei includitur dilectio
ꝓximi. Est enĩ finis ꝑcepti vt dicit. i. ad Thim. i.
Unde sicut in disciplinis preter primũ principiũ
quod est de quolibet esse vel non esse/ oportet po-
nere quedam alia principia magis particularia ꝑ
que illud cõmune determinat: ita ⁊ multo forti⁹
in operabilibus preter dilectionem dei ⁊ proximi
oportuit ponere aliqua precepta specialia que il-
lud cõmune determinarẽt/ ⁊ in particularib⁹ ope-
[Ad tertiũ] rationib⁹ dirigerẽt. ¶ Ad tertium dicẽdum q nõ
oportuit dare speciale mãdatum de dilectione sui
qz vnusquisq; ad hoc satis naturaliter inclinatur:
sed q̃tum ad dilectionem dei ⁊ ꝓximi lex natura-
lis erat obscurata per peccatum: ⁊ ideo de illa da
tum fuit preceptum: et iterum dilectio sui in dile-
ctione ꝓximi intelligitur: qz amicabilia que sunt
ad alterum venerunt ex amicabilib⁹ hominis ad
[Ad qrtuz.] seipsum. ¶ Ad quartum dicendũ q omnes solen
nitates veteris legis fuerũt institute in cõmemo
ratione alicuius beneficij diuini vel iam exhibiti
vel figurati. et qz inter omnia beneficia mũdo ex
hibita precipuum et generalissimum fuit benefi-
cium creationis. inter exhibenda vero precipuuz
futurũ erat beneficium incarnatiõis vel redẽptio
nis per passionem christi. Ideo obseruãtia sabba
ti in qua cõmemorabat beneficiuz creationis seu
quies ab operib⁹ creationis/ et in quo ꝑfigurаba
tur quies corporis christi in sepulchro post opus
redemptionis fuit potissima ⁊ pre alijs cõmemo-
randa. Alie enĩ solẽnitates erãt ꝓpter aliqua par
ticularia bñficia ꝓpter qd eis ꝑtermissis fit men-
tio de solo sabbato inter ꝑcepta decalogi que dan
tur toti comunitati.

¶ Questio secunda.

SEcundo querit de vsura/ vtrũ
tradere mutuum de vsura sit li
citũ. Et videt q sic: qz cuilibz
[Primum] est licitũ consulere indẽnitati
sue: ꝯtingit autẽ q aliqs cõce
dens mutuuz alteri recipit ex
hoc dãnũ quaten⁹ ex pecunia
sua lucratus fuisset si eam ha-
buisset. ergo videt q possit ꝓ
[Secundũ] indemnitate sua aliquid recipere vltra sortem.
¶ Item vnusquisq; tenetur ex debito honestatis
aliquid recõpensare ei qui sibi sic gratiaz fecit: vt
dicit. 5. ethicorũ. sed ille qui alteri pecuniam mu-
tuat gratiam facit. ergo recipiens mutuum tenet
tradẽti aliquid recõpẽsare: sed nõ videt obligare
aliquem ad illud ad qd ex iure naturali tenet esse
illicitum. ergo non videt esse illicitum si aliquis
mutuans pecuniã deducat in obligationẽ aliquã
[In oppõm] recõpensationẽ. ¶ In cõtrariũ est qd dr Luce. ii.
Mutuũ date nichil inde sperãtes. 4. etiã ethico
rũ. dr illud esse turpe lucrũ. ⁊ pmo politicorũ dr. q
[Respõsio.] vsura est ꝑter naturã. ¶ Respõsio. Primo viden
dum est de pctõ vsure in gñali. Scdo de qbusdaz
[1. cõclusio] casib⁹ in speciali. ¶ Quantũ ad primũ prima cõ-
clusio est/ q accipere mutuũ ad vsurã/ vel accipe-
re ꝓ pecunia mutuata vsurã scdm se est iiustũ/ qd pa
tet tripl'r. Primo in iusticia cõmutatiua vn⁹ non
debet plus recipere ab alio q̃ ei dederit in valore
Unde nõ debeo tibi vendere plusq̃ valeat. cõstat
autẽ q decẽ libre nõ valẽt pl⁹ nec minus. qñ ergo
mutuo. x. ⁊ accipiã vltra. x. clara iniusticia ⁊ equa
litas iusticie est. ¶ Secũda ratio est de venditio
ne vsus rei nõ sue: qz nõ debeo tibi vendere id qd
non est meũ sed tuũ. Est autẽ mutuũ de meo tuũ
Unde ꝓ vsu eris tui nichil debeo a te extorquere
[Durã. q. 1 huius dis.] ¶ Tertia ratio quorũdã ẽ: qz vẽdere vnũ vt duo
⁊ recipere duo ꝓpter vnũ est illicitũ: sed hoc fit in
vsura. ergo. ⁊c. Maior patet: qz cũ iusticia consi-
stat in quadã equalitate vt patet ex. 5. ethicorũ. vẽ
dere q̃ sunt vnũ quasi duo/ ⁊ recipere ꝓ eis preciũ
quasi ꝓ duob⁹ distinctis est cõtra equalitatem: et
ꝑ ꝯñs cõtra iusticiã/ ꝓpter qd est illicituz. Minor
declarat sic. quedã enĩ res sunt quarũ vsus est ip-
sarũ rerũ ꝯsumptio: sicut cõsumit vinũ bibendo ⁊
cibũ comedẽdo/ ⁊ in talib⁹ res ⁊ vsus q̃ ad trãsla-
tionẽ in alterũ nõ pñt seorsum cõputari: qz vnum
nõ põt sine altera trãsferri. Si quis ergo seorsuz
velit talẽ rem vẽdere/ ⁊ seorsum vsum ei⁹/ vẽdit eã
dem rẽ bis: vel vendit eã q iã est suũ. qd idẽ est: qz
ꝓpter vnã vẽditionẽ totũ trãsfert: ⁊ ꝓpter hoc ta
lis manifeste peccat contra iusticiã/ hoc aũt fit in
vsura in q̃ aliqs vltra pecuniã mutuatã vel vinuz
vel bladũ petit sibi duas recõpẽsatiões vnã recõ
pẽsationẽ eqlis: aliã vero q̃si ꝑciũ vs⁹ qd vsura dr.
Alia vero sũt q̃r vsus nõ sunt ipsi⁹ rei ꝯsumptio: si-
cut in domo/ equo/ ⁊ hmõi. ⁊ in talib⁹ seorsum põt
vtrũq; cõcedi ꝓ determiato ꝑcio: vt cũ aliqs tra-
dit alicui domũ reseruato sibi dñio/ ⁊ in talib⁹ re-
cipere aliqd vltra rem traditam ꝓpter vsum rei
[2. ꝯclusio.] nõ est illicitũ/ nec in talib⁹ ẽ vsura. ¶ Secũda cõ
[Durã. q. 1 huius dis.] clusio est q vsurario restituẽti vsurã nõ tenet ali⁹
ad aliquã recõpẽsationẽ/ qd patet sic scdm quosdã:
qz aliquis põt teneri ad recõpensationẽ alteri du
pliciter. Uno mõ ex debito iusticie. Alio mõ ex de-
bito equitatis naturalis amicicie quo hõ tenet ad
alium ⁊ maxime ad beneficiũ. Recõpensatio q̃ fit
ex debito iusticie attẽdit scdm quantitatem benefi
cij quod quis accepit: et ad hãc potest vnusquisq;
certo pacto obligari/ nec ad pl⁹ tenetur q̃ mutuo
accepit de pecunia vel quacunq; alia re cui⁹ vsus
est consumptio/ ⁊ si plus obligatur fit contra iusti
ciam commutatiuam: que consistit in equalitate.
Recompensatio vero que est ex debito amicicie
preter quantitatem rei quã in mutuis respicit iu-
sticia considerat affectum ex quo mutuum proce
dit/ puta qz sponte tradidit vt amicus et ad vtili-
tatem recipientis. ⁊ ideo proportionaliter recom
pensatio ad quam tenetur/ debet esse spontanea:
nec potest cadere sub aliqua ciuili obligatiõe per
quam iducitur quedam necessitas. ¶ Ex his di
cendum est ad propositum si vsurario restituenti
tenet aliqs ad recõpensationem quoquo modo

Dicendum q nõ. qz hoc vel eẽt rõne pmi cõtractus
vsurarij. qz illa tentio seu obligatio vel eẽt ex debi
to iusticie vel amicitie. non ex debito iusticie. quia
ex debito nullus tenetur i mutuis nisi ad illd quod
accipit. Nec ex debito amicitie. quia affectus
vsurarij sub vsura mutuantis non est affectus ami-
citie querentis bonum alterius: sed est affectus
querentis bonum proprium cum dampno alterius
quare. ⁊c. nullo ergo modo ratione primi contract⁹
vsurarij tenetur aliquis ad recompensandũ vsura
rio aliquid vltra sortem. ¶ Item nec ratione seqn
tis restitutionis: qz vt prius hec tentio vel obliga-
tio/ vel esset ex debito iusticie. nõ ex debito iusticie
ꝓpter eandem rõem que prius facta est. ⁊ iterum si
esset ex debito iusticie posset poni sub pacto ⁊ obli
gatione ciuili: qd non est verum/ imo tales restitu-
tiones factas ex pacto damnãt iura. quare. ⁊c
¶ Item nec ex debito amicicie propter tria. Prio
qz hec obligatio est ad beneficiũ cui debet benefici
atus non esse ingratus. Unde ⁊ inter duos amicos
ille qui accipit mutuũ sibi gratis traditũ/ tenetur
ad recompensationem nõ solũ mutui ex debito iu
sticie. sed ad gratiarũ actionẽ/ vel ad aliquid aliud
ex debito amicicie. Ille autem qui tradit mutuum
alteri: nõ tenetur ad aliquã recompensationem ei
q̃ mutuũ reddit. qz talis non cõfert beneficiũ. sz red
dit debitũ: ⁊ ideo ex hac restitutione recipiẽs non te
net in aliquo nec etiã ad gratiarum actionem.
¶ Scdo sic recõpẽsatio que est ex debito amicitie
est gratuita vt causa ex qua oritur dz esse gratuita
nec potest cadere sub ciuili obligatiõe sz restitutio
vsurarum non est gratuita illo mõ quo loquimur de
gratuito. sz q ẽ mere liberale põt etiã cadere sub ci
uili ligatione. qz danti vsuras competit repetitio
in foro contentioso. ¶ Tertio. qz debitũ amicitie ĩ
recompensante respondet actui amicitie eius cui fit
recõpẽsatio sz restitutio nõ ẽ act⁹ aicicie sz iusticie:
q̃ dz equaliter fieri ad iimicũ sicut ad amicũ ꝓp q
recipiens restitutionẽ vsurarũ sibi debitã nullo mõ
obligatur vsurario restituenti ad quãcunq; modicaz
curialitatem in verbo vel in facto imo vsurarius q̃
iniuste pecuniam alterius retinuit tenetur ei ad in-
[3. cõclusio] teresse scdm arbitriũ boni viri. ¶ Tertia cõclusio
est q licet recipere mutuum sub vsura. ⁊ soluere vsu
[Durã. q. 4. hui⁹ d.] ras. Ad cuius euidentiam dicunt quidam q in acci
piente mutuum sub vsura est duo considerare: cãm
scilicet ⁊ modum. si hoc faciat motus iusta necessi-
tate/ vel motus sola cupiditate augendi pecunias
sicut faciunt aliqui mercatores sperãtes magis lu
crari ex pecunia accepta sub vsuris q̃ sequatur dã-
nũ de vsura. ⁊ loquor de mercatoribus q̃ absq; mer-
catione habent vnde decenter viuãt: sed mercãtur
solum ex cupiditate lucri. qz secus esset de mercato
ribus qui non habent vnde decenter viuant nisi ex
mercatione: qz tunc quod fit ꝓpter mercationez fit
ꝓpter iustam necessitatẽ. ¶ Ex parte autem modi
similiter est distinguendũ. qz aut petit mutuum ab
solute: puta. c. libras sibi tradi mutuo: aut petit cuz
determinatione vsure superexcrescẽtis. puta. c. sibi
tradi pro. c. xx. Hoc supposito dicendum q accipiẽs
mutuum sub vsura absq; iusta necessitate peccat. qz
non solum peccat qui dat alii occasionem peccãdi.
sed etiam qui scienter ⁊ absq; iusta causa et necessi
tate ꝓponit alteri materiam. vnde sumit occasiõez
peccandi maxime quando credit dispositum ad ta-
le peccatum. Verbigratia. si mulier credat aliquez
male dispositum ad cõcupiscendum eã. si scienter ⁊
absq; iusta necessitate vel debita vtilitate presentet
se ei peccat vnicuiq; enĩ mãdauit deus de proximo
suo. non satis autem displicet alicui damnatio pro
ximi sufficienter si ꝓponit ei materiam vnde sumit
occasionem peccandi. talis autem est qui absq; iu-
sta necessitate accipit mutuum sub vsura. q̃. ⁊c.
Si autez hoc faciat motus iusta necessitate: aut pe
tit mutuum cum determinatione vsure superexcre-
scẽtis. puta. c. p. c. xx. et sic credo q peccat. qz null⁹
absq; peccato põt ab alio petere q scit absq; pecca
to non posse illud dare sz vsurarius non potest dare
mutuum cum pacto superexcrescente absq; peccato.
ergo nec alius potest absq; peccato sic petere. tamẽ
excusantur illi qui sic petunt ex igñãtia vel inaduer
tentia/ vel qz firmiter tenent q alii sine peccato sup
excrescente mutuum non traderent. Si autẽ petat
mutuum absolute sed vsurarius nõ vult tradere ni
si cum pacto superexcrescentie: puto q non peccat
accipiens mutuum sub vsura. cuius ratio est: qz q̃
patitur iniustum non peccat vt dicitur. 5. ethicorũ.
quod est verum nisi consentiat iniustum facienti. tũc
enĩ non solum patitur sed coagit. sed accipiẽs mu-
tuum predicto modo sub vsura patitur iniustũ: nec
consentit facienti. ergo non peccat. Maior iam pa-
titur iniustum nec cõsentit faciẽti. ergo non peccat.
Maior iam patet. Minor etiam manifesta est q̃tũ
ad alteram partem. s. q talis patiatur iniustum. ob
ligatur enĩ ad plusq̃ recepit quod est cõtra iusticiã
sed quantũ ad alteram partem scz q non cõsentiat
facienti non est mãifesta: sed valde dubia. qz vsura-
rius non obligat recipientem mutuum ad aliquid
vltra sortem nisi de consensu eius. non enĩ vsurari-
us accipit vltra sortẽ ab eo cui mutuum dedit ꝑ fur
tum vel rapinam in quibus ille cuius res sic accipi
tur nullo modo consentit sed q̃cquid accipit/ acci-
pit de voluntate mutuum recipientis ⁊ ideo talis vi
detur consentire vsurario iniuste facienti.
¶ Et si dicatur q talis non consentit simplicit: sed
coactus ad euitandum maius dãpnũ. hoc nõ videt
quicq; valere. qz in tali consensu ẽ voluntariũ mix-
tum sicut cum aliquis ꝓicit merces in mari ne sub-
mergatur tempe necessitatis tẽpestatis voluntariũ
autem mixtum ⁊ si excuset a tanto non tamẽ a to-
to consentiens ei timore mortis in fornicationem
sui vel alterius que non potest fieri sine eius consen
su peccat mortaliter nec excusat coactu metu mor-
tis: ⁊ multominus videtur excusari in proposito q̃
metu maioris dampni consentit vsurario peccanti
propt' hoc dicenduz ẽ aliter q aliqua facta sunt mala
de se vt mentiri adulterari. aliqua aũt non mala ex
se. seu ex genere facti: sz ex aĩo faciẽtis vel ex causa
faciẽdi sicut q pecunia vnius sit penes alium non ẽ
malum scdm se. quia potest bene ⁊ male fieri. cõsẽ
tire aũt in malum semp est malum nec in hoc habet
locum aliqua excusatio quo ad totum sed consenti-
re in factum quod non est malum de se sed circũstã
tia cause propter quam non est peccatum nisi con-
sensus sit non solum in factum sed in causam facien
di propter quam est in facto ratio peccati.
¶ Accipienti q̃ mutuum ab vsurario licet consenti
re q plus de suo q̃ acceperit de alieno transferatur
in potestate vsurarii. qz istud non est malum sz nun-
q̃ licet ei consentire q hoc fiat mutuo q sũ intendit
vsurari⁹ ⁊ ideo peccat sed causa transferendi qd su-
um ẽ ad vsurarium dz habere euitationem maioris

mali que ẽ causa licita patet ex multis exemplis
sed nunq̃ debet intendere q ratiõe mutui aliqua
superexcrescentia sit vsurariũ sic q ipse non habe-
at ius ad recipiendum. ꝛ ita in vnuꝫ factum quod
de se non est malum. scilicet in translatione vnius
rei in alteram consentiunt ambo / scilicet vsurari
us ꝛ ille qui accipit mutuuꝫ sub vsuris: sed ex cau
sa cõseusus que est in vsurario est illicita ꝛ in alio
licita ꝛ peccat vsurarius ꝛ alius non pp q posset
dici q vsurarius ad vsuram mutuat: sed alius nõ
